Migne, Jacques Paul

PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, ŒCONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS, ET AD CONCILII FLORENTINI TEMPORA (ANN. 1439) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER QUINDECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ; DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ; OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS, DETECTIS AUCTA ; INDICIBUS ORDINARIIS VEL ETIAM ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS, SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ; CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ; OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

DUCENTIS ET QUADRAGINTA INDICIBUS SUB OMNI RESPECTU, SCILICET, ALPHABETICO, CHRONOLOGICO, ANALYTICO, ANALOGICO, STATISTICO, SYNTHETICO, ETC., OPERA, RES ET AUCTORES EXHIBENTIBUS, ITA UT NON SOLUM STUDIOSO, SED NEGOTIIS IMPLICATO, ET SI FORTE SINT, PIGRIS ETIAM ET IMPERITIS PATEANT OMNES SS. PATRES, LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS INDICIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT :

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, CORRECTIONIS PERFECTIO, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, VEL ETIAM INEDITORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM, ET EX INNUMERIS OPERIBUS TRADITIONEM CATHOLICAM CONFLANTIBUS, OPUS UNICUM MIRABILITER EFFICIENTIUM.

SERIES GRÆCA POSTERIOR

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ AB ÆVO PHOTIANO AD CONCILII USQUE FLORENTINI TEMPORA, ET AMPLIUS, NEMPE MORTEM CARDINALIS BESSARIONIS.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ cleri universæ,

SIVE CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIAM NEMPE LATINAM, ALIAM GRÆCO-LATINAM; AMBÆ PARTES JAM INTEGRE EXARATÆ SUNT. LATINA, 222 VOLUMINIBUS MOLE SUA STANS, 1110 FRANCIS VENIT : GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI COMPLECTITUR, ET 104 VOLUMINA IN 109 TOMIS, PRO PRIMA SERIE, NON EXCEDIT. POSTERIOR VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA 55 VOLUMINA RETINETUR. SECUNDA SERIES GRÆCO-LATINA AD 58 VOLUMINA TANTUM ATTINGIT; DUM HUJUS VERSIO MERE LATINA 29 VOLUMINIBUS EST ABSOLUTA. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM 8, UNUMQUODQUE MERE LATINUM 5 FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM, SIVE LATINAM, SIVE GRÆCAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT. IDEO, SI QUIS TANTUM EMAT LICET INTEGRE, SED SEORSIM, COLLECTIONEM GRÆCO-LATINAM, VEL EAMDEM EX GRÆCO LATINE VERSAM, TUM QUODQUE VOLUMEN PRO 9 VEL PRO 6 FRANCIS SOLUM OBTINEBIT. ISTÆ CONDITIONES POSTERIORI PATROLOGIÆ LATINÆ SERIEI, PATRES AB INNOCENTIO III AD CONCILIUM TRIDENTINUM EXHIBENTI, APPLICABUNTUR. PATROLOGIA QUÆ MANUSCRIPTIS IN BIBLIOTHECIS ORBIS UNIVERSI QUIESCENTIBUS CONSTABIT, NECNON PATROLOGIA ORIENTALIS, CONDITIONIBUS SPECIALIBUS SUBJICIENTUR, ET IN TEMPORE SUO ANNUNTIABUNTUR, SI TEMPUS EAS TYPIS MANDANDI NOBIS NON DEFUERIT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS CXLIX.

NICEPHORUS GREGORAS. GEORGIUS LAPITHA. THEODORUS MELITENIOTA.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE, EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VUL *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISIN

1865

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1340.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ
ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ
ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΛΟΓΟΙ ΛΖʹ.

NICEPHORI GREGORÆ
BYZANTINÆ HISTORIÆ
LIBRI XXXVII.

ACCEDUNT

NILI CABASILÆ THESSALONICENSIS METROPOLITÆ,
THEODORI MELITENIOTÆ, MAGNÆ ECCLESIÆ SACELLARII,
GEORGII LAPITHÆ, OPUSCULA, EPISTOLÆ.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,
BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ,
SIVE
CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS POSTERIOR.

VENEUNT 2 VOLUMINA 23 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *THIBAUD*, OLIM *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO
D'ENFER NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1865

TRADITIO CATHOLICA.

SÆCULUM XIV. ANNUS 1340.

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO CXLIX CONTINENTUR.

Parisiis. — Ex Typis J.-P. MIGNE.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΚΕ'.

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER VICESIMUS QUINTUS.

[Cod. Vat. 1095, f° 98 b.] Α'. Ἐμοὶ δὲ προσωτέρω A προάγειν βουλομένῳ δυοῖν ἕνεκα, ὅπως τε μάθοιμι μέχρι πόσου τῆς ἀλλοτρίας ἐκείνης γῆς καὶ δι' ὅσων ἐθνῶν ἐκείνων διήκει σωζόμενον τὸ Χριστιανῶν ἔτι γένος, καὶ ὅπως ἐν μέσοις τοῖς ἀσεβέσιν ἔτι τῶν πατρίων ἔχεται δογμάτων τῆς εὐσεβείας κατὰ τὸν σφίσι ἁπλούστερόν τε καὶ ἀληθέστερον τρόπον, καὶ ἅμα θεάσασθαι εἴ τί που τῆς ἀρχαίας σοφίας ἐκείνης περίεστι λείψανα Χαλδαίοις καὶ Πέρσαις, ἐμποδὼν οἱ τῶν Ἱεραπολιτῶν γεγένηνται κοσμιώτεροι, ἐπεί τοί γε μέχρι καὶ ἐς ἐκείνους προεληλύθειν ἐγὼ, διακοσίους ὁμοῦ καὶ [f. 99 a] χιλίους ἐγγύς που σταδίους θαλάττης ἀπέχοντας. Οὐ γὰρ εὔοδα ἔσεσθαι ὑπισχνοῦντό μοι ἔτι τὰ πρόσθεν διὰ τὸ τῶν προσοικούντων ἀλλόγλωσσον· οὐ μὴν οὐδ' εἰ εὔοδα ἦν ἐντεῦθεν, B ἥκιστ' οὖν ὅμως περιλείπεσθαι Χαλδαϊκῇ τε γῇ καὶ Περσικῇ σοφίας ὅλως ἐκείνης ἴχνη τε καὶ γνωρίσματα. Ἐξ ὅτου γὰρ τὸ Σκυθικὸν ἐπιῤῥεῦσαν γένος· καὶ ἐκχυθὲν ἄνωθέν ποθεν ἐξ ἀρκτικῶν πηγῶν καθάπερ ἀχανοῦς τινος ὕδωρ πελάγους, Πέρσας τε ἐδουλώσατο καὶ Μήδους καὶ πᾶσαν εἰπεῖν ταυτηνὶ τὴν Ἀσίαν ἄχρις Ἰνδῶν τε ἐκείνων πρὸς ἕω καὶ ἄχρις Ἀράβων τουτωνὶ πρὸς νότον, οὐ μόνον τὰ πλείω τῶν ἐγχωρίων ἠθῶν ἐκείνων ἔσβη καὶ ἐτεθνήκει, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τῶν ἐθνῶν ἐκείνων τὰ τοπικὰ διαστήματά τε καὶ ὅρια συγκέχυται καὶ παντάπασίν ἐστι δυσείκαστα νῦν. Γίνεσθαι δέ μοι μάλιστα νῦν, εἴπερ ποτ', ἀξύμφορον ἔφασκον τὴν ἐκεῖσε πάροδον διὰ τὰς ἄρτι κατεσχηκυίας καὶ Σκύθας αὐτοὺς κατ' ἀλλήλων ἔριδάς τε καὶ στάσεις C περὶ πρωτείων, τοῦ σφῶν ἀρχηγοῦ καὶ ἡγεμόνος πρὸ μικροῦ τεθνηκότος. Ταῦτ' οὖν ἔγωγ' ἀκηκοὼς, καὶ ἅμα συνορῶν τῆς ὁμοίας συγχύσεως τὸ νεμόμενον καὶ ἐπ' Ἄραβας τουτουσὶ προχωροῦν, τελευτήσαντος νεωστὶ καὶ τοῦ Αἰγυπτίου Φαραὼ καὶ τῶν υἱέων περὶ τῆς ἀρχῆς ἐν ἀλλήλοις στασιαζόντων, καὶ πεφυρμένων πανταχῇ τῶν τῆς Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας πραγμάτων, τάχιστα ἀνεχώρουν ἐκεῖθεν

1-18 I. Cum longius progredi vellem duabus ex causis, partim ut cognoscerem, ad quem finem terræ illius peregrinæ, et per quas gentes Christianorum adhuc genus salvum extenderetur, et quomodo inter medios irreligiosos homines patria fidei dogmata simpliciore sua et veriore ratione amplecteretur, partim ut viderem, num forte alicubi apud Chaldæos et Persas antiquæ illius sapientiæ exstarent reliquiæ, ab Hierapolitis honestissimis impediebar, ad quos usque ego processeram quanquam mille fere ducentis stadiis a mari disjunctos. Hi enim locos etiam longinquiores ob incolarum peregrinam linguam non commode adiri posse affirmabant; quin etiam si facile adiri possent, attamen nequaquam apud Chaldæos et Persas illius sapientiæ vestigia atque indicia superesse. Quo enim ex tempore gens Scythica ex fontibus 19 septentrionalibus effusa fluctuum instar maris immanis lateque expansi in Asiam irruit atque Persas Medosque et totam fere hancce Asiam una ex parte usque ad Indos orientem versus, et altera ex parte usque ad Arabes meridiem versus in ditionem suam redegit, non solum domestici indigenarum mores propemodum exstincti sunt atque intermortui, sed etiam ipsa gentium intervalla finesque confusa sunt atque nunc prorsus cognitu difficilia. Tum autem quam maxime iter in istas terras incommodum mihi fore dicebant ob contentiones discordiasque de principatu inter ipsos Scythas exortas principe eorum atque duce paulo ante mortuo. Quod cum ego audissem similesque turbas etiam in Arabes grassari viderem, cum nuper mortuo Pharaone Ægyptio filii ejus de regno inter se dissiderent et Ægyptiorum Arabumque res ubique miscerent, celerrime inde profectus in Ciliciam recessi, maximam atque opulentissimam terram, situ atque natura præclaram, ubi cum alias multas præclaras urbes inter seque vicinas inveni,

tum Tarsum præ cæteris egregiam, ubi etiam Antiochiæ patriarcha plerumque sedem suam habet. Huic enim urbi cum aliæ amœnitates atque commoda suppetunt, tum Cydnus flumen placide eam **20** præterfluens, in quo flumine Alexander Magnus solo ejus aspectu cupiditate incensus sese lavasse dicitur.

A ὀπίσω ἀπιὼν ἐς Κιλικίαν, θέσεως ἔχουσαν εὐφυῶς, πλείστην τε ἅμα καὶ λίαν οὖσαν εὐδαίμονα χώραν. Ἔνθα δὴ καὶ πολλαῖς ἐνέτυχον καὶ ἄλλαις πλησιοχώροις ἀλλήλαις πόλεσιν ἀγαθαῖς, τῇ Ταρσῷ δὲ μάλιστα πασῶν, ᾗ καὶ πατριάρχῃ τῷ Ἀντιοχείας ἐνδιαιτᾶσθαι τὰ πολλὰ περιγίνεται. Τά τε γὰρ ἄλλα περίεστιν αὐτῇ τἀγαθὰ, καὶ Κύδνος ὁ ποταμὸς ἡσυχῇ παραῤῥέων, ἐν ᾧ καὶ Ἀλέξανδρόν φασιν ἐκεῖνον τὸν μέγαν, εἰς ἐπιθυμίαν ἐκ μόνης τῆς θέας ἐληλυθότα, λούσασθαι.

II. Cum vero ille hujusmodi plura referre mihi vellet, equidem eum prohibebam et narrationis hujus continuatione incisa ab eo petebam, ut ad sermonem reversus responderet mihi interroganti de patriarchis et episcopis, qui illas provincias ratione sanctiore gubernandi atque administrandi munus sortiti essent. Homini autem valde oblivionem in opprobrium verti, quod res quidem non ita mihi auditu necessarias narrare tam enixe studeret, memoriam autem earum rerum, quæ nobis maxime cognoscendæ essent et quas pietatis causa vespera et mane et meridie audire dulcius mihi videretur quam si Crœsus Lydus auri mihi modios largiretur, oblivione profundissima obruisset, quasi non ipse esset is, qui initium suarum narrationum ab Ecclesiæ naufragiis duxisset, quod pro patriis religionis institutis Palamæ nova atque illegitima dogmata irrepere vidisset idque ipsum pro causa conversionis rerum publicarum in deteriorem conditionem suæque involuntariæ fugæ habuisset. Quamnam vero aliam, inquam, optime amicorum Agathangele, debebas colligere? quam aliam narrationem hac **21** præstantiorem atque pretiosiorem putabas mihi extrinsecus afferre posse? quod aliud pulcherrimæ voluptatis adjumentum nostris popularibus orthodoxam hic fidem tuentibus? Qui quidem cuncti vehementer cupiant scire, quomodo tantæ calamitatis, quanta Dei Ecclesia afflicta est, fama illorum animi affecti fuerint cum scriptis monstrosis ii, qui tum dominabantur, pios homines toto orbe terrarum in fraudem inducere adniterentur omniumque societatem atque consensum quasi tropæum quoddam tantæ improbitatis sibi parare ambitiose studerent.

Β'. Ἐκεῖνον δ' ἔτι καὶ πλείω τοιαῦτα συνείρειν βουλόμενον ἔγωγε ἐπισχὼν, καὶ τὸ τῆς διηγήσεως τεμὼν συνεχὲς, ἀναλαβεῖν τὸν λόγον ἐκέλευον αὖθις καὶ ἀνερωτῶντί μοι ἀποκρίνεσθαι πατριαρχῶν τε πέρι καὶ ἐπισκόπων, ὅσοι διέπειν καὶ διοικεῖν τὰς ἐπαρχίας ἐκείνας τὸν ἱερώτερον ἔλαχον τρόπον. B Καὶ ἐμεμφόμην ἐπιεικῶς τῆς λήθης τὸν ἄνδρα, ὅτι τῶν μὴ πάνυ τι ἀναγκαίων ἔμοιγ' ἀκούειν ἐν φροντίδι ποιησάμενος τῇ μεγίστῃ διεξιέναι, ὧν ἡμῖν ἐς τὰ μάλισθ' ὑπῆρχε μανθάνειν ἀνάγκη, καὶ ὧν εὐσεβείας ἕνεκα ἑσπέρας καὶ πρωῒ καὶ μεσημβρίας ἀκούειν ἥδιον ἔδοξεν ἄν μοι ἢ Κροίσου τοῦ Λυδοῦ χρυσῶν μοι χοίνικας παρεχομένου, τούτων δ' αὐτὸς τὴν μνήμην λήθης μακροῖς πυθμέσιν ἐκάλυψεν, ὥσπερ ἂν εἰ μὴ αὐτὸς ἦν ὁ προοίμια τῶν σφετέρων πεπραχὼς διηγήσεων τὰ τῆς Ἐκκλησίας ναυάγια, ὅτι τῶν πατρίων νομίμων τῆς εὐσεβείας ἐπίπροσθεν τὰ τοῦ Παλαμᾶ καινά τε καὶ [f. 99 *b*] ἔκθεσμα παρεισρέοντα πεφώρακε δόγματα, καὶ ταύτην ἐπιεικῶς αἰτίαν τιθέμενος τῆς τε τῶν πολιτικῶν ἐπὶ τὸ χεῖρον πραγμάτων ἀνατροπῆς καὶ ἅμα τῆς C ἐντεῦθεν ἀκουσίου φυγῆς ἑαυτοῦ. Καὶ τίνα γὰρ ἄλλην ἐχρῆν σε συναγαγεῖν ἱστορίαν, βέλτιστε φίλων, ἔφασκον, Ἀγαθάγγελε; Τίνα δ' ἄλλην κρείττω καὶ τιμιωτέραν ταύτης ᾠήθης ἐμοὶ κομιεῖν ἀφήγησιν ἔξωθεν, καὶ ἅμα τῶν ὀρθοδόξων τοῖς ἐνταυθοῖ πατριώταις ἡδονῆς τῆς βελτίστης ἐφόδια, λίαν ἐφιεμένοις ἅπασι μαθεῖν ὅπως κἀκείνους ἡ φήμη τῶν ὧδε συμφορῶν τῆς τοῦ Θεοῦ διέθηκεν Ἐκκλησίας, γραφαῖς τερατώδεσι τῶν ἐνταῦθα δυναστευόντων τοὺς πανταχῇ τῆς οἰκουμένης εὐσεβεῖς ἐπειγομένων ἐξαπατᾷν, καὶ φιλονεικούντων τὴν πανταχόθεν ἑταιρείαν τε καὶ ὁμολογίαν τῆς τοιαύτης κακίας οἷόν τι καρποῦσθαι τρόπαιον;

III. Quod cum ego dixissem, Agathangelus sermonem excipiens: Mihi, inquit, melius visum est, o divinum caput! in fine hujus narrationis illa seorsim pertractare atque persequi, ubi nihil prorsus, quod res confundere atque turbare posset, subaudiendum esset; qua quidem in re sic fere statuebam, historiam universalem et sæcularem, ut breviter dicam, differre ab historia ecclesiastica et utriusque descriptionem peculiarem atque separatam esse, utramque diversas plerumque res, non easdem complecti. Cum autem tu duplicem laborem pro simplici in te suscipere volueris, et quæ eodem tempore in utroque genere eveniant, uno comprehendere volumine constitueris, ne ego quidem ullo pacto res eodem temporis spatio gestas conjunctim persequi dubitaverim, ut

Γ'. Ταῦτ' ἐμοῦ γε διεξιόντος, ὑπολαβὼν ὁ Ἀγαθάγγελος, D Ἐμοὶ δὲ βέλτιον, ἔφησε, δέδοκται, θεία μοι κεφαλὴ, τελευτῶντός μοι τοῦδε τοῦ λόγου διεξελθεῖν εὐθὺς ἀπολαβόντι χωρὶς ἐκεῖνα, μηδενὸς τοῦ συγχεῖν δυναμένου σφίσιν ὅλως συνυπακουομένου, ὅπως ποτ' ἐπὶ νοῦν εἰληφότι διεστάναι τῶν καθόλου καὶ κοσμικῶν ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας, καὶ ἰδίαν μὲν εἶναι ταυτηνὶ πραγματείαν, ἰδίαν δ' ἐκείνην, καὶ ἄλλων ἑκατέραν ὡς τὰ πολλὰ καὶ οὐ τῶν αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ σὺ διπλοῦν ἀνθ' ἁπλοῦ τὸν πόνον ἀναδέχεσθαι εἵλου, καὶ ἃ τὸν αὐτὸν ἐν ἑκατέροις συμπίπτει γίνεσθαι χρόνον βίβλῳ μιᾷ συντιθέναι σοι δέδοκται, οὐκ ἂν οὐδ' αὐτὸς οὐδαμῆ γε ὀκνήσαιμι τὰ τῆς αὐτῆς ἐν ταυτῷ περιόδου διεξιέναι συλλήβδην, ἐπεὶ καὶ τρόπον ἕτερον πρότερον (εἰρήσεται γὰρ τἀληθὲς) ἐδεδίειν μάλα αὐτὸς

ἐκείνως διεξιέναι, καὶ μιγνύων τοῖς τοιοῖσδε τὰ μὴ τοιάδε τὴν σὴν ἀκοὴν ἀποκναίειν, καὶ ταῦτα νῦν οὕτω λύπης ἔχοντος ἄλλως, ὅτε μάλιστα πάντων ἅπαντ' ἐκεῖνα μνήμης ἀπάτης ὄπισθε ποιεῖσθαι οὐκ ἔστιν ὅθεν οὐ καὶ ὅπως οὐ βεβούλημαι, οἷς βάρους ἐνέστακται πρόφασις ὁπωσοῦν καὶ ὁθενοῦν. Νῦν δ' ἐπειδή σοί γε τοῦθ' ἥδιον ἐκείνου πολλῷ μανθάνω δοκεῖν, ἄσμενος κἀγὼ λοιπὸν αὐτίκα μάλα τὴν σὴν τῆς ἐμῆς ἀνθαιρήσομαι βούλησιν. Καὶ τί γὰρ ἄλλο τῶν ἄλλων δόξειεν αὖ εὐδαιμονέστερον ἔμοιγε νῦν ἢ σοί γε τὰ τοιαῦτα χαρίζεσθαι τῶν διηγημάτων, ὧν ἐμοὶ μὲν ῥᾷον οὐδὲν, σοὶ δὲ βέλτιον οὐδέν;

Δ'. Ἀλλὰ γὰρ ὁ ἑταῖρος ἡμῖν Ἀγαθάγγελός τοιαῦτα μὲν ὑπὲρ ὧν σεσιώπηκεν ἀπολελόγηται, τοιαῦτα δὲ ὑπὲρ ὧν φθέγξαιτ' ἂν εἰς τοὐπιὸν τῆς διηγήσεως ἐπηγγέλλετο, τῶν μὲν προτέρων σμικρὰ ἐπαναλαμβάνειν διὰ τὸ ἤδη εἰρῆσθαι τὰ πλείω, τοῖς δ' ἐπιοῦσι τῶν ἀναγκαίων μηδὲν ὑπισχνούμενος παραλείπειν. Ἐντυχεῖν μὲν οὖν ἔλεγε καὶ τῶν μερικωτέρων ἐπισκόπων ὅσοι καθ' ἃς αὐτὸς περιῄει κώμας καὶ πόλεις ἐτύγχανον ὄντες, ἐντυχεῖν δὲ [f. 100 a] μάλιστα δὴ πατριάρχαις αὐτοῖς, Γρηγορίῳ τε δηλαδὴ τῷ Ἀλεξανδρείας καὶ Ἰγνατίῳ Ἀντιοχείας, καὶ τρίτῳ ὃς πρὶν ἢ Λάζαρον τῆτες ἐκεῖσε ἀφῖχθαι, τὸν πατριαρχικὸν Ἱεροσολύμων διεῖπε θρόνον· τὸ γάρ τοί γε ὄνομα ἐλελήθει με τοῦ ἀνδρός. Ἐντυχεῖν δ' οὖν ἐν διαφόροις ἄλλοτ' ἄλλῳ τοῖς τόποις, ἔνθα καὶ τὴν δίαιταν ἕκαστος ἔτυχε τηνικαῦτα ποιούμενος. Καὶ τὰ μὲν πρῶτά φησιν ἐπιτωθάζειν ἐκείνους καὶ διαλοιδορεῖσθαί οἱ, καὶ οἷον εἰρωνευομένοις ἐοικέναι καὶ ἀποσειομένοις ὁλοσχερῶς τὴν αὐτοῦ συνδιαίτησιν, ἰδίᾳ μὲν ἕκαστον, ἐπ' ἴσης δ' ὥσπερ ἐκ κοινοῦ συνθήματος ἅπαντας διὰ τὸν τοῦ πατρίου δόγματος ἐντεῦθεν ῥαγέντα κλύδωνα. Οὕτως ὀξέως ἐπέδραμεν ἡ φήμη ῥυεῖσα, καθάπερ ἀγρίου πνοή τις ἀνέμου, Αἴγυπτόν τε καὶ Συρίαν καὶ Κιλικίαν καὶ πᾶσαν εἰπεῖν οἰκουμένην, ὅπουπερ ἂν Χριστιανῶν λάχοιεν δῆμοι τὴν οἴκησιν ἔχοντες, τῶν τοῦ Παλαμᾶ παρανόμων καὶ νόθων δογμάτων, καὶ οὕτως, ἀνώνυμος ὢν ὁ ταλαίπωρος πρότερον, διαβόητος ἐπὶ κακίᾳ γέγονεν ὕστερον· ποιεῖν γάρ φησι περιβοήτους οὐ δεξιὰν πρᾶξιν μόνον, ἀλλὰ καὶ κακίαν νικῶσαν πονηρῶν εὐδοκίμησιν.

Ε'. Ἐπεὶ δ' ἀναλαμβάνων ἄνωθεν ἐκεῖνος ἕκαστα διῄει ἑκάστοις ἑκασταχοῦ, τά τε ἄλλα καὶ ὡς τὴν αὐτὴν καὶ αὐτὸς εἴη περιθάλπων γνώμην αὐτοῖς εὐσεβείας ἕνεκα, καὶ ὡς διὰ τὸν τοιοῦτον ζῆλον φυγὰς τῆς πατρίδος γένοιτο, καὶ ὡς ὁ τοιοῦτος ἐντεῦθεν ἐλαύνων τρόπος ἐς τοὺς ἀήθεις αὐτῷ πλανᾶσθαι δράσειε τόπους, — ἐπεὶ οὖν ταῦτά τε καὶ ἄλλα ἄλλοις ὁμοίως διετέλει λέγων, ὁπόσα κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστα βέβαιον ἅπασιν εὐσεβείας αὐτὸν ἐγνώριζεν ἀθλητήν, ἦν οὐδεὶς οὐθ' ᾧ μὴ τῆς πρὶν αἰφνιδίου σκληρότητος μετέμελεν, οὐθ' ὃς οὐκ ἠσπάζετό τε καὶ ἀντεφιλοτιμεῖτό οἱ καὶ τὰ πιστὰ τῆς περὶ τὸ σέβας ἀληθοῦς ὁμονοίας περιφανῶς ἀντεδίδου, ὡς τηνικαῦτα καὶ τὸν Ἀντιοχείας ἔγγραφον ἑαυτοῦ

A qui jam antea, ut verum tibi dicam, res ista ratione **22** exponere valde veritus sim, ne diversarum rerum conglutinatione tuas aures obtunderem, satis jam contristatas ubi maxime, quodcunque vel minimæ molestiæ quacunque ex causa efficiens esse posset, id ab omni commemoratione sejungere non potui non in animum inducere. Nunc vero cum tibi multo gratius hac ratione quam illa, res enarrare videri cognoverim, lubenter jam tuum consilium meo anteponam. Quid enim aliud mihi nunc præstantius videri potest, quam tales tibi narrationes proponere, quibus nihil mihi facilius, tibi nihil melius est.

IV. Hæc igitur posteaquam Agathangelus amicus de iis quæ silentio transisset, ad suam defensionem B protulit, de iis quæ in sequenti narratione relaturus esset, professus est, se pauca tantum ex prioribus recepturum esse propterea quod majorem partem jam exposuisset, deinde vero nihil, quod necessarium esset, se omissurum promisit. Convenisse igitur se dicebat præter particulares episcopos, quos in singulis vicis urbibusque offendisset, præsertim ipsos patriarchas, Gregorium, patriarcham Alexandriæ, Ignatium Antiochiæ, tertium eum, qui Hierosolymis patriarchicum solium obtinuit ante Lazarum, qui hoc anno eo venit; nomen autem viri me fugit. Convenisse se igitur alium **23** alio loco, ubi suam quisque tunc temporis sedem fixisset. Atque primum quidem ait se con- C viciis et calumniis ab illis exagitatum esse; eos et singulos et cunctos pariter veluti ex composito irridentium se suamque societatem penitus aversantium præ se tulisse speciem propter patrii dogmatis fluctus hic coortos. Tum acriter sævæ tempestatis instar Ægyptum, Syriam, Ciliciam totumque fere orbem terrarum, ubi Christianorum populi sedes sortiti sunt, pervasit fama spuriorum et illegitimorum Palamæ dogmatum, quo factum est, ut miser iste, qui antea obscurus erat, improbitate jam inclytus esse inciperet. Gloriam enim, inquit, non solum dextro atque prudenti facinore acquiri, sed etiam malorum improbitate virtutem superante.

D

V. Cum autem ille rebus altius repetitis singulis singula referret in primisque iis exponeret, se eamdem, quam ipsi, sententiam ferventer pietatis causa amplecti et ob ipsum hoc ardens studium extorrem a patria vivere ac tali sentiendi ratione ductum insueta et insoluta loca oberrare — ubi hæc atque alia ejusmodi aliis enarravit, quibus universe atque singillatim se omnibus constantem religionis propugnatorem probavit, tum quidem nemo erat, quem non temere antea conceptæ acerbitatis pœniteret, **24** nemo, quin benigne eum exciperet et certatim honoraret ac veræ fidei concordiæ manifesta pignora daret. Tum etiam Antiochiæ patriarcha scriptum tomum protulit,

qui consensionem orthodoxæ et communis nostræ fidei continebat, Palamam vero ut spuria et profana dogmata inducentem ex Dei Ecclesia ejiciebat — tomum scilicet illum, quem composuerat, cum Byzantii audiret et adjuvaret Joannem patriarcham ejusque episcopos, qui aliquandiu superiores erant ob veritatis vim, quam defendebant et quod non aderat, qui iis se opponeret, Cantacuzenus, eo nimirum tempore, quo pestem istam in puro agro primum succrescentem cum ipso germine exstirpandam esse decretum est. Hoc tomo evoluto eum ait ostendisse etiam subscriptiones unanimitatis omnium illius provinciæ episcoporum et presbyterorum atque aliorum lectissimorum virorum, qui in eadem sententia starent.

VI. Eodem sensu præditos et Alexandriæ præsulem cum omnibus episcopis ei subditis et eum, qui tum Hierosolymorum gubernabat Ecclesiam, se expertum esse dixit atque omnino neminem fuisse, cui non reprehensio Byzantinorum, quod in rebus tam immutabilibus tanta levitate essent, in ore semper fuisset. Alexandriæ autem præsulem **25** valde admirabatur ob naturalis prudentiæ copiam cum gravitate atque constantia conjunctam, ut non facile ad intempestivam ambitionem compelleretur, neque vero ad rudem quamdam atque incultam taciturnitatem propter magnam inscitiam descenderet, sed rerum usu firmatus convenientiam quamdam admodum decoram præ se ferret. Maxime vero, cum hujus viri mentionem faceret, hoc dictum ejus admirabatur : multis hominibus iisque alioqui non imprudentissimis, quod se scire arbitrarentur, id ipsum, quominus scirent, impedimento esse ; hoc quidem leve videri, attamen magna incommoda et urbibus et domibus facessere posse veluti e scintillula exortum, quæ incendio usque insolentiore exsuscitato non desineret omnia depascere, simul atque materiæ larga copia facile nutrimentum subministraret : Inde, inquit, regulæ atque normæ a patribus constitutæ disjiciuntur, leges proculcantur nihilque est boni atque honesti, quod suo statu manere possit, nihil mali atque improbi quod veritatem insultare nequeat. Regnum igitur opinionis licentia gubernatum et arbitrii libidinibus agitatum quid frugi faciet ? qua re abstinebit, quæ ad pejora incitare possit? tantum abest, ut talis civitas salva atque incolumis esse possit, ut veluti navis sine gubernatore maris tempestatibus in extrema discrimina præcipitetur. Hæc vero propria est conditio civitatis Byzantinæ inde usque ex superioribus temporibus. Neque vero hanc **26** sortem simpliciter reprehensam volo, sed quod etiam eam ob causam, si longius respicimus, non modo publicarum rerum plurimas calamitates reperimus, sed omnium maxima ipsius piæ Ecclesiæ infortunia. Aut enim Byzantii mala gignuntur atque inde quasi in pronum effluentia calamitosissimis rebus etiam reliquas facile implent urbes, aut aliunde obscure et adumbratim illata ibi

A προενεγκεῖν τόμον, ὁμολογίαν μὲν τῆς ὀρθοδόξου καὶ κοινῆς ἡμῶν ἔχοντα πίστεως, ἐκτέμνοντα δὲ Παλαμᾶν τῆς τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ὡς νόθα καὶ βέβηλα παρεισάγοντα δόγματα, τόμον ἐκεῖνον δηλαδὴ ὃν ἐν Βυζαντίῳ συνετετάχει παρὼν καὶ ἀκούων καὶ συναγωνιζόμενος Ἰωάννῃ τῷ πατριάρχῃ καὶ τοῖς γε ἀμφ' αὐτὸν ἐπισκόποις, τὸ ἰσχύειν ἔχουσι τέως ἔκ τε τῆς ἀληθείας ἔκ τε τοῦ μὴ παρεῖναι τὸν ἀντιβαίνοντα Καντακουζηνὸν, ὅτε δὴ καὶ πρῶτον ἐπιφυεῖσαν τῷ καθαρῷ ληΐῳ τὴν νόσον ἐκείνην ἐξ αὐτῆς ἔδοξε τέμνειν, ὡς ἔλεγε, βλάστης. Τοῦτόν φησιν ἀνελίττειν τε ἐκεῖνον, καὶ ἅμα τὰς ὑπογραφὰς τῆς ὁμοφροσύνης δεικνύειν τῶν ὅσοι τῆς ἐπαρχίας ἐκείνου τυγχάνουσιν ὄντες ἐπίσκοποι καὶ πρεσβύτεροι, καὶ ὅσοι τῶν ἄλλως λογάδων τὰς γνώμας ἦσαν συγκείμενοι.

B ϛ'. [f. 100 b] Τούτοις ὁμόφρονος καὶ τοῦ τῆς Ἀλεξανδρείας ἔλεγε πεπειρᾶσθαι προέδρου σύν γε τοῖς ὑπ' αὐτῷ παντάπασιν ἐπισκόποις, καὶ ἅμα τοῦ τηνικαῦτα τὴν τῶν Ἱεροσολύμων Ἐκκλησίαν διέποντος. Καὶ ἁπλῶς ἔφασκεν εἶναι, μηδένα ᾧ τὸ ἐπιτιμᾷν Βυζαντίοις τῆς ἐν τοῖς οὕτως ἀκινήτοις εὐκολίας οὐκ ἦν ἀνὰ στόμα. Τὸν δ' Ἀλεξανδρείας καὶ τῆς φυσικῆς ἐθαύμαζε μάλα συνέσεως, βεβηκὸς ἐχούσης τὸ ἐμβριθὲς, καὶ οὔτε πρὸς ἀωρίαν φιλοτιμίας ῥᾳδίως ἐλαυνόμενον, οὔτε μὴν πρὸς ἰδιωτικὴν ἀφωνίαν ἐξ ἀμαθίας μακρᾶς συστελλόμενον, ἀλλὰ πρακτικαῖς ὁρμαῖς ἐς τὸ πάνυ τι ἐμμελὲς εὐφυῶς πως ἀναῤῥωννύμενον. Τά τ' οὖν ἄλλα τἀνδρὸς ἐθαύμαζε μεμνημένος ἐκείνου, καὶ ὅτι τὸ οἴεσθαι εἰδέναι πολλοῖς καὶ τῶν οὐδὲν ἰσχόντων πρός γε τὸ εἰδέναι γίνεσθαι ἐμποδὼν ἔλεγε, καὶ τοῦτ' εἶναι πάντως ὃ μικρὸν εἶναι δοκοῦν μεγάλα καὶ πόλεις καὶ οἴκους δύναται βλάπτειν, ὡς ἐκ βραχέος σπινθῆρος ἀρχόμενον, οὗ C τὸ νεμόμενον οὐκ ἄν ποτε σταίη τῆς ἀεὶ νεωτεριζούσης φλογὸς κινουμένης, ὁπότε τραπέζης ῥᾳστώνην ἡ τῆς ὕλης δίδωσι πολυτέλεια. Ἐντεῦθεν ὅρια ῥιπτοῦνται πατρίων κανόνων, πατοῦνται θεσμὰ, καὶ οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν καλῶν ὃ δύναται μένειν ἑστὼς, καὶ αὖ οὐκ ἔστιν οὐδὲν τῶν κακῶν ὃ μὴ δύναται τὴν ἀλήθειαν ἐξορχεῖσθαι. Μοναρχία μὲν οὖν οἰήσεως αὐτονομίᾳ στρατηγουμένη καὶ γνώμης ὀρέξεσι δημαγωγουμένη τί μὲν ἂν τῶν ὑγιαινόντων ἐργάσαιτο, D τίνος δ' ἀπόσχοιτ' ἂν τῶν ἐρεθιζόντων ἐπὶ τὰ χείρω; Πολλοῦ μέντ' ἂν δεήσειε σώζεσθαι τὴν πολιτείαν ἐκείνην, καὶ μὴ καθάπερ ἀκυβέρνητον πλοῖον διαποντίοις χειμῶσι πρὸς τοὺς ἐσχάτους κινδύνους ἐλαύνεσθαι, τοῦτο δὴ τὸ τῆς Βυζαντίων ἴδιον ἄνωθεν ὡς τὰ πολλὰ πολιτείας. Καὶ οὐκ ὀνειδίζω λέγων τὰς τύχας ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι διὰ τοῦτο καὶ πλείους σκοποῦντές ἄνωθεν εὑρίσκομεν ἐκεῖσε μὴ μόνον τῶν δημοσίων πραγμάτων, ὅτι μὴ πολλῷ γε δήπου μάλιστα τῆς εὐσεβοῦς Ἐκκλησίας τὰ ὀλισθήματα. Ἢ γὰρ ἐκεῖ τὴν γένεσιν ἴσχει τὰ χείρω, κἀκεῖθεν ὡς ἐπὶ πρανοῦς ἐπιῤῥέοντα πονηρῶν ἐς τὰ μάλιστα πραγμάτων καὶ τὰς ἄλλας ῥᾳδίως ἐμπίμπλησι πόλεις· ἢ καὶ ἀλλοθέν ποθεν σκιωδῶς ἐπεισκωμάσαντα τὴν πῆξιν αὐτόθι μονιμωτέραν λαμβάνει καὶ δημόσιον τὸν χρωματισμὸν ἀναδείκνυσι τῆς κακίας. Διό μοι θαυμάζειν περίεστιν, οὐκ εἰ γέγονέ τι πα-

ράλογον, ἀλλ' εἰ μὴ πᾶν ἐκεῖ τὸ γινόμενόν ἐστι παράλογον. Ἡμεῖς δ' ἐνταυθοῖ μήτε περισσὰ τὸ παράπαν ζητοῦντες σοφίζεσθαι κατά γε τὴν περιττὴν καὶ εὔτεχνον ταύτην σοφίαν, μήθ' ἑαυτοὺς τῶν θείων μᾶλλον δικαιοῦν πατρίων διαπληκτιζομένους ἐν [f. 101 a] διαλέξεσιν ἄμετρα τὸν καινότερον τρόπον, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἄνωθεν εὖ γεγραμμένοις ἐμμένοντες δόγμασι, τὰ δὲ σιγηθέντ' ἀναξαίνειν μηδαμῇ μηδαμῶς ἀξιοῦντες μηδ' ἀναλύειν ἀκαίροις πειρᾶσθαι συλλογισμοῖς, ἡμεῖς τε οἱ ποιμαίνειν ἐνθάδε λαχόντες πνευματικῶς τὸν μακρὸν ὁδεύομεν βίον, καὶ τὸ πνευματικὸν ἡμῶν ὁμοίως ἄγομεν ποίμνιον ὑπὸ κυβερνήτῃ τῷ μόνῳ πάντων δημιουργῷ καὶ Θεῷ, πολυθείας δὲ καὶ ἀθείας Παλαμικὰς, μᾶλλον δ' ἐνσάρκου οἰκονομίας ἀθέτησιν, ταυτὸν δ' εἰπεῖν Ἐκκλησίας ἁπάσης καθάπαξ ἀνατροπὴν οὔτ' ἐδεξάμεθα οὔτε μὴν δεξαίμεθ' ἄν ποτε, κἂν ἐχθροὶ μυρίοι μυρίων ἔμπροσθεν ἱστῶσι θανάτων σκεύη καὶ μηχανήματα, ἀλλὰ καὶ αὐτὸν Παλαμᾶν, καὶ ὅσοι ταυτὰ φρονοῦσιν αὐτῷ, μετὰ τῶν αὐτοῦ τοιούτων δογμάτων, ὧν καὶ ἡμεῖς ὅπως ποτ' ἐν θέᾳ κατέστημεν, τῷ αἰωνίῳ παραπέμπομεν ἀναθέματί τε καὶ πυρί. Τούτων δ' ἀκριβῆ τὴν παράστασιν ἔχεις τε καὶ ἕξεις αὐτὸς, διιὼν τὰς ἐνταῦθα πόλεις καὶ χώρας Αἰγύπτου καὶ Ἀραβίας, Φοινίκης τε καὶ Συρίας, καὶ ὅσα περὶ ταύτας οἰκοῦσι γένη Χριστιανῶν, ὅπως ἐν μέσῳ τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀκάθαρτα χείλη ἐχόντων οἰκοῦντες, καὶ ἀλλοτρίοις δουλεύοντες ὅπλοις, ὅμως τῇ τῶν ὧδε στοιχοῦντες ἐπισκόπων διδασκαλίᾳ τὸ πάτριον σέβας ἀεὶ τοῖς ἱεροῖς νέμουσι δόγμασι. Μηκύνοιμεν δ' ἄν, εἰ λέγειν ἐθέλοιμεν ἅπαντα ἐφεξῆς ὅσα τε ὁ θεῖος ἐκεῖνος ἀνὴρ ἐπ' ἐμοῦ διεξῄει, καὶ ὅσα ἄλλοι ἄλλως ἀλλαχῇ καὶ πανταχῇ, τῆς ὁμοίας ἐχόμενα τάξεώς τε καὶ εὐλαβείας.

A fundamentum firmius nanciscuntur et palam improbitatem quasi vividis coloribus indutam ostendunt. Quare mihi mirari subit non si quid ibi rationi inconveniens incidat, sed si non, quidquid geritur, a ratione abhorreat. Nos autem hic, qui non supervacaneam istam et artificiosam sapientiam sectari in animo habemus nec rhetoricis subtilitatibus divina cum profanis confundentibus studemus, hujus temporis in dogmatis antiquitus bene scriptis permaneamus, neque quæ silentio involuta sunt, refricare aut ineptis ratiocinationibus expedire conemur, nos, dico, quibus hic pastorum munus obtigit spiritu aliter longam vitam degimus et gregem nostrum spiritualem eodem modo regimus sub gubernatore, universitatis rerum solo opifice atque B Deo, polytheismum autem et atheismum Palamæ, magis vero exstinctionem mysterii incarnationis Dei, vel quod idem est, totius Ecclesiæ planam conversionem non probavimus neque unquam **27** probabimus, si etiam hostium innumerabilis multitudo quarumlibet mortium instrumenta et machinas nobis protendat, sed et ipsum Palamam et qui cum eo sentiunt cum dogmatis suis, quæ nos quoque quando vidimus, æternæ exsecrationi et igni mandamus. Horum verborum accurata documenta invenis atque invenies, si urbes atque regiones Ægypti et Arabiæ, Phœniciæ et Syriæ et quæ in iis incolunt gentes Christianorum peragrare velis, quæ quanquam habitant inter impios impuroque C ore præditos atque alienis armis subjectæ sunt, tamen doctrinam talium episcoporum sequentes, reverentiam a patribus traditam nunquam non sanctis attribuunt dogmatis. Longum est, omnia enarrare quæ divinus ille vir mecum communicavit, et quæ alii alias aliter mihi referebant ad eumdem ordinem atque pietatem pertinentia.

Ζ'. Ἑξαετίαν δ' οὖν ὅμως ἡμεῖς ἐν ἐκείνοις διατετριφότες τοῖς τόποις, ἔπειτα πλήρεσι τοῖς ἱστίοις ἀναχθέντες ἐκ Κιλικίας δευτεραῖοι ἐς Κύπρον τὴν νῆσον κατήχθημεν, ἔνθα δὴ καὶ πολὺν διατρίβειν ἐγνώκειν ἔγωγε χρόνον διά τε τἄλλα τῶν τῆς νήσου καλῶν καὶ τήν γε ἔννομόν τε καὶ φιλόξενον πολιτείαν, καὶ μάλιστα πάντων διὰ τὴν τοῦ σοφοῦ ἐκείνου ἀνδρὸς ὁμιλίαν, Γεωργίου φημὶ τοῦ Λαπίθου, ᾧ οὐκ εὐθὺς ἀποβὰς τῆς νεὼς ἐντετυχήκειν αὐθημερόν· οὐ γὰρ πλησίον ἐκεῖ που τὴν οἴκησιν εἶχεν, ἀλλὰ δυοῖν ἡμέραιν τοῦ λιμένος ἀπέχουσαν εἰς ὃν ἡμεῖς τηνικαῦτα ἐσεπεπλεύκειμεν. Ῥόδου μὲν γὰρ ἐκείνης τῆς νήσου μείζων ἐστὶν ἡ Κύπρος, καὶ ἅμα οὐ κατ' ἐκείνην, ἀλλ' ἐπιμήκης τὸ σχῆμα· μεταξὺ δ' αὐτῆς ὄρος ἑστήκει, τὴν κορυφὴν ἐς ὕψος ἀνάγον μακρόν. Ὄλυμπος καλεῖται τὸ ὄρος, ἐξ οὗ καὶ πηγαὶ ποταμῶν ἀποβλύζουσι τρεῖς, ὧν ὁ μείζων καλούμενος Λάπιθος κάτεισι τέμνων καὶ περιῤῥέων τὴν Λευκωσίαν οὑτωσὶ καλουμένην χώραν, καὶ ἀποπτύων τὸ ῥεῖθρον παρὰ τὴν ἐς ἄρκτον βλέπουσαν θάλασσαν. Τούτου παρὰ τὰς ὄχθας ἔτυχεν ἔχων ἐκεῖνος τὴν οἴκησιν, διὸ καὶ Λαπίθης ἔκ γε τοῦ ποταμοῦ καὶ αὐτὸς ὅπως ποτὲ παρωνόμασται. Γνοίη

VII. Sex per annos cum in illis locis fuissemus, ex Cilicia velis passis in altum delati, secundo die ad insulam Cyprum appulimus, ubi longum tempus commorari constitueram cum ob alia, quæ præbet insula commoda, tum quod rei publicæ administratio præclare legibus temperata est, et oppido hospitalis, maxime vero eo consilio, ut Georgii Lapithæ, viri illius sapientissimi consuetudine uterer, quem **28** quidem e navi egressus non statim D eodem die convenire potui. Non enim in propinquo habebat sedem, sed duorum dierum iter intererat inter eam atque portum in quem tum incurrimus. Cyprus enim major est insula Rhodo neque eadem, qua illa forma, sed oblonga. In media autem insula mons est, cui culmen ad magnam altitudinem effert. Olympus appellatur ex eoque trium fluviorum fontes profluunt, quorum maximus, cui Lapitho nomen est, Leucosiam regionem, quæ dicitur, secernit atque circumfluit, fluctusque in mare, quod in septentriones spectat, emittit. Ad hujus fluminis ripas ille domicilium habuit, quapropter etiam ipse Lapithes ex flumine cognominatus videtur. Statim vero quis ex sola

specie atque magnitudine ædificiorum atque stabulorum etiam antequam in hominis ipsius adspectum venerit, facile cognosceret eum nequaquam unum esse ex ignobilibus atque plebeiis, sed ex clarissimis atque primoribus insulæ. Idem magis etiam cognosceret ex vitæ ejus dignitate atque gravitate. Festa enim et sacri conventus atque summa in inopes liberalitas illam domum ornant. Christianorum autem captivorum, qui crebro ibi circumducebantur, maximam habebat curam, cum et ipse largiter majorem atque meliorem **29** partem ad eorum conferret libertatem et alios sacræ Scripturæ præceptis adhortaretur. Præcipuum enim et maximum studium in eo collocabat, ut Christianos in sacris ecclesiis congregatos cum alias religionis leges doceret, tum maxime moneret, inopibus summopere prospiciendum et providendum esse. Quare factum est, ut ejus opera tota insula misericordiæ atque fidei quasi palæstra pateat ibique maxima sit captivorum libertas.

VIII. In illis locis sunt etiam regis prædia sedesque atque splendidissimæ ejus et pulcherrimæ ædes, quod illa pars insulæ amœniore gaudet aeris temperie et jucundiore situ. Quocirca frequenter ex propinquo ad eum veniebat Georgius Lapithes, qui summa apud eum reverentia atque honore fruebatur cum propter dignitatem tum propter sapientiam, qua omnium maxime præditus erat. Rex etiam ipse philosophia Latinorum haud mediocriter erat imbutus; sed quanquam ea de causa semper plurimos sapientium Latinorum circum se habebat, magis tamen delectabatur Georgii humanitate atque consuetudine. Sapientes enim, inquit, tyranni sapientium commercio. Eum igitur cum secum haberet, adductus est, ut utramque pariter sapientiam sibi pararet, Græcorum scilicet et Latinorum, Georgius enim peritissimus erat utriusque sapientiæ ac linguæ. Quare audiebat eum rex lubenter coram se sæpe disputantem cum sapientibus Latinis, quos syllogismorum argumentationibus **30** quasi telis fortissime impetitos superabat, præsertim cum certamen de cultu patriorum dogmatum institutum erat; tum enim fluminis instar Scripturæ sacræ demonstrationibus in eos irruens effecit ut muti prorsus pisces esse viderentur. Regem vero hisce disputationibus interdum in iram compulsum rursus verborum venustate et irrefutabili veritatis flexu atque circumversione demulcebat. Tali igitur ratione regis iracundia placide repressa ad tranquillitatem et securitatem animum ejus traduxit. Neque erat quisquam, ut paucis rem expediam, sive Græcæ doctrinæ haud imperitus sive philosophiæ Latinæ omnino non expers erat, quin ei ut in quolibet docto certamine multo adversariis superiori palmam daret. Hujus viri famam equidem etiam, antequam hinc navigarem, acceperam, cum non solum litteras sæpe lectitarem, quibus tuis litteris et officio amicitiæ respondebat, sed etiam cum laudes ejus summas

A δ' ἄν τις εὐθὺς κἀκ μόνης τῆς περιφανείας τε καὶ τοῦ μεγέθους τῶν οἰκιῶν καὶ ἐπαύλεων τοῦ ἀνδρὸς, καὶ πρὶν εἰς ὄψιν ἰέναι αὐτοῦ, [f. 101 b] μὴ τῶν ἀγενῶν εἶναι καὶ τῶν πολλῶν ἕνα, ὅτι μὴ τῶν πάνυ τι λίαν ἐνδόξων καὶ πρώτων τῆς νήσου· γνοίη δ' ἂν μᾶλλον ἐκ τοῦ τρόπου καὶ τῆς ἄλλης τοῦ βίου σεμνότητος. Ἑορταὶ γὰρ καὶ πανηγύρεις ἱεραὶ τὴν οἰκίαν ἐκείνην ἐκόσμουν, καὶ χορηγίαι τῶν δεομένων δαψιλεῖς. Τῶν γε μὴν συχνὰ περιαγομένων ἐκεῖ Χριστιανῶν αἰχμαλώτων μεγίστην ἐποιεῖτο προμήθειαν, αὐτός τε παρέχων ἀφθόνως τὰ μείζω καὶ τελεώτερα τῆς τούτων ἐλευθερίας, καὶ ἅμα τοὺς ἄλλους ὀτρύνων διδασκαλίας τῶν θείων Γραφῶν. Ἔργον γὰρ αὐτοῦ σπουδαιότατον μάλιστα πάντων ἱεραῖς ἐκκλησίαις ἀθροιζομένους Χριστιανοὺς B διδάσκειν τά τε ἄλλα τῆς εὐσεβείας νόμιμα, καὶ πρός γε φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν δεομένων μεγίστην, ὡς εἶναι δι' ἐκεῖνον πᾶσαν ἐκείνην τὴν νῆσον ἐλέου καὶ πίστεως στάδιον, καὶ μάλιστα πάντων αἰχμαλώτων ἐλευθερίαν.

Η'. Εἰσί γε μὴν καὶ αἱ τοῦ ῥηγὸς περὶ τοὺς τόπους ἐκείνους ἐπαύλεις καὶ δίαιται, καὶ αἱ τῶν οἴκων ἐκείνου λαμπρότητες πάνυ καλαὶ διὰ τὸ χαριέστερον εἶναι τῆς νήσου τὸ μέρος ἐκεῖνο ἀέρος τε ἕνεκα καὶ ἅμα θέσεως ἄλλης καὶ ῥᾳθυμίας τῶν τόπων. Διὸ κἀκ τοῦ σχεδὸν ἐσεφοίτα θαμὰ παρ' αὐτὸν ὁ Λαπίθης Γεώργιος, καὶ σφόδρα κομιδῇ πολλῆς ἀπέλαυε τῆς ῥηγικῆς αἰδοῦς καὶ τιμῆς διά τε τὴν ἄλλην σεμνότητα, καὶ ἣν ἐκέκτητο μάλιστα πάντων σοφίαν, C ἐπεὶ καὶ αὐτὸς οὐ μετρίως τῆς Λατίνων μετέσχε φιλοσοφίας ὁ ῥήξ, καὶ δι' αὐτό γε τουτὶ πολλοὺς μὲν ἀμφ' αὐτὸν τοὺς Λατίνων εἶχε σοφοὺς ἀεὶ, ἤρα δὲ μᾶλλον τῆς Γεωργίου μούσης καὶ ὁμιλίας· Σοφοὶ γὰρ, φησὶ, τύραννοι σοφῶν συνουσίᾳ. Ἔχων οὖν αὐτὸν ἔχειν ἐπέπειστο καὶ σοφίαν κατὰ ταυτὸν ἑκατέραν, τήν τε Ἑλλήνων φημὶ καὶ Λατίνων· δεξιὸς γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ καθ' ἑκατέραν σοφίαν καὶ γλῶτταν ὁ Γεώργιος ἦν. Ταύτῃ τοι καὶ ἡδέως αὐτοῦ ἤκουσε διαλεγομένου συχνὰ τοῖς Λατίνων σοφοῖς ἐπ' αὐτοῦ, καὶ τοῖς τῶν συλλογισμῶν ἀποδεικτικοῖς βέλεσιν ἐς τὰ κράτιστα βάλλοντός τε καὶ νικῶντος αὐτοὺς, καὶ μάλισθ' ὅτε περὶ δογμάτων πατρίων τῆς θρησκείας ἦν ὁ ἀγών· τηνικαῦτα D γὰρ πολὺς κατὰ σφῶν ταῖς τῶν θείων Γραφῶν ἀποδείξεσι ῥέων ἰχθύας ἀφώνους ἄντικρυς ἔφαινεν. Ὥστε καὶ χαλεπαίνειν ἐνίοτ' ἐν τούτοις ὡρμημένον τὸν ῥῆγα ἔθελγεν αὖθις αὐτὸν τῇ τῶν λόγων σειρῆνι καὶ ταῖς τῆς ἀληθείας ἀναντιῤῥήτοις στροφαῖς καὶ περιστροφαῖς. Τοιαύταις δή τισι μεθόδοις τὸ χαλεπαῖνόν τε ἀνέστελλεν ἐμμελῶς τῆς ῥηγικῆς ἐκείνης ψυχῆς, καὶ τὸ εὐθυμοῦν ἀντεισῆγεν ἐπιεικῶς. Καὶ ἦν ἁπλῶς εἰπεῖν οὐδεὶς τῶν ἁπάντων ὃς οὐ λογικοῦ παντὸς ἀγῶνος μεθ' ὑπερβολῆς αὐτῷ τὰ τῆς νίκης παρεῖχε τρόπαια, οὔθ' ὅστις νὺ μάλα ἀξύνετος Ἑλληνικῆς μούσης ἦν, οὔθ' ὅστις Λατινικῆς φιλοσοφίας οὐ μάλα τι ἀδαής. Εἶχόν γε μὴν ἔγωγε τοῦ ἀνδρὸς ἐκείνου τὴν φήμην καὶ πρὶν ἐντεῦθεν ἐκπλεῦσαι, μὴ μόνον ταῖς γραφαῖς ἐντυγχάνων ἐκείνου πολλάκις ὡδὶ, ἃς ἐκεῖθεν ἐκεῖνος σοὶ τῶν τε γραμμάτων

καὶ ἅμα τοῦ φιλικοῦ καθήκοντος ἀμειβόμενος ἔπεμπεν, ἀλλὰ καὶ ἀκούων ἐπαίνους [f. 102 a] αὐτοῦ γε μακροὺς ἀπὸ στόματος τῶν ὅσοι ἀφιγμένοι ἐκεῖθεν ὑπῆρχον ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Καὶ ἦν ἐπὶ μετρίας ἐμοὶ τὸ ἐκείνου συστελλόμενον θαῦμα. Νῦν δ' ἐπειδή γε ἐς Κύπρον ἀφιγμένος παρ' ἐκείνῳ κατέλυον, διὰ μάλα τι σφόδρα μακρᾶς τῆς σπουδῆς τὴν ἐμὴν διὰ σὲ τιθεμένῳ ξενίαν, ἔγνων τε καὶ πεπείραμαι τοῦ ἀνδρὸς τελεώτερον, αὐταῖς ἀκοαῖς καὶ αὐταῖς ὄψεσι ζῶσαν εἰπεῖν καὶ ἔμπνουν τὴν φήμην ἐκείνην ἰδὼν καὶ βεβαιωσάμενος ἐμαυτῷ, καὶ τὰ τῆς ἀληθείας ἐνέχυρα πάνυ παρειληφὼς ἐναργῆ, μονονουχὶ τὴν φήμην ἐλεγχούσης καὶ διαῤῥήδην ἀποφαινούσης μακρῷ τοῦ δέοντος ἐνδεᾶ. Μάλιστα δ' ἁπάντων τὴν γνώμην ἐθαύμαζον ἔγωγε καὶ τὸ τῆς φιλίας τοῦ ἀνδρὸς τῆς πρὸς σέ. Οὕτω γὰρ ἐρωτικῶς εἶχε τῶν σῶν συγγραφῶν καὶ βιβλίων ὅσον οὐδ' ἀξίως οἷός τ' ἂν εἴην ἔγωγ' εἰπεῖν. Ἀεὶ γὰρ ἐπιὼν αὐτῶν ὁπόσα ζητοῦντι παρέσχεν ὁ χρόνος αὐτῷ, πολλῆς ἀεὶ καὶ τῆς ἡδονῆς ἐνεπίμπλατο, καὶ πολλὴν περιέφαινε τὰ ἤθη τὴν ἔνδον βακχείαν αὐτοῦ τῆς ψυχῆς. Ὥσπερ ἔνθους γὰρ ἦν ὑφ' ἡδονῆς γιγνόμενος, καὶ ἐπικροτῶν καθ' ἕκαστα, καὶ οἷον εἰπεῖν ἐπιλανθανόμενος οὗ γῆς εἴη. Ἐδόκει γὰρ ἐνίοτε σοί γε προσομιλεῖν καὶ σοί γε συνεῖναι αὐτῷ, καὶ σοῦ γε ἀκούειν, ἅττα ποτ' ἦν ἐκεῖνα, τῇ γλώττῃ διεξιόντος αὐτῇ, καὶ μάλισθ' ὅτ' ἀνὰ χεῖρας ἔχειν ἐπῄει διάλογον ἐκεῖνον ὃν διὰ Βαρλαὰμ ἐποιήσω τὸν Καλαβρόν. Καὶ ἦν διὰ μάλα μακρᾶς καὶ οὐχ ἧσσον εἰπεῖν κομιδῇ κατεσπουδασμένης αὐτῷ τῆς φροντίδος μὴ μόνον αὐτόν γε ἐφ' ἑαυτοῦ θαυμάζειν τὰ σά, ἀλλὰ καὶ διαλεγόμενον ἀεὶ τοῖς Λατίνοις ἀνὰ στόμα τἀγκώμια διὰ θαύματος ἄγειν τὰ σά, ἐπί τε δὴ ῥηγὸς αὐτοῦ, καὶ ὅπη ἂν ἄλλοθι τύχοι τὰς ἄλλοτ' ἄλλως παραπιπτούσας ὁμιλίας καὶ διαλέξεις ποιούμενος. Ὥστε καὶ Κύπρον μικροῦ πᾶσαν εἰς ὕμνον τὸν σὸν ἀνηρτήσατο καὶ κήρυκας πέπραχε σούς, πρὶν ἐκείνους ἰδεῖν τι τῶν σῶν. Οὕτω γε μὴν καὶ τῆς γε σῆς ἐπεθύμει θέας καὶ ὁμιλίας τυχεῖν, καὶ οὕτω τῶν τοιούτων ὅλος ἐγίγνετο λογισμῶν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, ὥστε καὶ ηὔχετο μὴ πρότερον μήτ' ἐκεῖνον μήτε σὲ θανεῖν πρὶν ἐς Βυζάντιον ἐκεῖνον ἀφῖχθαι, πάλαι τοῦτο βουληθέντα καὶ μελετήσαντα, μόνης ἕνεκα θέας καὶ ὁμιλίας τῆς σῆς. Οὕτως ἀποίητα ἦν καὶ εἰλικρινῆ τὸ παράπαν ἀεὶ τὰ ἐκείνου πρὸς σέ, καὶ οὐδὲν οὐδαμῇ πεπλασμένον ἦθος ἐνεκεκάλυπτο τοῖς ἐκείνου γράμμασι πώποτε, ὅσα σοι τῶν σῶν μακρῶν ἐκείνων ἐγκωμίων ἀεὶ διετέλει πέμπων μεστά. Ἐκόμισε δέ μοι καὶ ὅσα τῆς ἀστρονομικῆς ἐπιστήμης αὐτῷ ἐπεπόμφεις αὐτὸς κατὰ διαφόρους ἄλλοτ' ἄλλους τοὺς χρόνους, καὶ ἦν δι' ἐκπλήξεως ἄγων ὅπως ἐκείνου χάριν πόνων τοὺς πλείους καὶ μάλιστα δυσχερεῖς τῶν τοιούτων ὑποθέσεων ἐν ὀλίγαις συνέκλεισε συλλαβαῖς. Καὶ μὲν δὴ οὐδὲ τὴν Πτολεμαίου ἀποτελεσματικὴν τετράβιβλον περὶ ἐλάσσονος ἐποιεῖτο σπουδῆς ἐκεῖνος, ἀλλὰ ταύτην τε καὶ ὅσα περὶ τῶν ὁμοίων τοῖς Πτολεμαίου παλαιοτέροις ἅμα καὶ νεωτέροις ἔτι περίεστι γεγραμμένα, καὶ ὅσα πάλαι Χαλδαίοις καὶ Πέρσαις πεποίηται, πάνυ τι πάντ

A ex ore eorum audirem, qui inde huc plerumque venerunt. Sed admiratio ejus modicis mihi circumscripta erat finibus. Ubi vero Cyprum profectus apud eum versarer, cui tua causa hospitii summa erat cura ac diligentia, tum virum accuratius cognovi et expertus sum; famam enim **31** illam veluti auribus oculisque ipsis viventem spirantemque videbam mihique firmiter repræsentabam evidentissima adeptus veritatis pignora, quæ tantum non famam coargueret, eamque longe a vero abesse ostenderet. Maxime autem admirabar viri sensum et sinceram adversus te amicitiam. Tanto enim amore tuas historias atque libros amplectebatur, ut equidem non satis digne dicere possim. Lectitans enim, quæcunque cupienti ei tempus offe- B rebat, magna semper voluptate implebatur externusque ejus habitus vehementissimam animi internam concitationem declarabat; quasi divinitus voluptate afflatus ad singula plaudebat, et oblitum eum esse diceres ubinam gentium esset. Videbatur enim sibi nonnunquam tecum conversari tibique ipsi adesse et te ipsa lingua percurrentem audire, quidquid id erat, præsertim cum in manus illum dialogum sumeret, quem propter Barlaamum Calabrum fecisti. Maxime vero studuit et fere consulto impensissimam operam dedit, ut non modo solus tua scripta admiraretur, sed etiam in disputationibus cum Latinis institutis tuas laudes semper cum maxima admiratione in ore haberet, sive C coram rege, sive alibi subinde alia commercia et colloquia inciderent; quo factum est, ut omnes pene **32** Cyprios ad tuam gloriam converteret tuique laudatores efficeret, priusquam tuorum quidquam viderent. Tam vehementer vero cupiebat sibi contingere ut te videret tecumque conversaretur, et ita totus in talibus cogitationibus noctu et die erat, ut precaretur, ne prius aut tu morereris aut ipse decederet e vita, quam Byzantium venisset id quod jam diu voluisset et deliberasset nulla alia de causa, quam ut tuo aspectu et consuetudine frui posset. Tam simplex erat tamque omni ex parte sincerus semper ejus animus adversus te, neque quidquam ficti aut fucati unquam in illis litteris delitescebat, quas laudationum tui longarum plenas perpetuo D tibi misit. Apportabat mihi etiam scripta quæ de astronomia ei diversis temporibus miseras: qua in re miratione fere perculsus eram, quomodo laboriosissimas et difficillimas astronomicarum quæstionum paucis comprehendit syllabis. Neque vero Ptolemæi apotelesmaticam tetrabiblon neglexit; sed non solum eam studiosissime lectitabat, sed etiam omnes libros de simili argumento, qui a scriptoribus Ptolemæo antiquioribus vel recentioribus compositi adhuc exstant, vel a veteribus Chaldæis et Persis conscripti sunt. Sed quæcunque fines sanctis legibus constitutos excedunt atque metam **33** præfixam egrediuntur, ea aversabatur et abominabatur ut pie vivere volentibus insalubria; quæcunque contra ad rerum rationes atque causas sobrie

atque moderate indagandas pertinent, ea lubentissime admisit, eo quidem consilio ne conturbaretur argutiis Latinorum, qui ibi incolunt, et regis ipsius, qui in hac doctrinæ parte non levem quamdam atque mediocrem operam insumunt, quippe cum Ægyptii Arabes ex propinquo crebro ad regem per mare proficiscantur doctæ disputationis et ambitionis causa, non sine magna illa ostentatione Arabum, qui totam vitam in eo ponunt studium, ut indagent, si quod veteris Chaldaicæ doctrinæ adhuc vestigium servetur. Dicebant enim, cum ab Opifice definitum esset, ut omnia, quæ oriuntur et intereunt, cœlestium siderum qualitate et motu efficerentur et formarentur, atque eorum collocationibus ac rationibus, quæ iis cum rebus terrestribus intercederent, flumen materiæ quasi legibus regeretur et modulate ordinaretur, nequaquam nobis studendum esse, ut altero neglecto alterum tantum cognosceremus. Cæcam enim quamdam doctrinæ viam ingredi, qui nec cum speculatione praxin conjungere vellet neque cum altero alterum. Cum enim in duobus hisce generibus philosophiæ contemplatio versetur, eum haud sane rerum rationes cogniturum, et multum abesse ut perfectus sapiens appellari possit, qui non **34** utraque philosophiæ mysteria, quantum opus esset, perscrutari in animum induceret.

IX. Sed hæc hactenus. Ille vero, cum plurimum otium ageret vel occupatione ipsa præstantius duceret tua causa me colere atque curare, mecum circumiit insulam, ostenditque quæ visenda erant cum aliis locis, tum in theatris, foris, judiciis. Monstravit porro mihi, ut numismatum et monetarum ratio per omne ævum eadem maneret neque unquam ne minimum quidem mutaretur; ut in ponderibus atque mensuris omnia rerum venalium genera darentur atque acciperentur non pro venditorum uniuscujusque voluntate, sed secundum vetusta civitatis instituta; non prout divitiorum avaritia et aviditas plus justo lucrari vellet, sed prout leges, disciplinæ a majoribus bene descriptæ custodes, per omne tempus juberent. Neque divitiis excellens neque ætatis robore præditus ibi eos, qui inferiores utroque genere sint, facile opprimere atque circumvenire possit; nam qui leges civitatis vel minime transgredi audeat, is statim si non capite, attamen iis membris corporis multatur quæ pro ratione delicti leges jubent. Hæc ratio, inquit ille, crede mihi, si servatur, conjungit atque continet civitates et urbes, terras et insulas privatim atque publice; sin autem evertitur, acri impetu etiam **35** res universas et singulas evertit, quæ illegitimæ in civitatibus et urbibus versantur, cum nullo pacto rebus, quæ legi repugnant, firmum atque stabile fundamentum subesse possit, sed brevi tempore omnis providentia, quæ rempublicam contineat, iis exagitetur et dissolvatur,

A φιλοπονώτερον μετῄει. Καὶ ὁπόσα μὲν ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα [f. 102 b] τοῖς εὐσεβέσι νόμοις καὶ ὑπερόριον τείνει πόδα, ταῦτα δ' ἀπεσείετό τε καὶ διέπτυεν ὡς ἄχρηστα τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσιν· ὅσα δ' εἰς τοὺς δημιουργικοὺς τῶν ὄντων ὑγιῶς ἐπορεύετο λόγους, ταῦτα δ' ἀσμένως παντάπασιν μάλα προσίετο. Κἀκεῖνα δὲ τοῦ μὴ κλονεῖσθαι ἕνεκα τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα κομψοῖς τῶν ἐκεῖ Λατίνων, ξύν γε αὐτῷ ῥηγὶ, οὐκ ἐῤῥαθυμημένην τινὰ τὴν σπουδὴν τῷ τοιῷδε διδόντων μέρει τῆς τέχνης, ἅτε ἀγχοῦ τῶν Αἰγυπτίων Ἀράβων ὄντων, καὶ συχνὰ καὶ διαπόντιον ἐς τὸν ῥῆγα τὴν ἄφιξιν ποιουμένων λογικῆς τε ὁμιλίας ἕνεκα καὶ ἅμα φιλοτιμίας, μακρὸν ἐπισυρομένης τὸ ἐπιδεικτικὸν Ἀράβων ἐκείνων, ὧν τὸν ἅπαντα βίον ἀπασχολεῖ, εἴ τί που τῆς B πάλαι Χαλδαϊκῆς ἐπιστήμης ἐλλέλειπται σωζόμενον ἔτι σημεῖον. Ἔφασκον γὰρ ὡς ἐπεὶ τὰ ὑπὸ γένεσιν πάντα καὶ φθίσιν τῇ τῶν οὐρανίων ποιότητι καὶ κινήσει πάσχειν τε καὶ εἰδοποιεῖσθαι πρὸς τοῦ δημιουργήσαντος ὥριστο, καὶ τοῖς ἐκείνων συσχηματισμοῖς τε καὶ ταῖς πρὸς τἀπίγεια συνοικειώσεσι τὸ ῥέον τῆς ὑλικῆς ποιότητος οἷον νομοθετεῖταί τε καὶ ῥυθμίζεται, ἀνάγκη μὴ θάτερον μὲν εἰδέναι περὶ παντὸς ποιεῖσθαι, θάτερον δ' οὔ. Ἦ γὰρ ἂν χωλὸν βαδίσειε τρίβον τῆς ἐπιστήμης ὃς ἂν μήτε τῷ θεωρητικῷ συνάπτειν ἐθέλῃ τὸ πρακτικὸν μήτ' αὖ θατέρῳ θάτερον. Τῆς γάρ τοι φιλοσοφίας ἐν τοῖς δυσὶ τούτοις εἴδεσι θεωρουμένης, σχολῇ γ' ἂν τοὺς λόγους γνοίη τῶν ὄντων, πολλοῦ δ' ἂν δεῖν κατὰ τὸ ἐντελὲς κληθῆναι σοφὸν, ᾧ μὴ ἄμφω καθ' ὁπόσα δεῖ μετιέναι ἔπεισι τὰ τῆς φιλοσοφίας μυστήρια.

C Θ'. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις. Ἐμοὶ δ' ὡς τὰ πολλὰ σχολὴν ἄγων, ἢ καὶ ἀσχολίας ὑπέρτερον ἐκεῖνος πρᾶγμα ποιούμενος θεραπεύειν ἐμὲ διὰ σὲ, ἐδείκνυ περιιὼν καὶ περιηγούμενος ὁπόσα τῇ νήσῳ περίεστιν ἄξια θέας, τά τε ἄλλα καὶ ὅσα ἐν θεάτροις, ἐν ἀγοραῖς, ἐν δικαστηρίοις, τὸ ἐν νομίσμασι καὶ χαράγμασι τὸν ἅπαντα χρόνον ὡσαύτως ἔχον καὶ μηδαμῇ μηδ' ὁπωσοῦν τρεπόμενον, καὶ ὅπως ἐν σταθμοῖς καὶ μέτροις πλάστιγξιν εἴη διδόμενά τε καὶ λαμβανόμενα εἴδη καθάπαξ ὠνίων ἅπαντα, οὐχ ὡς τῶν πιπρασκόντων ἕκαστος βούλοιτ' ἂν, ἀλλ' ὡς τὰ τῆς πολιτείας ἀρχαῖα κελεύουσι δόγματα, οὐδ' ὡς τῆς τῶν εὐτυχεστέρων πλεονεξίας τὸ λίχνον παρακερδαίνειν ἐθέλει, ἀλλ' ὡς οἱ σωτῆρες τῆς ἄνωθεν εὐταξίας προστάττουσι νόμοι τὸν ἅπαντα χρόνον. D Οὐδ' ὁ πλούτῳ προύχων, οὐδ' ᾧ καθ' ἡλικίαν προβεβηκέναι ξυνέβη, τὸ πλέον ἕξειν ἐν τούτοις οἷός τ' ἂν εἴη ἐκεῖ τῶν ἡσσόνων κατ' ἄμφω. Ταχὺ μέντ' ἂν ἀφαιρεθείη, εἰ μὴ τῆς κεφαλῆς, ἀλλ' οὖν ὁπόσα τῶν τοῦ σώματος μελῶν κατὰ τὸ τοῦ ἁμαρτηθέντος ἀνάλογον οἱ νόμοι τῆς πολιτείας κελεύουσιν, ὅστις αὐτοὺς καπηλεύειν ὁπωσοῦν τολμῴη. Καὶ τοῦτ' ἐστὶν, ἔλεγεν ἐκεῖνος ἐμοὶ βεβαιῶν, ὃ σωζόμενον μὲν συνίστησι καὶ συνέχει πολιτείας καὶ πόλεις καὶ ἠπείρους [f. 103 a] καὶ νήσους, καὶ ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, ἀνατρεπόμενον δ' αὖ ὀξείαις συνανατρέπει ῥοπαῖς τά τε κοινὰ καὶ καθ' ἕκαστα τῶν πραγμάτων ὅσα πόλεσί τε καὶ πολιτείαις ἐγκαλινδεῖται παρανομούμενα, μηδαμῇ τοῖς παρανόμοις συνεῖναι φύσιν ἐχούσης τῆς ἑδραίας διαμονῆς καὶ κρηπῖδος.

A affecti difficultate commorabantur, ex Galatæ castello, quo antea decem triremes præmiserant, nuntium exspectantes, num idoneum classis receptaculum parassent. Interea autem nonnulli militum classicorum e navibus egressi olera atque pabularia ex agro quotidianum ventriculo cibum petentes colligebant, magna quippe per complures dies fame exhausti. Heracleotæ autem tanquam dementia **79** divinitus immissa perciti pro hospitalitate insidiis noctu ante classem structis sole oriente multos ex Latinis captos interficiunt. Quæ quidem res acrem hisce iram movit, cum præsertim omni certamine abstinere constituissent, donec Byzantium venirent, ut de pace agerent et omni genere pollicitationum et pecuniæ largitionibus B imperatorem circumventum eo adducerent, ut fœdere cum Venetis spreto secum societatem inirent. Quare multas quidem horas pendebant animis: attamen non ferendum videbatur, si flagitium in se commissum impunitum omittere vellent, classicis præsertim varie tumultuantibus bellique certamen moventibus et accendentibus. Insequenti igitur die solis ortu cum præfecti classis belli signa tubis edi jussissent, omnes armati ad ultionem sumendam egressi urbem cingunt et omnibus portis effractis duarum horarum spatio capiunt urbem, refertam non solum veteribus incolis, sed etiam iis qui exteris Thraciæ vicis propter crebras gentilium incursiones relictis eo sedes cum C magnis divitiis transtulerant. Irruunt ab omnibus partibus Latini et omnes omnis ætatis misera servitute afficiunt, qui non fuga salutem sibi quæsiverant. **80** Tunc aberat Coccinus, qui episcopatum urbis sortitus erat. Coccinus enim pastorius pater ab igneo et efferato vultu appellabatur. Versabatur tum temporis Byzantii, ubi novis Palamæ commentis omni animo atque studio deditus, gregis sui parum habita ratione, veræ fidei persecutionem accendebat, imperatori vero ex somniis et tripode nescio quo vaticinio magnas sane atque ineffabiles res pollicebatur, imperii nimirum amplificationem, Orientis et Occidentis ditionem, quæ nullo negotio persecutionem e vestigio insecutura esset. At enimvero cum Coccini præsagium D prorsus secus caderet, in magnas injectus est difficultates imperator, ut quod heri vel nudius tertius admisit et lubentissime credidit, id jam ambiguis versaret cogitationibus et vehementissima consiliorum fluctuatione agitatus nugas istas abjiceret atque, quos non puderet in tam manifestis mendaciis deprehendi, multis opprobriis obruere conaretur. Sed rursus ille præsagiorum auctor ad eum accedit; veritatem falso interpretando et certam simplicitatem transcurrendo eum sibi reconciliat; hanc adversarii cujusdam spiritus esse vim dicit, qui ardorem pietatis restinguere et persecutionis cursum fraudulenter inhibere velit. Hæc etiam exploratio quædam est, inquit, a Deo instituta et prælusio fortasse

futuræ beatitudinis, ne **81** immodico gaudio elatus A arrogantem de te concipias opinionem et ita promissis ipse excidas, nos vero magna spe fraudemur. Quos enim Deus ad majorem rerum moderationem provehere vult, eos exiguis quibusdam molestiis præparat et probatiores reddit. Tantis igitur mendaciis ille veritatem contaminabat; tam impudenter religionem illudebat; gregis vero sui acerbissime ab hostibus laniati et crudeliter omnibus rebus opibusque diu noctuque spoliati nulla habita ratione, nihil antiquius ducebat quam ut fidem persequeretur nullum pudorem præ se ferens, quanquam tam manifesto improbitatis convictus erat. Quod enim Constantinus Magnus quondam fecit, cum Judæos, qui rebus novis studebant et B templum Hierosolymis denuo ædificare conabantur, comprehensos auribus circumcisis a flagellantibus circumduci et animi temeritatem una cum corpore flagellari juberet, ne pluribus quoque aliis talis rerum novatio improbitatis quasi monumentum esset — hoc idem fecit Deus, cum impium illius urbis pastorem coargueret, præsagia in vanum verteret, nugas longorum istorum somniorum in media terra atque mari magnificentius diffamaret, quam ullo monumento id fieri potest. Ut enim Constantinus Judæos ea corporis **82** parte fœdavit, qua maxime Salvatoris prædictiones, qui planum quidem ædis excidium prænuntiavit, resurrectionem autem ejus neutiquam addidit, audire atque intelligere debebant, sic etiam Deus tunc istum C hominem, qui vaticinia tanquam fomitem persecutionis in religionem imperatori injecit, in ludibrium vertendo ejusque somnia tripodesque splendide convellendo a grege abalienavit, pastorali munere et Deo indigna facientem, tantum non rebus ipsis clamantibus, impium pastorem ab imperatore a pastoratu removendum esse. Cum vero hic, quem multare debebat, eum adeo victorem proclamaverit, Deus jam commune ambobus judicium communemque pœnam adducit, urbe ovibus pro pascuo data, hominibus eheu! per totum orbem terrarum dispersis, ut omnes eos impietatis convictos esse sentirent et quænam malorum seminum fruges vel potius futurarum calamitatum essent prælusiones cognoscerent.

A ψεύδεσθαι οὐκ ἐρυθριῶντας. Ἀλλ' ἐγγύθεν αὖθις ὁ τὰς μαντείας εἰσάγων ἑστὼς, καὶ παρεξηγούμενος τὴν ἀλήθειαν, ἔπειθε πάλιν τὴν αὐθεντικὴν ὑποτρέχων ἁπλότητα, καὶ τοὐναντίου πνεύματος ἐνέργειαν ἔφασκεν εἶναι, ἵνα τὸν ὑπὲρ εὐσεβείας σβέσῃ θυμὸν, καπηλεύσας τὸν δρόμον τοῦ διωγμοῦ. Εἶναι δὲ καὶ δοκιμήν τινα τοῦτ' ἔφασκεν αὐτῷ Θεοῦ, καὶ τῆς μελλούσης ἴσως εὐδαιμονίας γίνεσθαί οἱ προοίμιον. Ἵνα μὴ τῇ τῆς χαρᾶς ἐκείνης ὑπερβολῇ πρὸς οἴησιν ἀρθῇ σου, φησὶ, τὸ φρόνημα, καὶ τῶν ἐπηγγελμένων σὺ τότε μᾶλλον ἐκπέσῃς, καὶ ἡμεῖς τῶν μεγάλων ψευσθῶμεν ἐλπίδων· οὓς γὰρ ἂν ὁ Θεὸς ἀνάγειν ἐθέλοι πρὸς μειζόνων πραγμάτων ἐπιστασίαν, δοκιμωτέρους ποιεῖ, προγυμνάζων διὰ σμικρῶν τινων περιστάσεων. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν τοιαῦτα B τῆς ἀληθείας κατεψεύδετο, καὶ οὕτω τῆς εὐσεβείας ἀναιδῶς κατωρχεῖτο, τοῦ δὲ ποιμνίου σπαραττομένου μάλα πικρῶς ὑπὸ τῶν πολεμίων ἐκεῖ καὶ ἀφειδῶς ὑπὲρ χρημάτων πάντων καὶ παντοδαπῶν αἰκιζομένου νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν ἠμέλει, καὶ δεύτερα πάντ' ἐνόμιζε τῆς ἐς τὴν τῆς πίστεως διωγμὸν σπουδῆς, καὶ οὐδὲ τὸν προφανῆ τοῦτον ἔλεγχον προφανῶς ᾐδεῖτο· ὃ γὰρ ὁ μέγας πάλαι πεποίηκε Κωνσταντῖνος (τοὺς γὰρ νεωτερίζοντας τότε τῶν Ἰουδαίων, καὶ τὸν ἐν Ἱεροσολύμοις ἀνανεοῦσθαι νεὼν ἐγχειροῦντας, συνειληφὼς, καὶ σφῶν τὰ ὦτα λωβησάμενος, μαστιγοφόρους περιάγειν τε καὶ μαστίζειν παρέσχε τὸ τῆς γνώμης ἀκόλαστον μετὰ τῆς σαρκὸς, μὴ καὶ πλείοσιν ἄλλοις στήλη κακίας C ὁ νεωτερισμὸς αὐτῶν καταστῇ), τοῦτο πέπραχεν ὁ Θεὸς ἐνταυθοῖ, τὸν ἀσεβῆ ποιμένα τῆς πόλεως ἐλέγχων ἐκείνης καὶ τὰς τούτων φαυλίζων προῤῥήσεις, καὶ ἐκπομπεύων τοὺς τῶν μακρῶν ὀνείρων ἐκείνων λήρους ἐν μέσῃ γῇ τε καὶ θαλάσσῃ, στήλης ἁπάσης ὑπέρτερον. Ὡς γὰρ Ἰουδαίους Κωνσταντῖνος ἐκείνους κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος ἐλωβήσατο ᾧ πάντων μάλιστ' ἀκούειν καὶ συνιέναι προσῆκε τῶν τοῦ Σωτῆρος προῤῥήσεων, τὸν μὲν παντελῆ τῆς οἰκοδομῆς ἐκείνης ὄλεθρον προειπόντος, τὴν δ' ἀναβίωσιν οὐδαμῇ γε προσθέντος, οὕτω νῦν ὁ Θεὸς ἐνταυθοῖ πρῶτον αὐτὸν τὸν τὰς μαντείας ὑπέκκαυμα τῆς τοῦ διωγμοῦ φλογὸς παρεισάγοντα κατὰ τῆς εὐσεβείας τῷ βασιλεῖ χλευάζων, καὶ τῆς ὀνειροσκοπικῆς αὐτοῦ λαμπρῶς ἀναμοχλεύων τοὺς τρίποδας, τοῦ ποιμνίου πέπραχεν ἀλλότριον, ἀνάξια δρῶντα [f. 114 b] ποιμαντικῆς ἁπάσης καὶ Θεοῦ, μονονουχὶ τῶν πραγμάτων βοώντων αὐτῶν ὡς ἐχρῆν μὲν ὑπὸ βασιλέως τῆς ποιμαντικῆς ἐξωθεῖσθαι τὸν ἀσεβῆ ποιμένα, ἐπεὶ δ' ἀντὶ τοῦ κολάζειν ὁ δὲ καὶ στεφανίτην ἀνέδειξε, κοινὸν ἀμφοῖν ἐπάγει λοιπὸν ὁ Θεὸς τῆς ζημίας τὴν δίκην, μηλόβοτον μὲν καταστήσας τὴν πόλιν, τὸν δὲ λαὸν, φεῦ! πανταχῇ διασπείρας τῆς οἰκουμένης, ἵν' αἴσθωνται πάντες ὁμοῦ τε τῶν ἐλέγχων τῆς ἀσεβείας, καὶ οἷα τῶν πονηρῶν σπερμάτων εἰσὶ τὰ γεώργια, ἢ μᾶλλον τὰ τῶν μελλόντων δεινῶν προοίμια.

VII. Heraclea funditus vastata et deleta Latinis D placuit cum omnibus navibus ad Ponti Euxini ostium ejusque regionis portus, non ita magno intervallo a castello Galatæ distantes, cursum dirigere et inde de fœdere cum imperatore agere. Quo cum venissent additæ iis sunt quinque **83** novæ triremes cum viris ex proceribus castelli delectis, quos leucophoros vocabant, ut quondam milites delecti, qui Alexandrum Macedonem in acie scutis tegebant,

Ζ'. Μετὰ μέντοι τὴν παντελῆ τῆς Ἡρακλείας ἐρήμωσιν καὶ ἀπώλειαν ἀφικέσθαι ἔδοξε Λατίνοις καὶ στῆναι πάσαις ὁμοῦ ταῖς ναυσὶ παρὰ τὸ τοῦ Εὐξείνου πόντου στόμα καὶ τοὺς ἐκεῖσε λιμένας, οὐ πάνυ πολλῷ τινι διαστήματι τοῦ Γαλατωνύμου φρουρίου ἀπέχοντας, κἀκεῖθεν περὶ σπονδῶν πρὸς βασιλέα πρεσβεύεσθαι. Καὶ μέντοι καὶ ἐληλυθόσι προσετέθησαν σφίσι καὶ ἕτεραι τριήρεις πέντε, ἄλλους τε ἔχουσαι κατ' ἐκλογὴν ἄνδρας τῶν τοῦ φρου-

ρίου τὰ πρῶτα φερόντων οἰκητόρων, καὶ οὓς ὠνόμαζον τέως λευκοφόρους, ὥσπερ τοὺς τῷ Ἀλεξάνδρῳ πάλαι τῷ Μακεδόνι κατ' ἐκλογὴν παρασπίζοντας ἐκείνους λευκάσπιδας. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνοι διὰ τὸ τῶν ἀσπίδων χρῶμα, οὕτω νῦν οὗτοι διὰ τὴν τῶν ἐνδυμάτων λευκότητα λευκοφόροι καλεῖσθαι ἐνόμισαν, καὶ εἶναι ἐπίσημοι διὰ τὴν τῆς ψυχῆς ἀνδρίαν, ἣν ἐπηγγείλαντο φιλοτίμως ἐνδείξασθαι κατὰ τὴν ἐνεστῶσαν μάχην ἄχρι θανάτου, ἑνὶ πάντες ὅρκῳ δημοσίῳ προκαταδήσαντες ἑαυτοὺς ἀφειδῆσαι τελέως τοῦ σώματος. Ἦσαν δ' οὗτοι πεντακόσιοι τὸν ἀριθμόν. Ἀλλὰ γὰρ ὁ τῶν Γεννουϊτῶν στόλος ἐς πέντε καὶ ἑξήκοντα τριήρεις ἀνηγμένος, ἐπρεσβεύοντο μετὰ παῤῥησίας ἤδη πρὸς βασιλέα, τά τε ἄλλα τῇ πρεσβείᾳ ἐγγοητεύοντες εἰς πειθώ, καὶ μάλιστα **B** πάντων τὴν τῶν Βενετικῶν νεῶν πλάνην, καὶ τὸν μεταξὺ διὰ τοὺς ἐπενεχθέντας κλύδωνας μερισμὸν καὶ ἀποστροφὴν ἐς τὰ οἴκοι. Τοῦ μέντοι βασιλέως τὴν ἐκείνων βεβαίως ἄφιξιν προσδοκῶντος, καὶ ἀποστρεφομένου προθέσεσιν ὅλαις ψυχῆς τὴν πρεσβείαν, ἀποτυχόντες πέμπουσι παρὰ τὰς τῷ Εὐξείνῳ προβεβλημένας πόντῳ παραθαλασσίους πόλεις Ῥωμαίων τριήρεις δέκα, αἳ δὴ καὶ δυοῖν ἡμέραιν ἀγωνισάμεναι Σωζόπολιν εἷλον, βαθύπλουτόν τε καὶ πολυάνθρωπον πόλιν Ῥωμαίων, πλεῖον ἢ χιλίους σταδίους ἀπέχουσαν τοῦ Πόντου αὐχένος. Ὁ δὲ βασιλεὺς τάφρους τε ἀνώρυττε κύκλῳ περὶ πᾶν τὸ παράλιον τεῖχος τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων, τάς τε τῶν τειχῶν ἐπάλξεις ἐς ὕψος ἀνῆγε καὶ ὠχύρου, ξυλίνους ἐποικοδομῶν καὶ περιστέφων πύργους καὶ **C** ἡμιπύργια. Οἱ δὲ Γεννουῗται νῦν μὲν ἠπείλουν, νῦν δ' ἐπρεσβεύοντο περὶ σπονδῶν. Ἐπεὶ δ' ἐλπίδας ἐξ ἐλπίδων στρεφόντων ὁ χρόνος ἐτρίβετο καὶ τὰ ἐπιτήδεια ἐπέλιπε σφίσιν, εἰς ἀνάγκην ᾔεσαν σπείσασθαι τοῖς τὴν Βιθυνίαν ἔχουσι Πέρσαις. Πρεσβεύονται τοίνυν πρὸς τὸν ἡγεμόνα σφῶν, καὶ δῶρα [f. 115 a] τὰ μὲν πέμπουσι, τὰ δ' ἐπαγγέλλονται, συμμάχους εἶναι σφίσι παρακαλοῦντες διηνεκεῖς, καὶ φόρους ἐτησίους λαμβάνειν πολυταλάντους καὶ παντοδαπούς.

Η'. Τούτων δ' οὕτω γιγνομένων, λῦπαι μακραὶ τὴν ψυχὴν ἐδαπάνων τοῦ βασιλέως, τὴν ἀπουσίαν ἐς πολὺν παρατείνουσαν χρόνον ὁρῶντος τῶν Βενετικῶν νεῶν. Ἵνα γὰρ ἐς τὸ πρότερον ἴχνος τοῦ λόγου ἐπανακάμψωμεν, κατέπλευσαν μὲν ἐκεῖναι πρῶτον ἐς Κρήτην ἀπαθεῖς ἠθροισμέναι τοῦ φθινοπώρου μεσοῦντος, τριάκοντα μέν, ὥς φασι, τῶν Κατελάνων, ἑβδομήκοντα δὲ τῶν Βενετικῶν· ἔνθα καὶ **D** πλείστας ἡμέρας διατετρίφασι, τὰ ἐπιτήδεια ἱκανῶς ἐσκομιζόμεναι. Ἔπειτ' εὐπλοΐας γενομένης ἀνήχθησαν, καὶ μήπω δυοῖν ἡμερῶν ἀνύσασαι πλοῦν χειμῶνι δεινῷ κατὰ τὸ Ἰκάριον περιπεπτώκεσαν πέλαγος, τῶν ἀπ' ἄρκτου ῥεόντων πνευμάτων σφοδροτέρων ἤδη κατὰ τοῦ Αἰγαίου χυθέντων πελάγους. Κἀντεῦθεν ἀλλήλων διαζευχθεῖσαι κατὰ πλείω καὶ ἥττω γε μέρη, αἱ μὲν ἐς Κρήτην παλινδρομοῦσιν, αἱ δὲ τῇ Εὐβοίᾳ προσώκειλαν, αἱ δὲ τῶν Κυκλάδων ἥψαντο νήσων. Ἔνιαι δὲ καὶ ἀπώλοντο, βράχεσι καὶ τεναγώδεσι τόποις νυκτὸς προσρηγνύμεναι. Ἐπεὶ δ' ἐς Βενετίαν σφίσιν ἐπανιέναι οὐκ ἦν (τὸ γὰρ ἅπαξ ἐκεῖ τῇ βουλῇ κυρωθὲν ἄλυτα νόμου ἰσχύοντα εἶναι συμβαίνει, εἶναι δ' αὐτοῖς ἐκεῖ-

A leucaspides appellati sunt. Sicuti enim hi ex colore scutorum, sic tum illi ex vestium candore leucophori appellari solebant; insignes erant animi virtute, quam instanti prælio alacriter se usque ad mortem exhibituros esse profitebantur; nam uno omnes publico jurejurando obstricti erant, sese vitæ omnino non parsuros esse. Numerus erat quingentorum. Classe igitur ad sexaginta quinque triremes aucta Genuenses jam palam atque libere ad imperatorem legatos miserunt, qui cum alia ad persuasionem attulerunt, tum hoc vel maxime: Venetorum naves in errores abactas atque dein tempestatis fluctuumque vi dispersas domum rediisse. Imperatore autem constanter earum adventum exspectante et legationem toto animi affectu aver- **B** sante, illi spe frustrati decem triremes ad Romanorum urbes ad Pontum Euxinum sitas mittunt, quæ post duorum dierum certamen Sozopolim ceperunt, divitiis refertissimam hominibusque frequentissimam urbem Romanorum, amplius quam mille stadiis a Ponti faucibus disjunctam. Imperator autem maritima mœnia imperatricis **84** urbium circumcirca fossis muniit, propugnacula muri ligneis turribus et turriculis ædificatis atque circumstructis altius excitavit et firmavit. Genuenses tum minis jactatis tum, qui de fœdere agerent, missis cum spe vana tempus tererent et inopia alimentorum opprimi cœpissent, cum Persis Bithyniam incolentibus fœdus facere coacti sunt. Legatis igitur ad **C** eorum principem missis donisque partim oblatis partim promissis adhortabantur eos, ut perpetuo sibi socia arma jungerent; quod si facerent, annua tributa magna et multiplicia eos accepturos esse.

VIII. Dum hæc geruntur, magna tristitia imperatoris animum exedit, cum videret, Venetarum navium adventum in longum tempus differri. Ut enim ad id, unde digressi sumus, revertamur, naves illæ universæ primum ad Cretam integræ incolumesque medio autumno appulere; triginta dicuntur fuisse Catelanorum, septuaginta Venetorum. **D** Ibi complures dies commoratæ rebus necessariis abunde importatis, secunda tempestate cum inde in altum provectæ essent, nondum duorum dierum cursu confecto tempestate ingenti in mari Icario corripiuntur, ventis ab septentrionibus in mare Ægeum jam vehementius irruentibus. Tum **85** in singulas vel majores vel minores partes divisæ partim Cretam redeunt, partim ad Eubœam deferuntur, partim insulas Cyclades tenent. Complures naves pereunt, nocte in brevia atque vadosa loca compulsæ atque confractæ. Cum autem Venetias redire iis non liceret (quod enim semel a senatu decretum est, id habet vim legis firmissimæ: ab eo autem imperatum erat, ut aut victores redirent aut omnes hostium manibus interficerentur;

aliter qui rediret, fœdissima nece punitum iri, quæ nullo prætextu nullaque causâ averti posset), cum sic se igitur res haberet, omnes eadem necessitate coacti undique simili consilio recta Byzantium cursum direxere. Ita factum est, ut ex triremibus illis multos dies dispersis octoginta duæ convenirent, quæ brevi tempore interposito vix ægreque Tenedum tenebant, cum iterum in tempestatem inciderent, modicam quidem, sed tempestatem tamen. Ibi aliquot dies commorati cum ex tempestatum fluctuumque calamitate, quantum fieri potuit, sese recreassent, austro secundo flante oriente sole in altum provecti sunt; sub vesperam autem adversa tempestate exorta appulerunt ad urbem quamdam in Cherroneso sitam, quæ Sestus dicitur. Inde multis elapsis diebus discessere **86** placido austro initio quidem flante, postero die autem usque adeo increbrescente, ut ægre ad insulas Propontidis cum sexaginta octo navibus pervenire possent exeunte hieme et æquinoctio verno jamjam appetente. Cum vero portus, qui tantam classem capere posset, illis insulis non esset, per duorum dierum noctiumque spatium in alto omnes naves temere in ancoris fluitabant, fluctu ab imo intumescente neque tempestate unquam considente. Fieri etiam potuit, ut Genuenses derepente in eos cursum intenderent, qui jam diu id agebant atque parabant, ut eos inter navigandum defatigatos adorirentur. Hæc quidem res sic se fere habebat. Cum vero haud diutius cum mari atque fluctibus, tempestatis vi non remittente, conflictari possent, ancoris sublatis inde provecti tertio die sub vesperam tarde atque ægre in portum Byzantinum navigabant, octo triremibus Romanis trahendo et ducendo appulsum in portum adjuvantibus et sublevantibus. Verum priusquam appellerent, triremes Genuenses jam diu iis insidiatæ repente adnavigant. Atque primum quidem expeditis navibus binis et ternis ex intervallo in puppes eorum præmissis cum omnibus navibus omni **87** celeritate et studio incitati a tergo illos invadunt, ut Veneti quanquam valde defessi in mari fluctibus vehementissime tunc turbato prœlium committere necessario cogerentur. Genuenses igitur cum eos jam in se proras convertentes viderent, puppibus confestim retroactis celerrima fuga fauces Ponti et solitos portus petiere. Illi autem acriter instantes a tergo eos cædebant, quatuor navibus, quæ fluctibus ad saxa in mare eminentia pene fractæ erant, ad portum relictis. Una cum iis etiam Romanæ illæ triremes egressæ animos eorum ad pugnam inflammabant atque accendebant. Accidit vero, ut contenderent inter se eo loco, ubi binæ columnæ speciem sepulcri cujusdam exhibent. Ibi enim terribilem in modum summa fortitudine congressi prœlium navale commiserunt; omnes vero pugnandi ardore una ex parte Catelani, ex altera parte quingenti illi Leucophori superabant: utrique sæpe ex suis navibus in hostiles excur-

A θεν προστεταγμένον δυοῖν θάτερον, ἢ νικητὰς ἐπανιέναι τῶν πολεμίων, ἢ πολεμίοις ἅμα πάντας ἐκεῖ σφαγῆναι χερσὶ, τῷ δ' ἄλλως ἐπανιόντι θάνατον εἶναι τὸν αἴσχιστον τοὐπιτίμιον, ἁπάσης προφάσεως λίαν ὑπέρτερον), εἰς ἀνάγκας ἧσαν ἅπασαι τὰς αὐτὰς, εὐθὺ Βυζαντίου ἐλαύνειν ἑκασταχόθεν ἁπάσας ἐν ὁμοίᾳ τῇ γνώμῃ. Συνέβη τοίνυν συχνῶν ἡμερῶν σποράδας ἠθροῖσθαι τριήρεις ἐκ τούτων δύο καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ δὴ καὶ μετὰ βραχὺ κατέπλευσαν ἐς Τένεδον μάλα μόλις· χειμῶνι γὰρ περιέτυχον αὖθις, μετρίῳ μὲν, ἐνέτυχον δ' οὖν. Ἡμέρας δ' ἐκεῖ συχνὰς περιμείναντες τοῦ χειμερίου κλύδωνος, ὅσον ἐφικτὸν, ἑαυτὰς ἀνελάμβανον. Νοτίων δ' ἔπειτα πνοαῖ ἐξ οὐρίας γενομένων ἀνήχθησαν ἕωθεν. Περὶ δὲ δείλην ὀψίαν ἀντιπνοίας γενομένης σφίσιν ἐκ B πρώρας, ἔς μίαν τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ πόλεων προσωρμίσθησαν, καλουμένην Σηστόν. Κἀκεῖθεν αὖθις μετὰ πολλὰς τὰς ἡμέρας ἐξέπλευσαν, νότου μαλακοῦ μὲν τὴν ἀρχὴν γενομένου, τραχυνθέντος δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν τοσοῦτον ὥστε μόλις ἐδυνήθησαν ταῖς τῆς Προποντίδος προσεληλυθέναι νήσοις, δυοῖν δέουσαι ἑβδομήκοντα, τοῦ χρόνου τηνικαῦτα τὰς τοῦ χειμῶνος ἐσχατιὰς παραθέοντος, καὶ μέλλοντος ὅσον οὐδέπω τὰς τῆς ἠρινῆς ἰσημερίας ἀνίσχειν τροπάς. Κἀπειδὴ λιμὴν ταῖς νήσοις ἐκείναις οὐκ ἦν οὐδαμῆ τοσούτῳ στόλῳ προσήκων, μετέωροι νυχθημέροις δυσὶν ἐπ' ἀγκυρῶν ἐσάλευον ἅπασαι [f. 115 b] πάνυ τι πλημμελῶς, τοῦ τε κύματος κάτωθεν ἀνοιδοῦντος, καὶ τοῦ πνεύματος οὐδαμῆ πω C λήξεως μεμνημένου. Ἦ γὰρ ἂν ἐνῆν καὶ Γεννουΐταις ἐπὶ σφᾶς ἐξαίφνης πλευσεῖσθαι, πάλαι τοῦτο μελετηθὲν αὐτοῖς καὶ παρασκευασθὲν κεκοπωμένοις ἐπεισπεσεῖν κατὰ τὸν ἀνάπλουν. Καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πη ἔσχεν· ἀλλ' ἐπειδήπερ οὐκ ἦν ἐς πλέον οὐδ' ἐνταυθοῖ καθημένοις θαλάττῃ καὶ κύματι μάχεσθαι καὶ πνεύματι τραχυνομένῳ διηνεκῶς, ἄραντες ἐκεῖθεν τριταῖοι περὶ δείλην ὀψίαν κατῆσαν ἠρέμα καὶ μοχθηρῶς ἐς τὸν τῶν Βυζαντίων λιμένα. Καὶ ἅμα τριήρεις ἐντεῦθεν ὀκτὼ ἀναχθεῖσαι Ῥωμαϊκαὶ συνδιέφερον τὴν καταγωγὴν καὶ συνεκρότουν, προάγουσαι καὶ χειραγωγοῦσαι. Ἀλλὰ πρὶν ἅψασθαι γῆς, ἐπιπλέουσιν ἐξαίφνης αὐταῖς αἱ Γεννουΐτιναὶ τριήρεις, ἐφεδρεύουσαι πάλαι πολύν τινα χρόνον. Καὶ πρῶτα μὲν τριήρεις ταχυναυτούσας D σύνδυο καὶ σύντρεις ἐκ διαστήματος ἐς πρύμναν ἐκείνων προὔπεμψαν, κἄπειτα ἐσπουδασμένην τινὰ καὶ μάλα τι σφόδρα κατόπιν ὀξεῖαν αἱ πᾶσαι τὴν ἔφοδον ἐποιοῦντο, ὡς ἐς ἀνάγκας ἰέναι Βενετικοὺς, καίπερ οὕτω κεκοπωμένους καὶ ἐν οὕτω ἀστατούσῃ θαλάττῃ διὰ τὸν τότε κλύδωνα, συνάψαι τὴν μάχην αὐτόθι. Στρέψαντας οὖν ἐπὶ σφᾶς ἤδη τοὺς πολεμίους οἱ Γεννουΐται τὰς πρώρας ἰδόντες πρύμνας τε ἐκρούσαντο εὐθὺς, καὶ ἀμεταστρεπτὶ παρὰ τὸν αὐχένα τοῦ Πόντου καὶ τοὺς συνήθεις λιμένας κατέφευγον. Οἱ δ' ἐπέκειντο διώκοντές τε καὶ βάλλοντες κατὰ νώτου. Τέτταρας αὐτοῦ παρὰ τὸν λιμένα διὰ τὸν κλύδωνα μικρόν τι ῥαγείσας ἐν ταῖς ἐκεῖ προβλῆσι τῶν πετρῶν καταλελοιπότες τριήρεις. Καὶ ξὺν γε αὐταῖς αἱ Ῥωμαϊκαὶ συνεξέθεον ἐκείναις,

τὸν ἐκείνων θυμὸν ἀναζωπυροῦσαί τε καὶ ἀναφλέγουσαι πρὸς τὸν πόλεμον. A Καὶ μὲν δὴ τετύχηκε συῤῥαγῆναι σφᾶς κατ' ἀλλήλων ὅπῃ κίονες διπλοῖ σχῆμα τάφου τινὸς ἀνέχοντες ἵστανται. Ἐκεῖ γὰρ ἐπ' ἀλλήλους μάλα τι καταπληκτικῶς καὶ εὐρώστως ὁρμήσαντες ἐναυμάχουν, καὶ μάλιστα πάντων ἔνθεν μὲν οἱ Κατελάνοι, ἐκεῖθεν δ' οἱ πεντακόσιοι λευχείμονες ἐκεῖνοι, συχνὰ ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν ἰδίων ἐς τὰς ἀντιπάλους ἑκάτεροι ναῦς, καὶ νῦν μὲν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε, νῦν δ' ἐκεῖθεν ἐνταῦθα περιειλούμενοι, καὶ ἀγχιστρόφους τελοῦντες τὰς ἐκδρομὰς καὶ καταδρομάς, καὶ ἀφειδῶς ὑπ' ἀλλήλων ῥηγνύμενοί τε καὶ ῥηγνύντες, καὶ τῶν ἰδίων αἱμάτων τε καὶ σαρκῶν ὡς ἀλλοτρίων ἀφειδοῦντες ὠμῶς καὶ θηριωδῶς. Καὶ εἰ μὴ νὺξ ἐν βραχεῖ διέκοψεν ἐπιοῦσα τὴν ναυμαχίαν ἐκείνην, τάχ' ἂν ὑπ' ἀλλήλων καὶ τῆς θαλάττης ἐκεῖ διεφθείροντο πάντες· διελύθησαν γὰρ οὐ μάλα ἑκόντες ἑκατέρων ἑκάτεροι περὶ δευτέραν μόγις που καὶ τρίτην ὥραν τῆς [f. 116 a] νυκτός.

rere, tum ex hac parte in illam, tum ex illa in hanc partem urgeri, celeres excursiones subitasque incursiones conficere, crudeliter sese invicem cædere, sui sanguinis et corporis quasi alieni atrociter et efferate nullam prorsus habere rationem. Nisi noctis interventu brevi tempore **88** prælium illud navale diremptum esset, omnes facile invicem gladio et mari absumpti interissent. Dirimebantur autem haud sane lubenti animo secunda fere et tertia hora noctis.

Θ'. Τῆς δ' ὑστεραίας ἐπιούσης καὶ τὰ τῆς ἑσπέρας ἐκείνης ἀνακαλυπτούσης ἔργα, B ὤφθησαν αἱ μὲν Βενετικαὶ τριήρεις ἄνω που περὶ τὸν Θεραπέαν λεγόμενον οὑτωσί πως λιμένα, πλησίον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος, ὁρμοῦσαι, αἱ δ' αὖ Γεννουϊτικαὶ πρὸς ἕω παρὰ τὰς ὄχθας τῆς Χαλκηδονίας μετέωροι σαλεύουσαι, μικρὸν ἐνδοτέρω τῆς ψάμμου. Τὸ γὰρ ἑσπέριον πεφόβηνται μᾶλλον μέρος ἢ τὸ πρὸς ἕω διά γε τὸ Ῥωμαίοις μὲν ἐνταῦθα πολεμίους εἶναι, βαρβάροις δ' ἐνσπόνδους ἐκεῖ καὶ συμμάχους, ὅσον ἐφικτὸν, ἐπιῤῥωννύουσιν ἔξωθεν καὶ ἐπικροτοῦσι φωναῖς συχνοτέραις καὶ ἀσήμοις οἷον κλαγγαῖς, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ πλῆθος Ῥωμαίων πρὸ δείλης ἑῴας τεθέανται μάλα συχνὰ κατὰ ποταμοὺς ἐπιῤῥέον ἐξ ἠπείρου πρὸς θάλασσαν βοηθείας τε ἕνεκα C τῶν Βενετικῶν, καὶ ἅμα τῶν ἐκ ναυαγίου λαφύρων. Συνεπεπτώκει δ' οὐ μικρῶς τοῖς στρατεύμασιν ἑκατέροις ζημιωθῆναι. Γεννουϊτικαὶ μὲν γὰρ ἀπώλοντο δύο καὶ εἴκοσι νῆες, Βενετικαὶ δ' ὀκτωκαίδεκα, ὧν αἱ πλείους ἦσαν τῶν Κατελάνων κραταιότερον ἀγωνισαμένων ἢ κατὰ πάντας. Κατὰ στόμα γὰρ τοῖς πολεμίοις, ὡς εἴρηται, ἐπεισπίπτοντες, ναυάρχῳ ναύαρχος καὶ ναύτῃ ναύτης, καὶ συστάδην ὡς ἐπὶ ξηρᾶς μαχόμενοι, πολὺν εἰργάσαντο φόνον τῶν πολεμίων, ὡς καταδῦναι μὲν καὶ νῆας ἐνίας αὐτάνδρους ὑπὸ βρίθους τῶν ἀλλήλοις ἐπιπηδώντων ἀπροόπτως ἐν σκότει καὶ νυκτί. Ἦσαν δ' αἳ καὶ ἀπειρίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ χωρίων ἐς βράχη συνεῤῥήγνυντό τε καὶ εἰς γῆν τοὺς ἄνδρας ἐῤῥίπτουν, ὠθοῦντος τοῦ κύματος, ὡς καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὁρᾶσθαι D τῶν Κατελάνων πολλοὺς πλανωμένους ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ, καὶ μὴ συνιέντας γλώττης Ἑλληνικῆς, μήθ' ὅπῃ γῆς εἰσι, μήθ' ὅπῃ χρὴ πορευομένους τὴν σωτηρίαν πορίζεσθαι. Ἦσαν δ' οἳ κἀκ τῶν τραυμάτων λειποψυχοῦντες ἔπιπτον. Οἱ δ' ἡμιθνῆτες ἔπιπτον κατὰ τῆς ψάμμου, οἱ δ' ἐκπεπνευκότες ἤδη τελέως ἀναμὶξ ἑκατέρων τῶν στρατευμάτων. Ἐκβρασσομένων γὰρ τῶν νεῶν ὑπὸ τοῦ κύματος ἔξω παρὰ τὴν γῆν ἐξέπιπτον μὲν καὶ αὐτοὶ, τῆς δὲ συμπλοκῆς οὐκ ἠμέλουν, ἀλλ' ὅπλοις ἀντετίθουν ὅπλα καὶ φάλαγξι φάλαγγας πεζικὰς, ὡς γίνεσθαι διπλοῦν ἐκεῖνον συμβαίνειν τὸν πόλεμον, ναυμαχίαν τε καὶ πεζομαχίαν κατὰ ταυτόν. Τραυματίαι δ' ὅσοι βαδίζειν ἐδύναντο, ἄλλος ἄλλῳ ἡγεμόσι χρη-

IX. Postero die cum res illa vespera gestæ revelarentur, naves Venetæ superiore regione circa portum Therapeam, qui dicitur, prope fanum Sarapidis in ancoris constitutæ conspiciebantur, Genuenses autem orientem versus ad oras Chalcedoniæ in alto mari paulo propius a littore fluctuantes. Partem enim ad occasum spectantem magis metuebant quam orientalem propterea quod illic Romanis hostes erant, hic autem barbaris socii et fœderati, qui, quantum fieri potuit, extrinsecus animos iis addebant crebrisque vocibus et fuscis quibusdam inconditisque clangoribus strepebant, cum præsertim turbam Romanorum matutino tempore fluminibus ex continenti terra ad mare subinde devehi conspicarentur, ut Venetis auxilio essent simulque spolia ex naufragio colligerent. Haud exiguo autem damno uterque exercitus prælio affectus erat; Genuensium enim navium duæ et viginti periere, Venetarum duodeviginti, quarum major pars erat Catelanorum, qui fortius et efficacius quam omnes pugnaverant. Hostes enim **89** ex adverso, ut supra diximus, adorti, præfectus classis præfectum, nauta nautam cominusque tanquam pugna terrestri manibus consertis, hostium stragem late ediderunt, ita ut nonnullæ naves nimis oneratæ cum hominibus demergerentur, in tenebris noctis alio in alium inconsulto irruente. Nonnullæ vero imperitia et ignoratione locorum in brevia vada compulsæ milites fluctibus trudentibus et urgentibus in terram ejecerunt, quo factum est, ut postero die multi Catelanorum in Romanorum terra oberrantes conspicerentur, qui linguæ Græcæ imperiti nec ubi terrarum essent, nec quo profecti salutem sibi quærerent, satis exploratum habebant. Alii vero ex vulneribus linquente anima collabebantur; alii semimortui in arena marina concidebant; alii plane anima exspirata promiscue ex utroque exercitu jacebant. Navibus enim fluctuum æstu ad terram ejectis homines exciderunt, sed certaminis conserendi neutiquam obliti armis arma, ordinibus ordines opponebant. Ita prælium illud et navale et terrestre erat. Saucii autem, quotcunque pedibus ire valebant, alii aliis itineris ducibus usi per totum diem Byzantium convene-

aliter qui rediret, fœdissima nece punitum iri, quæ nullo prætextu nullaque causâ averti posset), cum sic se igitur res haberet, omnes eadem necessitate coacti undique simili consilio recta Byzantium cursum direxere. Ita factum est, ut ex triremibus illis multos dies dispersis octoginta duæ convenirent, quæ brevi tempore interposito vix ægreque Tenedum tenebant, cum iterum in tempestatem inciderent, modicam quidem, sed tempestatem tamen. Ibi aliquot dies commorati cum ex tempestatum fluctuumque calamitate, quantum fieri potuit, sese recreassent, austro secundo flante oriente sole in altum provecti sunt; sub vesperam autem adversa tempestate exorta appulerunt ad urbem quamdam in Cherroneso sitam, quæ Sestus dicitur. Inde multis elapsis diebus discessere 86
placido austro initio quidem flante, postero die autem usque adeo increbrescente, ut ægre ad insulas Propontidis cum sexaginta octo navibus pervenire possent exeunte hieme et æquinoctio verno jamjam appetente. Cum vero portus, qui tantam classem capere posset, illis insulis non esset, per duorum dierum noctiumque spatium in alto omnes naves temere in ancoris fluitabant, fluctu ab imo intumescente neque tempestate unquam considente. Fieri etiam potuit, ut Genuenses derepente in eos cursum intenderent, qui jam diu id agebant atque parabant, ut eos inter navigandum defatigatos adorirentur. Hæc quidem res sic se fere habebat. Cum vero haud diutius cum mari atque fluctibus, tempestatis vi non remittente, confligtari possent, ancoris sublatis inde provecti tertio die sub vesperam tarde atque ægre in portum Byzantinum navigabant, octo triremibus Romanis trahendo et ducendo appulsum in portum adjuvantibus et sublevantibus. Verum priusquam appellerent, triremes Genuenses jam diu iis insidiatæ repente adnavigant. Atque primum quidem expeditis navibus binis et ternis ex intervallo in puppes eorum præmissis cum omnibus navibus omni 87
celeritate et studio incitati a tergo illos invadunt, ut Veneti quanquam valde defessi in mari fluctibus vehementissime tunc turbato prœlium committere necessario cogerentur. Genuenses igitur cum eos jam in se proras convertentes viderent, puppibus confestim retroactis celerrima fuga fauces Ponti et solitos portus petiere. Illi autem acriter instantes a tergo eos cædebant, quatuor navibus, quæ fluctibus ad saxa in mare eminentia pene fractæ erant, ad portum relictis. Una cum iis etiam Romanæ illæ triremes egressæ animos eorum ad pugnam inflammabant atque accendebant. Accidit vero, ut contenderent inter se eo loco, ubi binæ columnæ speciem sepulcri cujusdam exhibent. Ibi enim terribilem in modum summa fortitudine congressi prœlium navale commiserunt; omnes vero pugnandi ardore una ex parte Catelani, ex altera parte quingenti illi Leucophori superabant: utrique sæpe ex suis navibus in hostiles excur-

A θεν προστεταγμένον δυοῖν θάτερον, ἢ νικητὰς ἐπανιέναι νῶν πολεμίων, ἢ πολεμίοις ἅμα πάντας ἐκσφαγῆναι χερσί, τῷ δ' ἄλλως ἐπανιόντι θάνατον εἶναι τὸν αἴσχιστον τοὐπιτίμιον, ἁπάσης προφάσεως λίαν ὑπέρτερον), εἰς ἀνάγκας ἧσαν ἅπασαι τὰς αὐτάς, εὐθὺ Βυζαντίου ἐλαύνειν ἑκασταχόθεν ἁπάσας ἐν ὁμοίᾳ τῇ γνώμῃ. Συνέβη τοίνυν συχνῶν ἡμερῶν σποράδας ἠθροῖσθαι τριήρεις ἐκ τούτων δύο καὶ ὀγδοήκοντα, αἳ δὴ καὶ μετὰ βραχὺ κατέπλευσαν ἐς Τένεδον μάλα μόλις· χειμῶνι γὰρ περιέτυχον αὖθις, μετρίῳ μέν, ἐνέτυχον δ' οὖν. Ἡμέρας δ' ἐκεῖ συχνὰς περιμείναντες τοῦ χειμερίου κλύδωνος, ὅσον ἐφικτόν, ἑαυτὰς ἀνελάμβανον. Νοτίων δ' ἔπειτα πνοαῖ ἐξ οὐρίας γενομένων ἀνήχθησαν ἕωθεν. Περὶ δὲ δείλην ὀψίαν ἀντιπνοίας γενομένης σφίσιν ἐκ B πρώρας, ἐς μίαν τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ πόλεων προσωρμίσθησαν, καλουμένην Σηστόν. Κἀκεῖθεν αὖθις μετὰ πολλὰς τὰς ἡμέρας ἐξέπλευσαν, νότου μαλακοῦ μὲν τὴν ἀρχὴν γενομένου, τραχυνθέντος δ' ἐς τὴν ὑστεραίαν τοσοῦτον ὥστε μόλις ἐδυνήθησαν ταῖς τῆς Προποντίδος προσεληλυθέναι νήσοις, δυοῖν δέουσαι ἑβδομήκοντα, τοῦ χρόνου τηνικαῦτα τὰς τοῦ χειμῶνος ἐσχατιὰς παραθέοντος, καὶ μέλλοντος ὅσον οὐδέπω τὰς τῆς ἠρινῆς ἰσημερίας ἀνίσχειν τροπάς. Κἀπειδὴ λιμὴν ταῖς νήσοις ἐκείναις οὐκ ἦν οὐδαμῇ τοσούτῳ στόλῳ προσήκων, μετέωροι νυχθημέροις δυσὶν ἐπ' ἀγκυρῶν ἐσάλευον ἅπασαι [f. 115 b] πάνυ τι πλημμελῶς, τοῦ τε κύματος κάτωθεν ἀνοιδοῦντος, καὶ τοῦ πνεύματος οὐδαμῇ πω C λήξεως μεμνημένου. Ἦ γὰρ ἂν ἐνῆν καὶ Γεννουΐταις ἐπὶ σφᾶς ἐξαίφνης πλευσεῖσθαι, πάλαι τοῦτο μελετηθὲν αὐτοῖς καὶ παρασκευασθὲν κεκοπωμένοις ἐπεισπεσεῖν κατὰ τὸν ἀνάπλουν. Καὶ ταῦτα μὲν τῇδέ πῃ ἔσχεν· ἀλλ' ἐπειδήπερ οὐκ ἦν ἐς πλέον οὐδ' ἐνταυθοῖ καθημένοις θαλάττῃ καὶ κύματι μάχεσθαι καὶ πνεύματι τραχυνομένῳ διηνεκῶς, ἄραντες ἐκεῖθεν τριταῖοι περὶ δείλην ὀψίαν κατῆσαν ἠρέμα καὶ μοχθηρῶς ἐς τὸν τῶν Βυζαντίων λιμένα. Καὶ ἅμα τριήρεις ἐντεῦθεν ὀκτὼ ἀναχθεῖσαι Ῥωμαϊκαὶ συνδιέφερον τὴν καταγωγὴν καὶ συνεκρότουν, προάγουσαι καὶ χειραγωγοῦσαι. Ἀλλὰ πρὶν ἅψασθαι γῆς, ἐπιπλέουσιν ἐξαίφνης αὐταῖς αἱ Γεννουϊτιναὶ τριήρεις, ἐφεδρεύουσαι πάλαι πολύν τινα χρόνον. Καὶ πρῶτα μὲν τριήρεις ταχυναυτούσας D σύνδυο καὶ σύντρεις ἐκ διαστήματος ἐς πρύμναν ἐκείνων προὔπεμψαν, κἄπειτα ἐσπουδασμένην τινὰ καὶ μάλα τι σφόδρα κατόπιν ὀξεῖαν αἱ πᾶσαι τὴν ἔφοδον ἐποιοῦντο, ὡς ἐς ἀνάγκας ἰέναι Βενετικούς, καίπερ οὕτω κεκοπωμένους καὶ ἐν οὕτω ἀστατούσῃ θαλάττῃ διὰ τὸν τότε κλύδωνα, συνάψαι τὴν μάχην αὐτόθι. Στρέψαντας οὖν ἐπὶ σφᾶς ἤδη τοὺς πολεμίους οἱ Γεννουΐται τὰς πρώρας ἰδόντες πρύμνας τε ἐκρούσαντο εὐθύς, καὶ ἀμεταστρεπτὶ παρὰ τὸν αὐχένα τοῦ Πόντου καὶ τοὺς συνήθεις λιμένας κατέφευγον. Οἱ δ' ἐπέκειντο διώκοντές τε καὶ βάλλοντες κατὰ νώτου. Τέτταρας αὐτοῦ παρὰ τὸν λιμένα διὰ τὸν κλύδωνα μικρόν τι ῥαγείσας ἐν ταῖς ἐκεῖ προβλῆσι τῶν πετρῶν καταλελοιπότες τριήρεις. Καὶ ξύν γε αὐταῖς αἱ Ῥωμαϊκαὶ συνεξέθεον ἐκείναι,

τὸν ἐκείνων θυμὸν ἀναζωπυροῦσαί τε καὶ ἀναφλέ- A γουσαι πρὸς τὸν πόλεμον. Καὶ μὲν δὴ τετύχηκε συῤῥαγῆναι σφᾶς κατ' ἀλλήλων ὅπη κίονες διπλοῖ σχῆμα τάφου τινὸς ἀνέχοντες ἵστανται. Ἐκεῖ γὰρ ἐπ' ἀλλήλους μάλα τι καταπληκτικῶς καὶ εὐρώστως ὁρμήσαντες ἐναυμάχουν, καὶ μάλιστα πάντων ἔνθεν μὲν οἱ Κατελάνοι, ἐκεῖθεν δ' οἱ πεντακόσιοι λευχείμονες ἐκεῖνοι, συχνὰ ἐπεκθέοντες ἐκ τῶν ἰδίων ἐς τὰς ἀντιπάλους ἑκάτεροι ναῦς, καὶ νῦν μὲν ἐντεῦθεν ἐκεῖσε, νῦν δ' ἐκεῖθεν ἐνταῦθα περιειλούμενοι, καὶ ἀγχιστρόφους τελοῦντες τὰς ἐκδρομὰς καὶ καταδρομάς, καὶ ἀφειδῶς ὑπ' ἀλλήλων ῥηγνύμενοί τε καὶ ῥηγνύντες, καὶ τῶν ἰδίων αἱμάτων τε καὶ σαρκῶν ὡς ἀλλοτρίων ἀφειδοῦντες ὠμῶς καὶ θηριωδῶς. Καὶ εἰ μὴ νὺξ ἐν βραχεῖ διέκοψεν ἐπιοῦσα τὴν ναυμαχίαν ἐκείνην, τάχ' ἂν ὑπ' ἀλλήλων καὶ τῆς θαλάττης ἐκεῖ διεφθείροντο πάντες· διελύθησαν γὰρ οὐ μάλα ἑκόντες ἑκατέρων ἑκάτεροι περὶ δευτέραν μόγις που καὶ τρίτην ὥραν τῆς [f. 116 a] νυκτός.

rere, tum ex hac parte in illam, tum ex illa in hanc partem urgeri, celeres excursiones subitasque incursiones conficere, crudeliter sese invicem cædere, sui sanguinis et corporis quasi alieni atrociter et efferate nullam prorsus habere rationem. Nisi noctis interventu brevi tempore **88** prælium illud navale diremptum esset, omnes facile invicem gladio et mari absumpti interissent. Dirimebantur autem haud sane lubenti animo secunda fere et tertia hora noctis.

Θ'. Τῆς δ' ὑστεραίας ἐπιούσης καὶ τὰ τῆς ἑσπέ- B ρας ἐκείνης ἀνακαλυπτούσης ἔργα, ὤφθησαν αἱ μὲν Βενετικαὶ τριήρεις ἄνω που περὶ τὸν Θεραπέαν λεγόμενον οὑτωσί πως λιμένα, πλησίον τοῦ ἱεροῦ τοῦ Σαράπιδος, ὁρμοῦσαι, αἱ δ' αὖ Γεννουϊτικαὶ πρὸς ἕω παρὰ τὰς ὄχθας τῆς Χαλκηδονίας μετέωροι σαλεύουσαι, μικρὸν ἐνδοτέρω τῆς ψάμμου. Τὸ γὰρ ἑσπέριον πεφόβηνται μᾶλλον μέρος ἢ τὸ πρὸς ἕω διά γε τὸ Ῥωμαίοις μὲν ἐνταῦθα πολεμίους εἶναι, βαρβάροις δ' ἐνσπόνδους ἐκεῖ καὶ συμμάχους, ὅσον ἐφικτὸν, ἐπιῤῥωννύουσιν ἔξωθεν καὶ ἐπικροτοῦσι φωναῖς συχνοτέραις καὶ ἀσήμοις οἷον κλαγγαῖς, καὶ μάλισθ' ὅτι καὶ πλῆθος Ῥωμαίων πρὸ δείλης ἑῴας τεθέανται μάλα συχνὰ κατὰ ποταμοὺς ἐπιῤῥέον ἐξ ἠπείρου πρὸς θάλασσαν βοηθείας τε ἕνεκα C τῶν Βενετικῶν, καὶ ἅμα τῶν ἐκ ναυαγίου λαφύρων. Συνεπεπτώκει δ' οὐ μικρῶς τοῖς στρατεύμασιν ἑκατέροις ζημιωθῆναι. Γεννουϊτικαὶ μὲν γὰρ ἀπώλοντο δύο καὶ εἴκοσι νῆες, Βενετικαὶ δ' ὀκτωκαίδεκα, ὧν αἱ πλείους ἦσαν τῶν Κατελάνων κραταιότερον ἀγωνισαμένων ἢ κατὰ πάντας. Κατὰ στόμα γὰρ τοῖς πολεμίοις, ὡς εἴρηται, ἐπεισπίπτοντες, ναυάρχῳ ναύαρχος καὶ ναύτῃ ναύτης, καὶ συστάδην ὡς ἐπὶ ξηρᾶς μαχόμενοι, πολὺν εἰργάσαντο φόνον τῶν πολεμίων, ὡς καταδῦναι μὲν καὶ νῆας ἐνίας αὐτάνδρους ὑπὸ βρίθους τῶν ἀλλήλοις ἐπιπηδώντων ἀπροόπτως ἐν σκότει καὶ νυκτί. Ἦσαν δ' αἳ καὶ ἀπειρίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ χωρίων ἐς βράχη συνεῤῥήγνυντό τε καὶ εἰς γῆν τοὺς ἄνδρας ἐῤῥίπτουν, ὠθοῦντος τοῦ κύματος, ὡς καὶ ἐς τὴν ὑστεραίαν ὁρᾶσθαι D τῶν Κατελάνων πολλοὺς πλανωμένους ἐν τῇ Ῥωμαίων γῇ, καὶ μὴ συνιέντας γλώττης Ἑλληνικῆς, μήθ' ὅπη γῆς εἰσι, μήθ' ὅπη χρὴ πορευομένους τὴν σωτηρίαν πορίζεσθαι. Ἦσαν δ' οἳ κἀκ τῶν τραυμάτων λειποψυχοῦντες ἔπιπτον. Οἱ δ' ἡμιθνῆτες ἔπιπτον κατὰ τῆς ψάμμου, οἱ δ' ἐκπεπνευκότες ἤδη τελέως ἀναμὶξ ἑκατέρων τῶν στρατευμάτων. Ἐκβρασσομένων γὰρ τῶν νεῶν ὑπὸ τοῦ κύματος ἔξω παρὰ τὴν γῆν ἐξέπιπτον μὲν καὶ αὐτοὶ, τῆς δὲ συμπλοκῆς οὐκ ἠμέλουν, ἀλλ' ὅπλοις ἀντετίθουν ὅπλα καὶ φάλαγξι φάλαγγας πεζικὰς, ὡς γίνεσθαι διπλοῦν ἐκεῖνον συμβαίνειν τὸν πόλεμον, ναυμαχίαν τε καὶ πεζομαχίαν κατὰ ταυτόν. Τραυματίαι δ' ὅσοι βαδίζειν ἐδύναντο, ἄλλος ἄλλῳ ἡγεμόσι χρη-

IX. Postero die cum res illa vespera gestæ revelarentur, naves Venetæ superiore regione circa portum Therapeam, qui dicitur, prope fanum Sarapidis in ancoris constitutæ conspiciebantur, Genuenses autem orientem versus ad oras Chalcedoniæ in alto mari paulo propius a littore fluctuantes. Partem enim ad occasum spectantem magis metuebant quam orientalem propterea quod illic Romanis hostes erant, hic autem barbaris socii et fœderati, qui, quantum fieri potuit, extrinsecus animos iis addebant crebrisque vocibus et fuscis quibusdam inconditisque clangoribus strepebant, cum præsertim turbam Romanorum matutino tempore fluminibus ex continenti terra ad mare subinde devehi conspicarentur, ut Venetis auxilio essent simulque spolia ex naufragio colligerent. Haud exiguo autem damno uterque exercitus prælio affectus erat; Genuensium enim navium duæ et viginti periere, Venetarum duodeviginti, quarum major pars erat Catelanorum, qui fortius et efficacius quam omnes pugnaverant. Hostes enim **89** ex adverso, ut supra diximus, adorti, præfectus classis præfectum, nauta nautam cominusque tanquam pugna terrestri manibus consertis, hostium stragem late ediderunt, ita ut nonnullæ naves nimis oneratæ cum hominibus demergerentur, in tenebris noctis alio in alium inconsulto irruente. Nonnullæ vero imperitia et ignoratione locorum in brevia vada compulsæ milites fluctibus trudentibus et urgentibus in terram ejecerunt, quo factum est, ut postero die multi Catelanorum in Romanorum terra oberrantes conspicerentur, qui linguæ Græcæ imperiti nec ubi terrarum essent, nec quo profecti salutem sibi quærerent, satis exploratum habebant. Alii vero ex vulneribus linquente anima collabebantur; alii semimortui in arena marina concidebant; alii plane anima exspirata promiscue ex utroque exercitu jacebant. Navibus enim fluctuum æstu ad terram ejectis homines exciderunt, sed certaminis conserendi neutiquam obliti armis arma, ordinibus ordines opponebant. Ita prælium illud et navale et terrestre erat. Saucii autem, quotcunque pedibus ire valebant, alii aliis itineris ducibus usi per totum diem Byzantium convene-

runt, ubi, quantum fieri potuit, lætam curationem nacti sunt. Turba autem illa, de qua diximus, ex continenti ad oram sclis ortu delata paucos tantum secum habebat **90** milites; maxima autem pars ex omni genere hominum et artibus sordidis operam navantium et rebus rusticis addictorum commista erat. Eorum omnium nemo erat quin lucrum quoddam et prædam secum domum retulisset, fluctibus scilicet arma et tela omnis generis, scuta galeasque ac triremes utriusque exercitus promiscue per mare jactatas in terram ejicientibus, vacuas illas quidem militibus omnique gubernaculo remisque, attamen refertas rebus pretiosis atque mortuis multo sanguine respersis.

Cum autem post prælium navale morbo pasi maximam partem utriusque exercitus grassante numerus hominum haud exiguus absumeretur, necessitate coacti, quid utile factu videretur, utrique in deliberationem vocabant. Venetis igitur, quanquam ibi hostium naves onerarias cum commeatu ex Scythis et ab Tanaide petito descendentes ex Ponto intercipere cupiebant, satius tamen visum est, classem alio loco collocare, quippe cum non solum laborantes ex morbo iis curandi essent, sed etiam rerum ad victum necessariarum penuria urgerentur, quarum magna atque multiplici copia quotidie opus erat. Quare oris solutis inde ad introitum portus Byzantini ad orientem spectantis delati sunt, hostium naves, quæ sinistra ad oram Chalcedoniæ terræ **91** a barbaris occupatæ stabant, prætervecti. Nam ii quoque pariter commeatus inopia laborantes et viros fortissimos, qui gladio hostium non absumpti erant, morbo affectos videntes, ad portus barbarorum sibi confœderatorum, ut supra demonstravimus, appulerant, ut alimenta sibi acquirerent aliaque multa et magna commoda impetrarent atque mortuos procul a patria in aliena terra sepelirent, neque uxoribus nec liberis id sentientibus. Usque adeo enim hostium audacia conterriti erant, ut non sufficere arbitrarentur, si barbari ex propinquo sibi quam maxime auxiliarentur, sed etiam necessarium esse ducerent, maximas navium onerariarum per singulos ordines turrium et mœnium instar in fronte collocatas magno militum numero complere, qui saxa in constratis et ad summos malos cumulata in hostes injicerent, ut eorum impetum prohiberent. Navium vero cum minorem numerum quam hostes eumque majore ex parte vacuum haberent, militibus et prælio navali et morbo postea ingruente absumptis, mercenarios conducere ex peregrina terra coacti milites et Bithynis barbaris conscripsere, duce eorum Hyrcano pecunia grandi permittente. Conductis igitur plus mille levis armaturæ militibus bifariam eos divisere; alteram **92** partem, quam necesse erat sibi auxiliari, ad oram in orientem spectantem collocant, alteram partem

A σάμενοι τῆς ὁδοῦ, δι' ὅλης ἡμέρας ἐντὸς ἐγίνοντο Βυζαντίου. Καὶ ψυχαγωγίας ἔτυχον, ὁπόσον ἐφικτόν. Τό γε μὴν παρὰ τὸν αἰγιαλὸν ἐπιῤῥεῦσαν [f. 116 b] ἔξωθεν ἠπειρωτικὸν, ὡς εἴρηται, πλῆθος ὀλίγους μὲν εἶχε τοὺς στρατιώτας, τὸ δὲ πλεῖστον ἐξ ἁπάσης τέχνης ἦν ξυμμιγὲς, ὅση τε βαναυσώδης καὶ ὅση τῇ γεωργίᾳ προσετετήκει· καὶ ἦν ἁπάντων ἐκείνων οὐδεὶς ᾧ μὴ προσεγεγόνει κέρδος οἴκαδ' ἐπανιόντι, τῶν θαλαττίων κυμάτων ἐς γῆν ὅπλα καὶ βέλη παντοδαπὰ καὶ ἀσπίδας καὶ κράνη, καὶ τὰς κενεμβατούσας ἐν τῷ πελάγει τριήρεις ἀναμὶξ ἑκατέρων τῶν στρατευμάτων, ἐρήμους μὲν παντάπασιν οὔσας ναυμάχων ἀνδρῶν καὶ κώπης πάσης καὶ ταρσῶν, μεστὰς δὲ χρημάτων πολυτελῶν καὶ νεκρῶν πλουσίοις συμπεφυρμένων αἵ-
B μασι.

Γ'. Μετὰ μέντοι τὴν ναυμαχίαν ἐκείνην νόσου κοινῆς διανεμηθείσης τὸ πλεῖστον τῆς ναυτικῆς ἑκατέρας δυνάμεως, ἀποθνήσκειν ἐπῄει μάλα συχνοὺς ἑκατέρωθεν, ὡς εἰς ἀνάγκην ἰέναι βουλεύσασθαι ἑκατέρους ἃ ἐδόκει λυσιτελεῖν. Ἐδόκει δὲ Βενετικοῖς μὲν τὸν ἴδιον μεταστῆσαι στόλον, καίτοι βουλομένους ἐκεῖ τὰς ἐκ Πόντου κατιούσας στρογγύλας τῶν πολεμίων ὁλκάδας αἱρεῖν, αἳ παρεκόμιζον ἔκ τε Σκυθῶν καὶ Ταναΐδος τἀπιτήδεια. Ἀλλ' ἀνθεῖλκε σφᾶς οὐ μόνον τὸ τοὺς νοσοῦντας αὐτῶν ἀνακτᾶσθαι βούλεσθαι, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπιτηδείων ἡ σπάνις πολλὴ καὶ ποικίλη καθ' ἡμέραν ἑκάστην ἀπαιτουμένη. Διὸ λύσαντες τὰ πρυμνήσια ἐκεῖθεν παρὰ τὸν εἴσπλουν τοῦ τῶν Βυζαντίων λιμένος ἔ-
C στησαν καταχθέντες, τοῦ πρὸς ἕω βλέποντος, τὰς πολεμίας ἑστώσας εὐώνυμα ναῦς παραπλεύσαντες παρὰ τοὺς αἰγιαλοὺς τῆς Χαλκηδονίας γῆς τῶν βαρβάρων. Στενοχωρούμενοι γὰρ κἀκεῖνοι τῇ τῶν ἐπιτηδείων ὁμοίως σπάνει, καὶ ἅμα νοσοῦντας ὁρῶντες ὁπόσοις τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν μὴ πολεμίου ξίφους τετύχηκεν ἔργον γενέσθαι, τοῖς τῶν βαρβάρων προσωρμίζοντο λιμέσιν ἐνσπόνδοις οὖσιν, ὡς εἴρηται, τροφῶν τε εἵνεκα καὶ πλείστων ἄλλων καὶ μεγάλων καὶ παντοδαπῶν ἐλπίδων, καὶ πρός γε ἔτι θάπτειν ἐν ἀλλοτρίᾳ πόῤῥω που τῆς οἰκείας γῆς τοὺς οἰκείους νεκροὺς, μὴ τῶν γαμετῶν καὶ τέκνων αἰσθανομένων. Τοσοῦτον γὰρ τὴν τῶν πολεμίων κατεπλάγησαν τόλμαν ὥστ' οὐκ ἀρκεῖν ἐνό-
D μισαν βαρβάρους ἐκ τοῦ σχεδὸν τὰ μέγιστα βοηθοῦντας ἔχοντες, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν οἰκείων μεγίστας ὁλκάδας ἀναγκαῖον ἔδοξεν ἀγαγόντας στιχηδὸν κατὰ μέτωπον παραστήσασθαι δίκην πύργων καὶ τειχῶν, στρατιώτας παμπόλλους ἐχούσας, ἐπί τε τῶν καταστρωμάτων καὶ ἄνω παρὰ τὰ τῶν ἱστῶν ἀκρωτήρια λίθων παρεσκευασμένους ἔχοντας σωροὺς ἐς τὸ ἐπιῤῥίπτειν τοῖς πολεμίοις καὶ τὸν ἐπίπλουν ἀνείργειν αὐτῶν. Νῆας δ' ἔχοντες τὸν ἀριθμὸν ἐλάττους ἢ κατὰ τὰς πολεμίας, καὶ τούτων τὰς [f. 117 a] πλείους ἐρήμους στρατιωτῶν, τῇ τε ναυμαχίᾳ καὶ τῇ κατόπιν τῆς ναυμαχίας νόσῳ φθαρέντων, εἰς ἀνάγκας ἥεσαν καὶ αὐτοὶ μισθοφορικὸν ἀθροίζειν ἐξ ἀλλοδαπῆς καὶ στρατιώτας ἐκ τῶν Βιθυνῶν καταγράφειν βαρβάρων, ἐνδιδόντος τοῦ

σφῶν ἡγεμόνος Ὑρκανοῦ παμπόλλων ἕνεκα χρη- A μάτων. Μισθωσάμενοι τοίνυν ὑπὲρ χιλίους ἐκεῖθεν ψιλοὺς διεῖλον, καὶ τοὺς μὲν παραβοηθεῖν δεῆσαν ἐκτάξαντες ἀνὰ τὸν ἑῷον εἶχον αἰγιαλὸν, τοὺς δὲ πέμψαντες τὸ τοῦ Γαλάτου φρουρεῖν προσετετάχεισαν πολίχνιον ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν, καὶ ἅμα συχνὰς ἐκδρομὰς καὶ καταδρομὰς ποιουμένους ληΐζησθαι τὰ τῶν Βυζαντίων προάστεια, καὶ σφᾶς ἀντιπερισπᾷν ἐς οἰκεῖα πάθη, καὶ μὴ διδόναι σχολὴν μήθ' ὡς τὰ πολλὰ τοῖς Βενετικοῖς συμμαχεῖν, μήτ' ἔχειν ῥᾳδίως ἔξωθεν τἀπιτήδεια ἐσκομίζεσθαι.

Galatæ castellum intrinsecus atque extrinsecus tueri crebrisque excursionibus et expeditionibus Byzantiorum suburbia infestare et diripere jubent, ne ii, suis ipsorum rebus districti, ullum prorsus otium agere aut Venetis, ut antea plerumque, opem ferre aut quid commeatus extrinsecus facile subvehere possint.

ΙΑ'. Ὃ δὴ καὶ μάλιστα πάντων μακρὰν ἐνεποίησε Βυζαντίοις τὴν βλάβην. Ὑπὲρ γὰρ τὰς ὀκτωκαίδεκα χιλιάδας παρεισενεχθέντος τῇ πόλει στρατοῦ ναυτικοῦ, πολλῶν ἐς ἡμέραν ἑκάστην τροφῶν δεομένου, μὴ μόνον ἅπανθ' ἑξῆς ἐν βραχεῖ σπανίζειν ἐξεγένετο B τἀπιτήδεια Βυζαντίοις, ἁπάντων σχεδὸν ἐκ πολλοῦ πανταχόθεν ἀποκλεισθεῖσι διὰ τὰς μάχας, τῶν τε ἄλλων ὁπόσα τραπέζης ἀναγκαίας εἰσὶ προσφορήματα, καὶ ὅσα ὁ γείτων πορθμὸς τοῖς ἁλιεῦσι παρεῖχε τὰ χρήσιμα ἐς ἡμέραν ἑκάστην τὸν ἅπαντα χρόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ ὁ σῖτος ἡμερῶν ὀλίγων ἐς τὸ διπλάσιον ἀνήγετο τοῦ χθὲς καὶ πρώην τιμήματος. Ὅθεν εἰς ἀπορίας ἐνέπιπτον μάλα μακρὰς οἵ τε τῶν Βενετικῶν ἡγεμόνες, ἀκουσίου δαπανώσης τὸν χρόνον ἀπραγμοσύνης αὐτῶν, ἅτε ἐφιεμένων μὲν, οὐκ ἐχόντων δ' ὅθεν ἐγχειροῖεν ἂν τοὺς πολεμίους ἀμύνεσθαι, ἀσφαλῶς οὑτωσὶ πεφραγμένους ἔκ τε γῆς καὶ θαλάττης, ὡς εἴρηται. Καὶ μάλιστα πάντων τὴν τοῦ βασιλέως ψυχὴν αἱ τῶν λογισμῶν περιέκλυζον τρικυμίαι, συχνὰ τῶν καθ' αὐτὸν πραγμάτων ἀνακυκλοῦντος C τοὺς κύβους, οἷς πρόσωπον μὲν ἐλπίδων ὑποτείνειν ἔπεισι χρηστὸν, τοὐναντίον δ' ἅπαν ὡς ἐπίπαν ἔπειτα περαίνειν, ὥσπερ ἐξεπίτηδες πᾶσαν ἐπίνοιαν αὐτοῦ καὶ σπουδὴν παίζοντάς τε καὶ ἀνατρέποντας. Καὶ τό γε δήπου μεῖζον, ὅτι τοσούτοις καὶ τηλικούτοις περιαντλουμένῳ χειμῶσιν ὀπεῖναι οὐκ ἦν οὐδὲ τὰς τῶν υἱέων αὐτῷ συμφορὰς τηνικαῦτα, ἀλλ' ἐστασίαζον ἤδη καὶ αὐτοὶ περὶ τῆς ἀρχῆς, καὶ ταῦθ' οὕτω ναυαγούσης τε κἀπὶ σαθροῦ τοὺς πόδας ἐρειδούσης καὶ ἐς τὸ πάνυ τι λίαν βραχύτατον πάνυ τι λίαν ἐλαυνομένης, ὅτε δήπου μᾶλλον ἐχρῆν τῷ πατρὶ καὶ βασιλεῖ κατὰ πᾶν ἐφικτὸν συναίρεσθαι σφᾶς, κοινῇ καὶ καθ' ἕκαστα, καθάπαξ ἅπαν ἴδιον βυθοῖς παραπέμψαντας λήθης. Ὅ τε γὰρ Παλαιολόγος κἀπὶ τῇ θυγατρὶ γαμβρὸς Ἰωάννης, ὡς πάλαι πα- D τρόθεν τὴν ἀρχὴν αὐτῷ προσήκουσαν ἔχων, ἀντείχετο ταύτης [f. 117 b] ὁλοσχερῶς, καὶ οὐδὲν οὐδενὶ τῆς διαδοχῆς παρεχώρει· ὅ τε Ματθαῖος υἱὸς ὢν καὶ αὐτὸς, ἐνέκειτο μάλα σφοδρῶς καὶ αὐτὸς ἀπαιτῶν, ὡς νῦν γε καὶ αὐτῷ προσηκούσης πατρόθεν, μεταπεσόντων ἤδη μεταξὺ τῶν σκήπτρων κατὰ τὰς ἀεὶ φερομένας οὑτωσὶ τῶν πραγμάτων τύχας, καὶ πρὸς ἄλλοτ' ἄλλους συχνὰ μεταρριπτουμένας, καὶ παραλλάξεσιν ἀτεκμάρτοις οὕτω καὶ ἀπορρήτοις οἰακιζούσας τὸν βίον, καὶ νῦν μὲν τούτῳ, νῦν δ' ἐκείνῳ παρεχομένας τὴν τῶν οἰκείων εὐμένειαν ὀφθαλμῶν, καὶ τοὐναντίον αὖθις καὶ διὰ παντὸς ἑκάτερον, καὶ νόμον γίνεσθαι τοῦτον ἀνομοθέτητον εἰπεῖν, ἐπιφυεῖσαν τοῖς πράγμασιν ἄνωθεν καρπωσάμενον βλά-

XI. Hac re maximis damnis Byzantii affecti sunt. Amplius enim duodeviginti millibus classicorum militum in urbe congregatis, qui alimentis haud exiguis in singulos dies indigebant, factum est, ut Byzantios ex longo jam tempore omnibus fere rebus cum aliis, quas tenui mensæ apponi necesse est, tum iis quas fretum vicinum piscatoribus quotidie per omne ævum subministrabat, propter bella undique exclusos brevi tempore non solum omnes deinceps res ad victum necessariæ deficere inciperent, verum etiam paucorum dierum alimenta ad duplex, quo nuper constabant, pretium eveherentur. Quare Venetorum duces in summas rerum angustias deducti sunt, desidia haud voluntaria tempus absumente, quippe cum hostes tam firmiter, ut diximus, 93 terra marique munitos propulsare quidem studerent, attamen non haberent, quomodo propositum exsequerentur. Maxime autem imperatoris animus ingenti curarum et cogitationum æstu fluctuabat; sæpe suarum rerum aleas volutabat, quæ speciem quidem bonæ spei protendunt, contra autem plerumque postea cadunt, tanquam consulto et data opera omne ejus studium atque consilium ludificarentur et subverterent. Atque hoc sane erat gravissimum, quod tot tantisque tempestatibus jactatus filiorum quoque iniquitatem expertus est, ut qui de imperio tum quam maxime naufrago et putrido quodam fundamento nixo in summasque angustias compulso inter sese discordarent atque dissiderent. Tunc profecto temporis suis ipsorum rationibus profundissima oblivione obtectis patri potius eidemque imperatori et universim et singulatim pro virili parte succurrere debebant. Joannes enim Palæologus imperium, ut jam pridem a patre sibi debitum, omni studio ad se vindicabat neque prorsus de jure successionis ulli quidquam cedebat. Matthæus autem, filius imperatoris, idem vehementer efflagitabat ut sibi quoque a patre conveniens. Sceptra enim jam commutabantur, prout vicissitudines ferebant fortunæ, quæ ad alios alio 94 tempore sese applicat, incertis arcanisque varietatibus vitam dirigit, nunc hunc nunc illum placidis luminibus adspicit, in contrarium cursus vertitur semperque alternat. Hæc est lex, ut ita dicam, illex, quæ florem rerum Dei auxilio nascentem depascat neque facile commutationem sui sine sanguine aut certe sine violentia facere possit. Metuendæ igitur sunt talium pestium insidiæ,

quæ manus omni morte plenas protendunt; quare A priusquam quis Isthmi instar fluctum utrinque irruentem reprimat et in alium locum transgrediatur, cum utriusque necesse est constituere leges.

XII. Imperator igitur cum tantam in tantis temporis angustiis in se irruentem tempestatum vim videret, acerbe id ferebat, indignatus erat, magnis variisque doloribus animum angebat. Non enim habebat, unde verbum consolatorium acciperet; quare sese ipsum fere deplorabat et quasi desperatam vitam degere videbatur. Semper erat taciturnus neque cum quoquam occulta pectoris communicare volebat. Omne enim consilium reji- B cere solebat etiam antequam audiret. Tanta igitur ærumna cum conjugem videret afflictum imperatrix, talia ad eum dicere exorsa est: « Non sine Dei numine hominibus aut infortunia accidere aut res prosperas evenire, neminem ignorare arbitror, qui mentis **95** atque consilii particeps res, quomodo quæque agantur, recte perspiciat. Justum vere esse Deum et justos homines ab eo amari, etiam hoc puto omnibus persuasum esse quorum animi gubernaculo prudentiæ dirigantur. Si quis enim mane studio suum iter, ut ita dicam, persequi sibi proposuerit, vespera autem usque adeo posterius sedens conspiciatur, quam debebat progressus esse, vel pusilla mente imbutus intellexe- C rit, hoc Dei esse facinus, qui hominis istius mores improbans omnibus, quæ ille agit, manifesto repugnat ejusque studium ad contrarium, quam initia promiserunt, circumflectit exitum. Memini autem Gregoram non semel nec bis terve, sed sæpissime in longis atque variis colloquiis crebro nobiscum hic institutis, id quod ipse haud ignoras, nobis dicere, libros Palamæ magna scatere impietate. Quos si nos reciperemus ac magno favore et omni benevolentia prosequeremur, nulli rei publicæ a nobis susceptæ Deum justum prosperos successus daturum esse, dixit atque promisit ille, sed fore, ut omnia subverterentur ac manifesto corrumperentur veluti segetes fulguribus æthereis. Sin autem hæc vel illa res aliquo modo initio nobis D succedere visura esset, attamen non longo tempore interposito **96** fore, ut acerbissima mala uberrime ad extremum succrescerent. Idem ipsis vehementius pronuntiantem audivimus, ut nihil dubitationis suis moribus admisceret, quæ plerumque incertitudinem futuri temporis metuentibus inesse solet. Neque nescis, quanto odio viri non a suis verbis recedentis libertatem persecuti simus. Considerandum igitur est, num forte Deo ipso ob dogma repugnante irrita faciamus. »

XIII. Hæc atque ejusmodi cum illa protulisset, imperator: « Mulier, inquit, non omnia debemus

ΚΖ'. Ἀφίκετό τις ἐκ Λατίνων ἐπίσκοπος παρὰ βασιλέα, Ἰωάννην φημὶ τὸν Παλαιολόγον, φιλίας ἕνεκα προϋπαρχούσης, σοφίας ἔμπειρος ὁπόση καὶ οἵα τὴν τῶν Λατίνων οἰκειοῦται σχολὴν ἐν δογματικαῖς τῶν θείων γραμμάτων διατριβαῖς. Ἔφασκε δ' ἐν ταῖς καθ' ἡμέραν ὁμιλίαις τῷ τε βασιλεῖ καὶ οἷς ἐνετύγχανε σοφωτέροις ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ, πολύν τινα γίνεσθαι λόγον παρὰ Λατίνοις περὶ τῆς βασιλίδος ταύτης τῶν πόλεων καὶ ὅσοι τῶν οἰκητόρων παιδείας ἀντιποιοῦνται, τά τε ἄλλα καὶ ὅπως ἄνωθεν ἀεὶ ῥᾳδίως ἐξαπατᾶσθαι εἰώθεσαν καὶ ἄλλοτ' ἄλλαις αἱρέσεσι καὶ δογμάτων καινοτομίαις ἐκκλησιαστικῶν ὑπείκουσιν, ὡς φύλλα δένδρων ἀνέμοις μεταρριπιζόμενα πᾶσι. « Καὶ νῦν δ' οὐχ ἧττον Παλαμᾶν τινα ὄνομα νόθους καινοφωνίας εἰσαγαγεῖν ἠκηκόειμεν κατὰ τῶν θείων δογμάτων. Εἶναι δ' οὐ μόνον αἰσχρὰς τὰς τοιαύτας καινοφωνίας, ἀλλὰ καὶ πολυειδεῖς καὶ μωρίᾳ συγκεκραμένας πολυειδεῖ. Ὡς εἶναι, οἷς τούτῳ συνίστασθαι περιγίνεται, μακροῖς τισι μέτροις κατεγνῶσθαι μᾶλλον ἢ Σαβελλίῳ τε καὶ Ἀρείῳ καὶ ὅσοι κατ' Εὐνόμιον καὶ Νεστόριον καὶ Ἀπολλινάριον εἶεν συνηγοροῦντες. Σύμφωνα μὲν γὰρ κἀκείνοις, ὡς ἔγνωσται, φθέγγεται, διαφόροις δ' οὖν καὶ ἀτοπωτέροις ὑπερβολαῖς παραλλάττοντα. Καὶ τό γε παραλογώτατον· ὅπῃ τοῦτον μάλιστα πάντων ἐκείνων ἐχρῆν αἰσχύνεσθαι, ὧν ταῖς ὑπερβολαῖς τῶν βλασφημιῶν ὑπερέσχεν, ὁ δὲ καὶ πρὸς δικαίωσιν ἑαυτοῦ καὶ φρούριον μάλα προβάλλεται ἰσχυρὸν ὅτι μὴ ὁμό- D φωνα καθάπαξ φθέγγεται σφίσι. Καὶ ὅτι μὲν οὐχ ὁμόφωνα ταῦτ' ἐκείνοις, βοᾷ, ὅτι δὲ χείρω κἀκείνων μακροῖς τισι μέτροις, σιγᾷ, παίζων, ὡς ἄν τις φαίη, ἐν οὐ παικτοῖς. Τοῦτον τοίνυν εἰς ὄψιν ἀφῖχθαί μοι βουλοίμην ἄν. Εἰ οὖν σοι καὶ ἡμῶν μέλοι, [f. 131 r.] μὴ ἄχθεσθαι, σὺ δ' ἀλλ' ἐντελῆ μοι τὴν ζήτησιν δρᾶν προθυμήθητι. »

ΚΗ'. Τὴν δὴ τοιαύτην ἔφεσιν τοῦ Λατίνου μηδὲν μελλήσας ὁ βασιλεὺς ἐς τὴν ὑστεραίαν εὐθὺς ἐκπληροῖ, παρεσκευακὼς ὁμιλῆσαι τῷ Παλαμᾷ, καὶ ὧν λέγει αὐτὸν αὐτήκοον γεγονέναι τὸν Λατῖνον. Τῆς οὖν ὁμιλίας γενομένης μικρὸν διαστὰς καὶ ἀπολα-

A lucem tum sit iis protractum, quibus intelligentioribus esse contigit, ne propter aliud quid violentos hos et ultimos parari homini spiritus credamus a Deo, quam ut ea quæ dicta sunt, pronuntiaret. Attamen postquam etiam secundus hic nuper advenit tomus ex monte, et unde audiri posset, Callisto recitatus est patriarchæ et iis qui circa eum erant episcopis, in iram rursus conjecit patriarcham et infecta re dimissus est, episcopis quos secum habebat tacentibus, sed mutorum hominum speciem referentibus et lapidum sensu carentium, qui non possunt quod aptum sit dicere. Ita pecoribus similes sunt et petulantibus pueris ludibrio merito ii qui nunc sacrorum dogmatum sedent judices. Sed de his satis. Narrabitur autem suo B tempore ac loco quidnam viatoribus acciderit. Nunc illud rursus attingam.

XXVII. Advenerat aliquis ex Latinorum episcopis ad imp. Joannem Palæologum dico, propter amicitiam quæ jam ante inter eos intercesserat. Sapientiæ gnarus hic erat, quanta et quali Latinorum v rorum doctorum schola ornatur in dogmaticis litterarum divinarum quæstionibus. Dictitabat autem in quotidianis sermonibus et imperatori et si qui forte sapientiores **263** erant, privatim et publice, apud Latinos frequentes haberi orationes de regina hac urbium et quotquot incolarum eruditioni adversantur, cum in cæteris, tum quomodo divinitus semper facile falli consueti erant, et aliis alibi hæresibus et dog- C matum novationibus ecclesiasticorum indulgent, ut arborum folia ventis jactantur omnibus. « Et nunc non minus Palamam quemdam nomine adulterinas mutationes inferre audiveramus divinorum dogmatum. Esse non solum turpissimas has mutationes, sed etiam multifarias et ex insaniæ colluvione multiformi concretas, ut verum sit, quæ huic componere contigit multis quibusdam modis, magis quæ damnentur digna esse quam quæ aut Sabellio aut Ario et omnibus, qui Eunomio et Nestorio et Apollinario sint astipulati. Consona enim sunt, ut cognitum est, etiam illis; diversis autem et ineptioribus exaggerationibus plena et ineptissimum illud, quod hunc maxime omnium illorum debebat pudere, quorum exaggerationibus ipsa etiam con- D vicia superabat. Hic etiam ut justam pœnam acciperet, in carcerem cum vi conjectus est firmum, ne concordanter omnino hæc sonent cum illis et quod non in unisono hæc cum illis clamant et quod pejora etiam illis longis quibusdam modum, tacet, jocans, ut dicere possis, ibi, ubi nullus esse joco locus debet. Hunc igitur in aspectum mihi venisse vellem; si ergo tibi etiam nos cordi **264** ac curæ sumus, ne ægre fer et de reliquis integram mihi proponere quæstionem sis paratus. »

XXVIII. Talem itaque impetum Latini minime retardans imperator, in posterum diem officium explet suum, se parans ad colloquendum cum Palama, cujus colloquii dicit ipsum auscultatorem esse Latinum. Colloquio autem instituto prope distans

et ad se trahens privatim imperatorem Latinus, multa quidem dicit se loquentem audisse Palamam, sed temere et modo hoc, modo illud et eadem hæc undique compilata et corrasa; ut videamur incerti esse, utrum qualitate horum, an quantitate magis ad perversitatem stimulos addat. Quæsivit autem nihilominus Palama disputante etiam mecum, num ipse tacens factus essem auditor. Quare etiam postridie vocans a rege venit et me unum e jactantibus nobilitatem generis magnus logotheta et vix me dicit consuetis capitis morbis prorsus esse liberatum. Et postquam decipere eum non jam licebat, surgens abii. Cujus rei gratiam minime omnium neque sciebat neque revera ut scire disceret operam dabat. Præceperat enim Helena imperatrix, ne a me ante cognosceretur causa, cur in jus vocaretur, ne cum studio maturarem adventum et quædam celebritas fieret ostentationis Palamiticæ. Nam quam ob causam suo **265** patri Cantacuzeno, enixe sic etiam Palamas instabat et adversabatur plerumque conjugis sententiæ in omnibus rebus, ad quas illum sua trahit religio. Nuper autem aulam regiam intranti mihi etiam Palamam ibi ad disputationes instituendas considentem licebat videre. Sic autem mihi capite laboranti etiam et cum tam inopinato impeditum me certamine viderem, primum quidem visum est satius esse domum tamdiu redire, donec mecum paratas illas mihi accusationes reputassem. Ne igitur ignaviæ suspicionem apud homines dicaces subiremus, confirmavimus rursus sententiam nostram et recepimus Deo nos omnia committentes.

XXIX. Atque ita ad ipsum imperatorem accedebam, quem cum præsentibus nobilibus viris et simul cum Helena regina offendebam colloquentem, secutus certaminis temeritatem .Et quæ ibi disputata sunt quam multa et qualia et quomodo tempus talia suppeditaverit, narrabunt ea quæ sequuntur. Perscriptum est enim a me hoc satis tenui stylo. Traditum est autem ab altero quodam eorum qui ibi adfuerant qui interroganti cuidam respondit. Res vero sic se habet.

A δὼν ἰδίᾳ τὸν βασιλέα ὁ Λατῖνος πολλὰ μὲν ἀκούειν ἔφη λέγοντος Παλαμᾶ, μάτην δ' οὖν καὶ ἄλλοθεν ἄλλα συμπεφυρμένα τε καὶ παρευρημένα, ὡς ἀπορεῖν ἡμᾶς ἀποφαίνεσθαι πότερον τῇ ποιότητι τούτων ἢ τῇ ποσότητι δοίη τις ἂν τὸ πρὸς κακίαν τρόπαιον. Ἐζήτησε δ' οὖν ὅμως τοῦ Παλαμᾶ διαλεγομένου καὶ πρὸς ἐμὲ σιγῶν αὐτὸς γενέσθαι ἀκροατής. Διὸ καὶ τῇ ὑστεραίᾳ καλῶν ἐκ βασιλέως ἧκει κἀμὲ τῶν ἐπ' εὐγενείᾳ σεμνυνομένων ὁ μέγας λογοθέτης, ἄρτι τῶν εἰωθότων τῆς κεφαλῆς νοσημάτων οὐ τελέως μὲν, ἀπηλλαγμένον δ' οὖν. Κἀπειδὴ παρακρούεσθαι οὐκ ἐνῆν, ἀναστὰς ἀπῄειν, ὅτου χάριν ἥκιστα πάντων οὔτ' εἰδὼς οὔτε μὴν πολυπραγμονήσας μαθεῖν. Προσετετάχει γὰρ ἡ βασιλὶς Ἑλένη μὴ προεγνῶσθαί μοι τὸ τῆς προσκλήσεως αἴτιον, ἵνα μὴ σὺν μεB λέτῃ δρῴην τὴν ἄφιξιν καί τις παρευδοκίμησις γένηται τῆς τοῦ Παλαμᾶ ἐπιδείξεως. Διὰ γὰρ τὸν ἑαυτῆς πατέρα Κανтακουζηνὸν λίαν καὶ αὕτη τῷ Παλαμᾷ προσέκειτο, καὶ ἀντέπραττεν ὡς τὰ πολλὰ τῇ τοῦ συζύγου γνώμῃ πρὸς ὅσα τῇ θρησκείᾳ συντείνει. Ἄρτι γε μὴν τὴν βασίλειον αὐλὴν εἰσιόντι μοι καὶ Παλαμᾶν ἐκεῖ πρὸς διαλέξεις ἔφεδρον εἶναι μαθεῖν ἐξεγένετο. Οὕτω δ' ἔχοντί μοι τῶν ἐκ κεφαλῆς ἀλγηδόνων ἔτι, καὶ [f. 131 v.] οὕτως ἀπροσδοκήτως ἐμπεπηδηκότος μοι τοῦ ἀγῶνος, πρῶτον μὲν ἔδοξε βέλτιον οἴκαδε τέως ἐπανιέναι με, μικρὰ τῶν μεμηχανημένων προσκλήσεων ἐκείνων φροντίσαντι· ἵνα δ' οὖν μὴ δειλίας ὑπόνοιαν τοῖς φιλοσκώμμοσι δῶμεν, ἐπεῤῥώσαμέν τε αὖθις τὸν λογισμὸν καὶ ἀνεC λάβομεν ἑαυτοὺς, Θεῷ τὸ πᾶν ἐπιτρέψαντες.

ΚΘʹ. Καὶ οὕτως εἰς αὐτὸν εἰσῄειν βασιλέα τῇ τε τῶν εὐγενῶν συνόντα παρουσίᾳ καὶ ἅμα τῆς βασιλίδος Ἑλένης, τῷ τοῦ συμβάντος σχεδίῳ παρηκολουθηκώς. Τά γε μὴν ἐκεῖ λαληθέντα, ὁπόσα καὶ οἷα, καὶ ὅπως ὁ καιρὸς ἐσχεδίασε τὰ τοιαῦτα, δηλώσει τὰ ἐφεξῆς. Γέγραπται μὲν γάρ μοι ταυτὶ λεπτοτέρᾳ τινὶ διηγήσει, ἐκδέδοται δ' ὡς ἐξ ἑτέρου τῶν ἐκεῖ παρόντων ἑνὸς, πρὸς ἐρωτήσαντά τινα δῆθεν διεξιόντος. Ἔχει δὲ οὑτωσίν.

ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ ΤΟΥ ΓΡΗΓΟΡΑ

ΡΩΜΑΙΚΗΣ ΜΕΝ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ Λ',

ΔΟΓΜΑΤΙΚΟΣ ΔΕ Α'.

Μοναχοῦ Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ διήγησις περὶ τῆς διαλέξεως ἣν ἐποιήσατο πρὸς τὸν Παλαμᾶν ἐνώπιον τοῦ βασιλέως κυρ. Ἰω. τοῦ Παλαιολόγου. Εἰσάγεται δὲ ἡ διήγησις ὡς ἐξ ἑτέρου προσώπου.

—

NICEPHORI GREGORÆ

BYZANTINÆ HISTORIÆ

LIBER TRICESIMUS,

DOGMATICORUM VERO PRIMUS.

Monachi Nicephori Gregoræ narratio de colloquio quod cum Palama coram imperatore Joanne Palæologo habuit. Inducitur autem narratio tanquam ab alio facta.

—

A Α'. Ἀλλ', ὦ φίλων ἄριστε Ἀγαθόνικε, σύ μοι πάντως μάλιστα πάντων λέγοις ἂν καὶ ἀφηγοῖο τὴν χθὲς ἐπὶ τοῦ τὰ πάντα ἀρίστου βασιλέως γενομένην διάλεξιν Γρηγορᾷ τε καὶ Παλαμᾷ.

Καὶ μάλα γε, ὦ φίλε Θεότιμε, εἴ σοι βουλομένῳ καὶ σχολὴ προσείη τὸ ἱκανὸν οὐδαμῇ ἀποσειομένη· ποικίλη γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ ἀκοῆς δεομένη λαμπρᾶς, καὶ ἣ ἔῤῥωται πρὸς θειοτέρων ἀντίληψιν ἐννοιῶν. Πάντα μὲν οὖν σοι καθ' ἓν τὰ ἐκεῖ λεχθέντα διεξιέναι ἴσως μὲν ἂν δυναίμην, ἴσως δ' οὔ, λήθης ἐνίων παρασυρέντων βυθοῖς· τὰ δ' οὖν ἀξιολογώτερα, καὶ ὧν σοι μᾶλλον ἀκοῦσαι χρεὼν, ταῦτα δ' οὖν ὡς ἐν κεφαλαίῳ μεμνήσομαί σοι.

B Β'. Ἄρτι τῶν εἰωθότων τῆς κεφαλῆς νοσημάτων βραχύ τι ἀνενεγκόντα τὸν Γρηγορᾶν ἧκε καλῶν ἐκ βασιλέως ὁ μέγας λογοθέτης ὁτουδήποτε εἵνεκα· καὶ ἐπειδὴ παρακρούεσθαι οὐκ ἐνῆν, ἀναστὰς ἀπῄει, καὶ ἅμα εἱπόμην αὐτὸς ἀκουσόμενος. Ἦν δὲ τὸ τῆς ὥρας ὀψὲ μετὰ δύσιν ἡλίου. Καὶ προσεληλυθὼς ὁ Γρηγορᾶς, καὶ τὴν εἰωθυῖαν ἀποδεδωκὼς τῷ βασιλεῖ πρόσρησιν, εἶτα ἐκάθισεν. Ἔτυχε δ' εὐθὺς ἐκεῖ καὶ ὁ Παλαμᾶς συνεισιὼν, οὐκ οἶδ' ὁπότερον, εἴτε ἐκ προθεσμίας πάλαι μελετηθείσης ἔφεδρος ἐκεῖ που παρὼν, εἴτ' ἀπὸ τύχης, ὡς εἴωθε γίνεσθαι τὰ πολλὰ τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων. Ὡς δὴ καὶ τὰ παλαιγενῆ προπετῶς, καὶ ὅσα λήθης μακρᾶς συναπήχθησαν ῥεύμασι, μηδαμῇ τῇ παρούσῃ

A I. Age, o amicorum optime Agathonice, tu unus omnium facillime narrare et tradere possis hesternum, quod coram optimo rege factum est, colloquium Gregoræ et Palamæ.

Profecto libenter, amice Theotime, si tibi placet et otium suppetit necessarii nihil respuens. Varium enim profecto illud est et attentionem requirit egregiam, quod et valeat ad concipiendas animo cogitationes divinas. Omnia igitur tibi singula, de quibus ibi actum est, persequi haud scio an possim, cum oblivionis barathro quædam demersa sint. Quæ autem memoratu digniora sunt et quæ potissimum audias necesse est, ea igitur breviter et summatim tibi commemorabo.

B **267** II. Gregoras cum modo ex consuetis capitis doloribus vires parumper refecisset, invitaturus eum ab imperatore missus est magnus logotheta quacunque de causa : quod cum excusare non posset, assurgens abiit et auditurus eum ego ipse secutus sum. Serum jam diei erat post solis occasum. Ac Gregoras quidem cum advenisset et solitam ad regem allocutionem pronuntiasset, tum consedit. Forte autem accidit ut statim ibi etiam Palamas simul introiret, nescio, utrum propter causam jamdudum constitutam locuturus ibi adesset, an casu, ut pleræque res in terra gestæ fieri solent. Qui cum prisca imprudenter et quæ oblivionis profundæ fluminibus

abrepta essent, nullo modo pertinentia ad eam rem, de qua tum agebatur, protulisset et gloriatus esset, qui erat ejus mos, et ad laudem suam multa de se gloriosius prædicasset, et commorationem in monasterio factam et colloquium cum Barlaamo institutum et talia fere, postquam aures eorum qui tum aderant, implevisset, et tanquam jamdudum præmeditatum et insidiosum ostendisset consilium adventus sui gloriosa quadam jactatione, conticuit. Atque ut quæ interposita sunt omittam et quæcunque plane necessariis obstant, ad hæc inexspectata et extemporalia procemiatus, præmissis **268** iis quæ necessaria sunt, Gregoras quoque deinceps rogavit, quid se oporteret dicere ad voluntatem imp. divinissimi. Tum imperator : Equidem, inquit, etsi ad alia incepta animum advertere statueram, tamen cum vos nunc videam hic adesse, convenientius mihi videtur partem aliquam quamvis parvam dogmatum, de quibus nonnulli disceptant, ecclesiasticorum per vos cognoscere. Etenim se audisse dixit disceptationes non leves natas esse, alias aliter de voluminibus et scriptis, quæ dixit nescio quomodo orta esse, rejici tamen a doctis multis, data opera monstrare volentibus periculosas quasdam theologiæ dogmatum novitates illis contineri. Volebam igitur concilio ad colloquium convocato correctionem peragere. Sed cum res non conveniat, nunc quidem volo ex vobis, qui quacunque de causa hic adestis, de certa quadam re ipse audire. Nam volumen illud, quod frequentatas contentiones et disceptationes continet, mihi cum in Thessalonica versarer, accidit, ut neque quid sibi vellet intelligerem, neque utrum vera an falsa exhiberet ei qui accurate quærere vellet. Vereor autem, ne mihi quoque adhæreat pœna divina, quia et ipse cum concilio hospes postea adessem aliquandiu, alio præsidente, invitus nomen subscripsi ab eo coactus. Quæ enim intercesserunt **269** omitto, cum angustias temporis vitare non possim. Gregoras referens : Equidem, inquit, cum ex longo tempore theologiæ mysteria in ore habere non valde auderem, sed eorum et famam et judicium horrerem, statim tanquam ab igne me retraxi. Nam ubi magnis et valde doctis præceptoribus illius Ecclesiæ administrationem ut omnino excuterent obtigit, nonne aperte insaniremus si talia tractare vellemus, cum ne pauca quidem eorum quæ illi discere potuerimus ? Atque ut mei ratione habita planius exponam, quo animo paulatim affectus sim in tale antea conceptum propositum, cum, mortuo divinissimo et beato patre tuo, claro illo imp., res Græcorum in tumultum civilem adducerentur et fluctus miserrimi in divina Ecclesiæ dogmata prorumperent, et velut coorta tempestate et nocte omnia tenebris essent involuta, ita ut, quod vulgo dicere solent, nemo e sideribus colligere posset, quo ferretur, cumque omnia surgentia et cadentia eatenus pro conjunctione excitarent et maxime ea quæ quisque speraret, in periculum

A προσήκοντα χρεία πρυδιαλαβὼν καὶ τερατευσάμενος, ὡς εἰώθει, καὶ ὅσα πρὸς ἔπαινον ἐγκαλλωπισάμενος ἑαυτοῦ περί τε τῆς ἐν λαύρᾳ διατριβῆς καὶ τῆς πρὸς Βαρλαὰμ διαλέξεως, καὶ τοιούτων δή τινων τὰς τῶν παρατυχόντων ἐμπεπληκὼς ἀκοὰς, καὶ δείξας οἱονεὶ προβεβουλευμένον εἶναι καὶ ἐπίβουλον τὸν σκοπὸν τῆς τηνικαῦτα αὐτοῦ γε ἐπιδημίας πρὸς ἐπιδεικτικὴν φαντασίαν, εἶτα ἐσίγησε. Καὶ ἵνα τἀν μέσῳ παρέλθω, καὶ ὅσα τοῖς ἔμπροσθεν ἀναγκαίοις γίγνοιτ' ἂν ἐμποδὼν, πρὸς τὸ ἀπροσδόκητον τουτοῒ καὶ αἰφνίδιον προοιμιασάμενος, καὶ πρυδιαλαβὼν ὅσα εἰκὸς, καὶ ὁ Γρηγορᾶς [f. 132 v] ὅ τι ἂν καὶ πρὸς αὐτοῦ εἴη βουλομένῳ τῷ θειοτάτῳ βασιλεῖ λέγεσθαι ἐφεξῆς ἤρετο. Καὶ ὁ βασιλεὺς, « Ἐμοὶ δ' εἰ καὶ πρὸς ἄλλας ἄγειν, » B ἔφη, « τὸν νοῦν ὑποθέσεις ἐνῆν, ἀλλ' οὖν ὑμᾶς ὁρῶντι συνεληλυθότας νῦν ἐνταυθοῒ καιριώτερον εἶναι δοκεῖ πολλοστημόριόν τι περὶ ὧν ἔνιοι διαφωνοῦσιν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων μαθεῖν πρὸς ὑμῶν. » Καὶ γὰρ ἀκούειν ἔφησεν ἔριδας οὐ μικρὰς φυομένας ἄλλοτ' ἄλλως περὶ τόμων καὶ γραμμάτων, « Ἃ προγεγέννηνται μὲν, » φησὶν, « οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀθετοῦνται δὲ πρὸς πολλῶν ἐλλογίμων, ἐπισφαλῆ τινα θεολογίας καινοφανοῦς ἐμπεριέχεσθαι τούτοις δεικνύειν δόγματα μάλα σφοδρῶς διατεινομένων. Ἐβουλόμην μὲν οὖν παῤῥησίᾳ συνοδικῇ τὴν διόρθωσιν διαπράξασθαι· τῶν δὲ πραγμάτων οὐ συγχωρούντων ἔν γε τῷ παρόντι, βούλομαι παρ' ὑμῶν γοῦν ἐνταυθοῒ νῦν ὁπωσδηποτοῦν συνεληλυθότων περὶ ἑνὸς οὑτινοσοῦν αὐτήκοος γεγονέ- C ναι. Τὸν γὰρ τὰς θρυλλουμένας ἔριδας καὶ διαφωνίας ἀγείροντα τόμον ἐμοῦ διατρίβοντος ἐν Θεσσαλονίκῃ συμπέπτωκε γεγενῆσθαι, ὡς μήθ' ἃ λέγει γινώσκειν ἐμὲ, μήθ' ὅπως ἀληθείας ἢ ψεύδους ἔχει, εἴ τις ἀκριβῶς ἐξετάζειν βούλοιτο. Δέδια δ' οὖν μὴ κἀμοὶ προστριβείη κρίμα θεόθεν, ὅτι καὶ αὐτὸς τῇ βασιλευούσῃ τέως ἐπιδεδημηκὼς ἐν ὑστέροις, ἑτέρου τέως τὴν ἐξουσίαν ἔχοντος, ἄκων ὑπέγραψα, βιασθεὶς ὑπ' αὐτοῦ (τὰς γὰρ ἐν μέσῳ σιγῶ τύχας), οὐκ ἔχων ὅπως ἂν ἐκφύγοιμι τὸ τῆς ὥρας βίαιον. » Ὁ δὲ Γρηγορᾶς ὑπολαβών φησιν· « Ὡς ἐγὼ δ' ἐκ πολλοῦ τὰ τῆς θεολογίας μυστήρια φέρειν διὰ χειλέων οὐ μάλα τολμῶν, ἀλλὰ φρίττων καὶ ἀκοὴν καὶ διάνοιαν, ἀπεπήδων εὐθὺς ὡς ἀπὸ D πυρός. Ὅπου γὰρ τοῖς μεγάλοις καὶ σφόδρα σοφοῖς διδασκάλοις ἐκείνης τῆς Ἐκκλησίας ἀποσείεσθαι τὴν ἐγχείρησιν ὁλοσχερῶς συνέβαινεν, ἢ που μανία σαφὴς ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τοῖς τοιούτοις, μηδὲ μικρὰ γοῦν τῶν ὅσα ἐκεῖνοι μαθεῖν πω δεδυνημένους. Καὶ ἵνα τὸ κατ' ἐμαυτὸν ἀναλαβὼν διηγήσωμαι τελεώτερον, ὅπως δηλαδὴ κἀμοὶ πρὸς τὴν τοιαύτην ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν διατεθῆναι συμπέπτωκεν, ἐπεὶ μετὰ τὸν τοῦ θειοτάτου καὶ μακαρίτου πατρός σου θάνατον, τοῦ ἀοιδίμου φημὶ [f. 133 r.] βασιλέως ἐκείνου, πρὸς ἐμφύλιον στάσιν τὰ Ῥωμαίων ἠγέρθη πράγματα καὶ ἅμα κατὰ τῶν θείων τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων τὰ χείριστα πρὸς κακίαν ἀνέῤῥωγε κύματα, καὶ ὥσπερ ἐν χειμῶνι καὶ νυκτὶ τὰ πάντα ζόφος ἦν, ὡς μηδὲ ἄστροις, τὸ θρυλλούμε-

νον, ὅποι φέροιτό τις δύνασθαι τεκμαίρεσθαι, καὶ πάντ' ἄνω καὶ κάτω μεταπίπτοντα παρὰ τοσοῦτον ἐκ τοῦ σύνεγγυς ἐτίθει τε καὶ μάλα τῶν ἐλπιζομένων ἑκάστοις ἐποίει τὸ ἐπικίνδυνον παρ' ὅσον πόῤῥω καὶ δύσελπι τάσφαλὲς (ἐν γὰρ διχοστασίῃ φησὶ τὸν μὲν πάγκακον τυγχάνειν τιμῆς, τὸν δὲ καὶ ὁπωσοῦν μετέχοντα τοῦ βελτίονος θρήνων πάσχειν ἄξια καὶ τραγικῶν ἀπολαύειν τῶν συμφορῶν), τῶν κρατίστων εἶναί μοι τὸν ἡσύχιον ἔδοξε βίον ἑλέσθαι, τῶν βασιλικῶν ἀφεμένῳ θεάτρων. Τοῦ γὰρ ἐρεθίζοντος καὶ μάχην ἐκεῖθεν ἀντίπαλον ἀνιστῶντος οὐκ ὄντος ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ἀφανείᾳ κεκαλυμμένων, παύσεσθαι τὸ νεμόμενον τῆς καθ' ἡμῶν κακίας ᾠήθην. Ὅθεν ἐπειδὴ τοῖς ἄλλοις παραινοῦντί μοι τοὺς πειθομένους ἥκιστ' ἔχειν ἐνῆν, τὸ κατ' ἐμαυτὸν ἐποίουν αὐτός· θόρυβον μὲν γὰρ ἐξ εἰρήνης B ῥᾴδιον καὶ τοῖς φαυλοτάτοις καὶ βάναυσον ἄγουσι βίον ποιεῖν, ἐκ δὲ θορύβων εἰρήνην οὐδὲ τοῖς σφόδρα συνετοῖς μάλα τι εὔοδον. Τὸ μὲν γὰρ αὐτονομίᾳ φύσεως ἄγεται, ἡ δὲ φύσις ἄτακτον καὶ ἀνώμαλον ὡμολόγηται εἶναι· τὸ δὲ παιδείᾳ καὶ συνέσει βεβουλευμένῃ καὶ σώφροσι λογισμοῖς οἰακίζεται. Ὅθεν τὸ μὲν καὶ τὰς οὐκ οὔσας ἀναπλάττει προφάσεις, ἐφόδια πορίζον ταῖς μάχαις· τὸ δὲ καὶ τὰς οὔσας ἐκτέμνειν πειρᾶται, καθάπερ ἰατρὸς πρὸ τῆς βλάστης ἐν τῇ ῥίζῃ τὴν θεραπείαν τεχνώμενος.

Ἐπεὶ δὲ καὶ ἀφορισμῷ Παλαμᾶν μετὰ τῆς αὐτοῦ φρατρίας ἁπάσης καὶ χωρισμῷ Θεοῦ καθυποβεβλῆσθαι συμβέβηκε δυοῖν πατριαρχῶν καὶ ὅλων ὁπόσοι τηνικαῦτα παρῆσαν τῶν ἐπισκόπων, ἔτι C μᾶλλον ἐμαυτῷ τὰ τῆς ἡσυχίας παρῄνουν καὶ ἐπεκύρουν, ταύτης μόνης τὸ ῥᾷστον ἐχούσης καὶ εὔλογον τῆς τῶν βεβήλων φρατρίας καὶ κοινωνίας ἐπιεικῶς ἀφιστᾷν. Ἤδη δὲ καὶ διωγμὸν ἀνεῤῥίπισεν ὁ τῆς Ἐκκλησίας χειμών, καὶ διωγμῶν τὸν φρικωδέστατον καὶ βαρύτατον, ὡς κἀντεῦθεν μὴ μόνον ἐξόριστον γεγονότα τὸν πατριάρχην βιαίῳ θανάτῳ τοῦ βίου [f. 153 v.] περᾶσαι τὴν τελευτήν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπισκόπων καὶ πρεσβυτέρων ὁπόσοι τὴν ἔνστασιν ἀκλόνητον ἔσχον ἐν τοῖς δεινοῖς, ἄλλος ἄλλοθι τῆς οἰκουμένης διωκόμενοι διεσπάρησαν. Ἐῶ λέγειν οὓς ἐν εἱρκτῇ καὶ ζόφῳ θνήσκειν συνέβαινε, καὶ ὅσοι λιμῷ καὶ δίψει καὶ πάσῃ τῶν ἀναγκαίων στενοχωρίᾳ βιαίοις θανάτοις ἀπήλλαξαν. D Καὶ τό γε μεῖζον ὅτι μηδὲ ταφῆς, ὦ γῆ καὶ ἥλιε, πρὸς τῶν ἐπιτηδείων τυγχάνειν συνεχωροῦντο, πλὴν ἢ ὅσοι κατὰ τὸ λεληθὸς κατωρύττοντο. Ὧν οὐδὲ τούτων ἀπέσχοντο οἱ κυνὸς Λακαίνης δίκην ῥινηλατοῦντες καὶ ἀνιχνεύοντες, ἀλλὰ καὶ τούτων ἐνίους ἀνώρυξαν. Οὕτω διωγμῶν ἁπάντων βαρύτατος οὑτοσί. Τί γὰρ ἀνύσειν ἔμελλον πλέον, εἰς ἀναίσθητον σῶμα τὴν τῆς ἀτόπου ψυχῆς ἀγνωμοσύνην ἐκχέοντες; Θανεῖν γὰρ ἀνάγκη, ζῆν δ' ἢ ταφῇ καλυφθῆναι, τούτων δ' οὐδέτερον τέως ἀνάγκη. Διὸ τὸ μὲν καὶ μὴ βουλομένων ἀνθρώπων ἡ φύσις τελεῖ, τὸ δ' ἐν τῇ προαιρέσει κείμενον τῶν περιλειπομένων ἔλεγχος ὁποτέρου γίνεται δυοῖν, εἴτ' ἀπονοίας εἴτε προνοίας. Τῆς δὴ τοιαύτης περικλονήσεως ἔργον γινόμεθα καὶ ἡμεῖς, οὐ βουλόμενοι ταῖς ἀτόποις

A vocarent, quatenus remota et desperata esset salus. Nam in seditione ait poeta pessimum quoque assequi honorem : **270** qui autem quocunque modo partis melioris studiosus sit, eum perpeti res miseratione dignas et subire casus tragicos. Optimum igitur mihi visum est, tranquillam præferre vitam, theatro imperatorio relicto. Cum enim qui irritaret et pugnam oppositam hac re excitaret, ante oculos nostros non versaretur, quippe qui tenebris involuti essemus, putabam fore ut pars attributa calamitatis nostræ desineret. Quamobrem quia minime contigit, ut mihi qui aliis consilia darem, dicto audientes essent, ipse officia mea præstabam. Nam tumultum e pace facere etiam hominibus pessimis quibusque facile est; e tumultu autem pacem B restituere, ne admodum prudentibus quidem profecto est promptum. Alterum enim arbitrio naturæ agitur : naturam autem turbidam et mutabilem esse constat : alterum humanitate et consilio sapienti et cautis deliberationibus administratur : quamobrem illud etiam fictas excogitat causas, præbens subsidia prœliis : hoc veras quoque tollere conatur, ut medicus non in ramo, sed in radice curationem tentans. Postquam autem accidit, ut Palamas cum tota familia sua et determinatione et separatione divina succumberet patriarchis duobus, et omnibus, quotquot tum aderant episcopis, multo magis tranquillitatem probabam et nanciscebar, quippe quæ sola facultatem et rationem C præberet hæreticorum familia et societate satis abstinendi. Jam vero insectationem accendit Ecclesiæ tempestas, et **271** eam quidem omnium terribilissimam et atrocissimam, ita ut hanc ob rem non solum patriarcha expulsus morte violenta diem supremum obiret, sed etiam episcoporum et presbyterorum quotquot in periculis constantem vitæ rationem tenebant, alius alio per orbem terrarum exagitati dissiparentur. Omitto narrare, quibus acciderit, ut in carcere et tenebris interirent, omnesque qui fame et siti et necessariorum penuria morte violenta decederent : et id quod etiam gravius est, quod ne sepulcrum quidem, o terra et sol, ut haberent per cognatos, iis concessum est, nisi quicunque clam humabantur, quanquam ne D ab his quidem sibi temperabant illi canis Laconicæ instar odorantes et investigantes: sed horum quoque nonnullos eruebant. Hæc igitur omnium persecutionum fuit gravissima. Quid enim amplius committere poterant in corpus sensu carens animi inepti ignorantiam effundentes ? Nam mori necesse est; quod autem ad vivendum aut sepulturam attinet, horum omnino neutrum necesse est; propter quod alterum etiam invitis hominibus natura perficit : alterum in voluntate positum superstitum signum est alterutrius aut dementiæ aut prudentiæ. Tali igitur insectatione afficimur etiam nos, qui quidem ineptæ vocum novitati Palamæ istius indulgere nolimus. Omnia quidem mala, quæ propterea experti sumus, **272**

committere auribus hominum omnino non necesse puto, Deo, qui occulta animadvertit, hæc accurate perspiciente. Tamen cum voluntate divina, imperator, paternam tuam imperii sortem susceperis, simulque nos refecerimus paululum qui perseverantia periculorum defatigati vitam non abjecerimus, cumque decretorum et voluminum illorum maculæ et exitia in conspectum nobis inciderint et famam jam clare perspexerimus et convicia ista et quascunque contra libros divinos obtrectationes falsasque criminationes effundunt: necesse igitur illud volumen jam proferatur in medium, ne oratio nostra temere et incassum procedat, nullum habens fundum fundamentumque.

III. Tum imperator : Non operis, inquit, perfecti in præsenti requirimus compositionem ; sed doctrinæ perquam symbolicæ et obscuræ vestigia et signa. Profecto enim presbyterorum coronam convocabamus : neque vero in secreto et recessu res nobis ullo modo componebatur, componetur tamen justo tempore. Cui respondens Palamas in Barlaamum convertere conabatur sermonem et viva ex mortuis demonstrare ; sed rejectus est per Gregoram cum ad res obscuras confugeret : quod liceret ante oculos posita ad causam præsentem adhibere : quamobrem **273** ad aliam conversus et alia multa locutus est et simul tentavit eum quærendo, num essent qui essentiam divinam et efficientiam divinam diversas esse negarent : qua de re potissimum etiam Gregoram loqui voluit.

IV. Tum Gregoras ad imperatorem conversus : Cum multa, inquit, sint studia, princeps augustissime, quæ jamdudum mortua reviviscere nuper ille jussit, quæque antea non visa ille invenit, socia adjutus manu principis, placitum ejus, quod est de multis deis, puto, sufficiet huic quam aggredimur adumbrationi. Cupiens enim explicare dogma quod est de Dei Verbi incarnatione, simulque multos deos introducere, contendit, efficientiam esse divinitatem submissam, increatam, et essentia carentem, et diversam omnino ab illa divina et beata essentia et corporis oculis conspicuam per se, quæ cum omnia perficiat, ipsa et perficiatur per essentiam impositam et moveatur sicut machinæ moveant quæ moveri possint : deinde unam illam efficientiam in multas, sive potius infinite in infinitas dividit sicut genus in species diversas, et nomine generali omnes vocat efficientias, solas autem et singulas, vim, vitam, imperium, sapientiam, facultatem, **274** lucem, veritatem, et uno verbo quæcunque Deo digna nomina et cogitata, etsi e diversis principiis notationem accipiunt, tamen eumdem inter se locum tenent, quia nullo fere modo diversa sunt præ significatione suppositi, omnia uno verbo divinitates vocat diversas et increatas. Reprehensus igitur a

A καινοφωνίαις ὑπείκειν Παλαμᾶ τουτουΐ· ὁπόσων γε μὴν καὶ τῶν δεινῶν πεπειράμεθα διὰ ταῦτα, παραπέμπειν ἀκοαῖς ἀνθρωπίναις οὐ πάνυ τι χρῆναι νομίζω, τοῦ τὰ κρυπτὰ ἐφορῶντος Θεοῦ γινώσκοντος ἀκριβῶς. Ὅμως ἐπεὶ θειοτέρᾳ βουλῇ τὸν πατρῷόν σοι τῆς μοναρχίας ἀνείληφας κλῆρον, ὦ βασιλεῦ, καὶ ἅμα ἡμᾶς ἀνεπεπνεύκειμεν βραχὺ καὶ ὅσον μὴ τῇ συνεχείᾳ τῶν δεινῶν ἀπηγορευκότας προέσθαι τὸ ζῆν, καὶ αἱ τῶν ψηφισμάτων καὶ τομογραφιῶν ἐκείνων κηλῖδες καὶ κῆρες ἧκον ἡμῖν εἰς ὄψιν καὶ ἀκοήν, ἔγνωμεν ἤδη σαφῶς καὶ τὰς ἐκεῖ βλασφημίας, καὶ ὅσας τῶν θείων Γραφῶν τὰς διαβολὰς καταχέουσι καὶ συκοφαντίας. Ἀναγκαῖον οὖν ἐκεῖνον ἤδη προενεχθῆναι τὸν τόμον εἰς μέσον, ἵνα μὴ μάτην καὶ εἰς κενὸν ὁ δρόμος ἡμῖν ὑπάρχῃ
B τοῦ λόγου μηδεμίαν ἔχων κρηπῖδα καὶ βάσιν. »

Γ'. Ὁ δὲ βασιλεύς, « Οὐχ ἔργου τινὸς ἐντελοῦς ἐν τῷ ἄρτι ζητοῦμεν, » ἔφη, « κατάστασιν, ἀλλὰ γνώσεως οἱονεὶ τυπικῆς καὶ σκιώδους ἴχνη καὶ ὑπομνήματα. Ἦ γὰρ ἂν ἐπισκόπων καὶ πατριαρχῶν ὁμοῦ καὶ πρεσβυτέρων συνήγομεν θέατρα, καὶ οὐκ ἐν παραβύστῳ καὶ γωνίᾳ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν οὑτωσί πως ἐτελεῖτο. Ἔσται δ' οὖν ὅμως κἀκεῖνο κατὰ τὸν δέοντα χρόνον. » Ὑπολαβὼν οὖν [f. 154 r.] ὁ Παλαμᾶς εἰς Βαρλαὰμ ἀνάγειν ἐπεχείρει τὸν λόγον, καὶ δεικνύειν τὰ ζῶντα ἐκ τῶν νεκρῶν. Ἐκκέκρουσται δὲ πρὸς τοῦ Γρηγορᾶ, εἰς τὸ ἀφανὲς καταφεύγων, παρὸν, ἃ πρὸ ὀφθαλμῶν, τούτοις κεχρῆσθαι πρὸς τὴν παροῦσαν χρείαν. Διὸ καὶ πρὸς ἑτέ-
C ραν τραπόμενος τά τε ἄλλα ἐπολυλόγησε, καὶ ἅμα κατέδραμεν εἴ τινες εἶεν οἱ τὴν θείαν οὐσίαν καὶ τὴν θείαν ἐνέργειαν κατ' οὐδὲν διαφέρειν λέγοντες. Περὶ οὗ μάλιστα καὶ τὸν Γρηγορᾶν ἠξίου τὸν λόγον ποιεῖσθαι.

Δ'. Καὶ ὁ Γρηγορᾶς πρὸς τὸν βασιλέα στραφείς, « Πολλῶν αἱρέσεων, » ἔφησεν, « ὦ θειότατε βασιλεῦ, οὐσῶν, ἃς πάλαι τεθνηκυίας ἀναβιῶναι πέπραχεν οὗτος ἀρτίως καὶ ἃς οὔπω φανείσας ἐξεῦρε, σύμμαχον ἔχων τὴν δυναστεύουσαν χεῖρα, ὁ τῆς πολυθεΐας, οἶμαι, λόγος ἀρκέσει τῇ παρούσῃ σκιαγραφίᾳ. Θέλων γὰρ καταλῦσαι τὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου δόγμα, καὶ ἅμα πολυθεΐαν εἰσαγαγεῖν, ἐνέργειαν εἶναι κηρύττει θεότητα ὑφειμένην ἄκτιστον καὶ ἀνούσιον καὶ διάφορον παντάπασι τῆς θείας ἐκείνης καὶ μακαρίας
D οὐσίας, καὶ σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς ὁρατὴν καθ' αὑτήν, ἐνεργοῦσαν μὲν τὰ πάντα αὐτήν, ἐνεργουμένην δ' αὐτὴν ὑπὸ τῆς ὑπερκειμένης οὐσίας ἅμα, καὶ κινουμένην καθάπερ ὁποῖα τῶν ὀργάνων κινεῖ κινούμενα. Εἶτα τὴν μίαν ἐνέργειαν εἰς πολλάς, μᾶλλον δ' ἀπειράκις ἀπείρους διελών, ὡς γένος εἰς εἴδη διάφορα, γενικῷ μὲν ὀνόματι πάσας ἐνεργείας καλεῖ, ἰδίᾳ δ' αὖ καὶ καθ' ἕκαστα δύναμιν, ζωήν, βασιλείαν, σοφίαν, ἐξουσίαν, φῶς, ἀλήθειαν. Καὶ ἁπλῶς ὁπόσα θεοπρεπῆ τῶν ὀνομάτων καὶ νοημάτων, εἰ καὶ ἐκ διαφόρων ἀρχῶν λαμβάνει τὴν ἐτυμολογίαν ἕκαστον, ἀλλ' οὖν ὁμοτίμως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα τῷ μηδέν τι παρὰ τὴν τοῦ ὑποκειμένου διαφωνεῖν σημασίαν, θεότητας πάντα καθάπαξ αὐτὸς καλεῖ διαφόρους καὶ ἀκτίστους. Ἐγκαλούμενος οὖν πρὸς

τῶν συνετωτέρων πολλάκις, ὡς ἅπερ πάλαι Μάρκελλος ὁ Γαλάτης καὶ Φωτεινὸς καὶ Εὐνόμιος διαφόρως ἀλλήλοις εἰπόντες ἐπ' ἴσης κατὰ τῆς εὐσεβείας ἐῤῥάγησάν τε καὶ ἔπνευσαν, ταῦτα πάντα συλλήβδην κηρύττει νῦν οὑτοσὶ καθάπερ εἰς ἕνα συντήξας κρατῆρα κακίας, σχολιὰς ποιεῖται τὰς ἀποκρίσεις, ἐξ ἑτέρου πρὸς ἕτερον μεταβαίνων, καὶ πάντας δυσσεβεῖς νικῶν [f. 134 v.] ταῖς ἐπὶ τὸ μεῖζον τοῦ κακοῦ προσθήκαις. Καὶ δέον τοῦ ὑπερβάλλοντος ἕνεκα ἐγκαλύπτεσθαι, ὁ δὲ τοὐναντίον διαφυγῆς πορίζεται πρόφασιν τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ταύτην παράλλαξιν, καὶ οὐδενὶ συμφωνεῖν διατείνεται, ὅμοιον ποιῶν ὥσπερ ἂν εἴ τις κλοπῆς ἐγκαλούμενος, ὁ δὲ τὸ μὲν κλέπτης εἶναι ἀπηγόρευεν, ἱερόσυλος δ' εἶναι καὶ ἀνδραφόνος ἐτίθετο, μὴ εἰδὼς πολλαπλάσιον ἔχειν τὴν τιμωρίαν τὸν ἀνδροφόνον καὶ ἱερόσυλον ἢ τὸν ἰδιωτικὰ χρήματα κεκλοφότα. Ὅμως εἰπάτω νῦν ποῦ τῆς ἱερᾶς τῶν ἁγίων Γραφῆς εὑρίσκει ῥητῶς πολλὰς ἀκτίστους θεότητας καὶ διαφόρους τῆς θείας ἐκείνης οὐσίας, καθάπερ ἐγὼ νῦν κομίζω μάρτυρας τούτους ἓν μόνον τὸ ἄκτιστον τὴν θείαν καὶ τρισυπόστατον λέγοντας φύσιν, τὰ δ' ἄλλα πάντα καὶ μετ' αὐτὴν κτιστά. Ἐξ ὧν αὐτό τε τοῦτο μαθεῖν ἔστιν ὅτι ἓν τὸ ἄκτιστον καὶ οὐ πολλά, καὶ ἅμα ὅτι οὐσίαν καὶ οὐσιῶδες καὶ ἐνούσιον καὶ φύσιν καὶ φυσικὸν καὶ ἔμφυτον ἐπὶ Θεοῦ λεγόμενα ἁπλῆν ἔχει τὴν σημασίαν καὶ μοναδικὴν καὶ μηδὲν μηδαμῇ παραλλάττουσαν τῷ τῆς οὐσίας καὶ φύσεως λόγῳ πλὴν τῇ προφορᾷ τῆς λέξεως. Λέγεται μὲν γὰρ κἀν τοῖς συνθέτοις ταῦτα καὶ κτιστοῖς, ἀλλ' οὐ κατὰ τὸν ἀναγκαῖον τὸν δ' αὐτοῖς ἐνδεχόμενον τρόπον, ᾧ τὸ εἶναι καὶ μὴ εἶναι ἕπεται ἐνίοτε. Καὶ πρῶτος μὲν ὁ μέγας φησὶν Ἀθανάσιος, « Ἄκτιστος πέφυκε μόνη ἡ ἁγία Τριάς, ἀΐδιός τε καὶ ἄτρεπτος καὶ ἀναλλοίωτος. » Καὶ αὖθις ὁ αὐτός, « Ἀκτίστῳ προσάγειν αὔξησιν ἀσεβές ἐστι. » Καὶ ἔτι, « Τὸ γὰρ ἄκτιστον τῇ φύσει λέγεται ἄκτιστον, μήτε αὔξησιν μήτε ἐλάττωσιν ἐπιδεχόμενον. » Καὶ μετ' ὀλίγον, « Ἄκτιστος ὕπαρξις μόνη ἡ τῆς θεότητος νοεῖται. » Καὶ ἔτι, « Ἄκτιστος μόνη πέφυκεν ἡ ἁγία Τριὰς τῆς θεότητος. » « Δεύτερον Θεὸν οὔπω καὶ τήμερον ἀκηκόαμεν. Ὅσα ἔχει ὁ Πατήρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱός, τὸ Ὕψιστος, τὸ βασιλεύς, τὸ Κύριος, τὸ παντοκράτωρ. Ὁ γὰρ κατὰ φύσιν ταῦτα καὶ ἄκτιστος. » « Ἄκτιστον καὶ ἀσώματον καὶ φύσει ἀόρατον μόνον τὸ Θεῖόν ἐστι. » « Μόνη τῆς κτίσεως ὑπέρκειται ἡ θεία τε καὶ ἄκτιστος φύσις τοῦ Θεοῦ. » Καὶ τῆς μὲν ἀκτίστου φύσεως τὴν ἁγίαν Τριάδα διωρισάμεθα εἶναι, τῆς δὲ κτιστῆς πάντα ὅσα μετ' ἐκείνην λέγεταί τε καὶ ἔστι καὶ ὀνομάζεται. [f. 135 r.] Ἀκτίστου πρὸς ἄκτιστον οὐκ ἄν τις ἐννοήσειε διαφοράν. Μόνη δὲ ἡ ἄκτιστος φύσις ἡ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι πιστευομένη κρείττων ἐστὶ πάσης ὀνομαστικῆς σημασίας. Ἄκτιστον δὲ πλὴν τῆς θείας φύσεώς ἐστιν οὐδέν. Ἀλλ' εἰ Θεός, πάντως καὶ ἄκτιστος· εἰ δὲ κτιστός, οὐ Θεός. Ἐν τῇ ἀκτίστῳ φύσει νοεῖται τὰ θαυμαστὰ πράγματα καὶ ὀνόματα, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Πᾶν τὸ

A prudentioribus sæpenumero, ut ea, quibus olim Marcellus Galata et Photinus et Eunomius, quamvis inter se dissentientes, æque contra religionem proruperunt et conspirarunt, omnia hæc simul contendit nunc iste, quasi in unam miscens crateram pravitatis, et insidiosas reddit responsiones, ex alio ad aliud transgressus, et omnes impios superans mole majoris pravitatis, et cum necesse sit propter victorem latebras quærere, ille contra perfugii sibi comparat speciem, hanc mutationem factam in deteriorem partem, neque cum quoquam colloqui studet: æque ac si quis de furto appellatus, furem se esse negaret, sacrilegum autem et parricidam concederet, ignorans multo majore affici pœna parricidam et sacrilegum, quam B res privatas furatum. Tamen dicito nunc, ubi in sacra sanctorum Scriptura aperte reperiat multas divinitates increatas et diversas ab essentia illa divina, sicut ego testes hos nunc affero, qui unum tantum esse increatum dicunt, divinam nimirum et ter suppositam naturam: cætera autem omnia etiam post eam creata, ex quibus id **275** ipsum intelligi potest unum esse increatum, neque vero multa, deinde cum essentiam et essentiale et substantiale et naturam et naturale et innatum de Deo prædicamus, hæc simplicem vim habere et unicam, neque ullo omnino modo differentem ab essentiæ et naturæ notione, nisi nominis pronuntiatione. Prædicantur enim etiam de compositis C hæc et creatis, non autem necessario, sed iis convenienti modo, quocum congruit interdum quod est et quod non est. Atque primus quidem magnus ille Athanasius, « Increata, inquit, est sola sancta Trinitas: et æterna et immota et immutabilis. » Et rursus idem, « Increato attribuere accessionem nefas est, » et porro: « Increatum enim natura sua dicitur increatum neque accessionem neque minutionem patiens, » et brevi post: « Increata essentia sola putatur numinis divini, » et porro, « Increata sola facta est sancta Trinitas Dei. Alterum Deum nondum etiam hodie audivimus. Quæcunque Patri sunt, eadem etiam Filio, est enim altissimus, Rex, Dominus, Omnipotens: nam natura sua his præditus est et increatus. Increatum et sine corpore et D natura invisibile solum est numen divinum. Sola creationem excedit divina et increata **276** Dei natura. » Et increatæ quidem naturæ sanctam Trinitatem esse definiendo constituimus: creatæ autem omnia, quæ post eam et dicuntur et sunt et vocantur. Increati præ increato nemo, puto, cogitare potest distinctionem. Sola increata natura, quæ quidem Patris et Filii et Spiritus sancti creditur, præstantior est omni significatione nominum. Increatum nisi natura divina est nihil. Sed si Deus est, omnino idem est increatus: sin autem creatus, non est Deus. In natura increata esse creduntur miræ res miraque nomina, Pater et Filius et Spiritus sanctus. Omne creatum naturæ divinæ expers esse credere edocti sumus, solam autem increatam

naturam venerari et colere, cujus signum est et indicium hoc, ut esse neque incipiat neque desinat. Omnia facit et prospicit et continet Deus, solus increatus, qui quidem in Patre et Filio et Spiritu sancto laudatur et celebratur. Omne quod est aut creatum est aut increatum : quodsi creatum, ab alio plane est creatum : sin autem increatum, hoc sine dubio illud est, quod creata creavit. Hoc autem quid aliud esse potest quam Deus? Sola Trinitas est immutabilis, cætera autem ex ea mutata sunt : sola est æterna et increata Trinitas et non genita. Unum est quod in essentia una Trinitatem facit integram, cætera autem sunt genita et creata. Propterea enim et ipsi non adoramus, quæcunque inferiora sunt essentia Dei ; dicam nimirum tibi eadem de Spiritu, quæ de Filio : abundantia **277** Dei Deo aut major est, aut par, aut minor, atque major quidem non est, nihil enim Deo majus, neque minor est, nam tum poneres in creatorum numero eam ; quod enim Deo minus, id est creatum. Creatorem et increatum exsistere uni tantum Deo est concessum. His adjiciatur dictum divini Cosmæ venerabilis vatis, omnes fideles convocatæ celso edicto increatæ et innatæ Dei sapientiæ. Dicentur autem a nobis in progressu etiam ea quæ similia sunt.

V. Sed Palamas cum non posset ullum proferre scriptum testimonium, suo periculo conabatur argumentari, quæ omni argumento carerent, suas inauditas sententias statuendo. Et quis, inquit, ignorat, unum increatum esse, Deum? Hoc significat ille dicens, nihil esse increatum nisi naturam divinam. Quodsi hoc non ita sentiemus, etiam divinas substantias non dicemus increatas, quia substantia non est natura. Etenim si ex nobis quæratur, quid sit essentia, hominem monstramus fortasse aut lapidem, et hoc modo essentiam cum omnibus, quæ ei insunt, rebus naturalibus commiscemus. Etenim etiam divinum Athanasium dixisse ferunt : Sanctum, bonum, increatum, inexplicitum, incorporeum, temporis distinctione carens, æternum, creans, justum, initio et fine carens, non investigatum, infinitum, ignotum, **278** voluntas, vis, providentia, sapientia, vita, taliaque, non singillatim vocatur essentia, sed ea quæ ex duobus et pluribus ad unum referuntur, quæ et compositio et expletio divinitatis vocantur, et præterea dicere contendit etiam Joannem Damascenum, aperte differre ab increata natura increatam hujus efficientiam. Et quid opus est, omnia ordine narrare, quæ aliis alia addens ille mentitus est, cum omnium sanctorum aperte irrideret et calumniaretur libros divinos? Unum quidem, dixit ei Gregoras. Sit tibi hoc lemma opprobrio ab initio. Est enim deprehensa majestas tua in ipso furto, egregie Palamas, nullum habens

A κτιστὸν ἔξω τῆς θείας φύσεως νοεῖν ἐπαιδεύθημεν. μόνην δὲ τὴν ἄκτιστον φύσιν σεβάζεσθαί τε καὶ λατρεύειν ἧς χαρακτὴρ ἐστι καὶ γνώρισμα τὸ μήτε ἄρχεσθαι τοῦ εἶναί ποτε μήτε παύεσθαι. Πάντων (1) ποιητὴς καὶ προνοητὴς καὶ συνοχεὺς ὁ Θεός ἐστιν, ὁ μόνος ἄκτιστος, ὁ ἐν Πατρὶ καὶ Υἱῷ καὶ ἁγίῳ Πνεύματι ὑμνούμενός τε καὶ δοξαζόμενος. Πᾶν ὂν ἢ κτιστόν ἐστιν ἢ ἄκτιστον. Καὶ εἰ μὲν κτιστὸν, ὑφ' ἑτέρου πάντως ἐκτίσθη· εἰ δὲ ἄκτιστον, τοῦτ' ἂν εἴη τὸ τὰ κτιστὰ κτίσαν. Τοῦτο δὲ τί ἄλλο ἂν εἴη ἢ Θεός; Μία Τριὰς ἀπαράλλακτος, τὰ δ' ἄλλα ἐξ αὐτῆς παρηλλαγμένα. Μόνη δὲ ἀΐδιος καὶ ἄκτιστος ἡ Τριὰς καὶ ἀγέννητος. Ἕν ἐστι τὸ ποιοῦν ἐν μιᾷ οὐσίᾳ Τριάδος τελείας, τὰ δ' ἄλλα γεννητὰ καὶ κτιστά. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αὐτοὶ οὐ προσκυνοῦμεν B πᾶν τὸ ὑποβεβηκὸς τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ. Ἐρῶ γάρ σοι καὶ περὶ τοῦ Πνεύματος ὅπερ καὶ περὶ τοῦ Υἱοῦ ἔλεγον, ὅτι ὁ πλοῦτος τοῦ Θεοῦ ἢ μείζων ἐστὶν ἢ ἴσος ἢ ἐλάττων. Καὶ μείζων μὲν οὐκ ἔστιν, οὐδὲν γὰρ τοῦ Θεοῦ μεῖζον· ἐλάττων δὲ οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ θήσεις αὐτὸν μετὰ τῶν κτισμάτων· τὸ γὰρ ἔλαττον τοῦ Θεοῦ κτίσμα. Τὸ ἄκτιστον καὶ κτίστην νοεῖσθαι ἑνὶ μόνῳ πρόσεστι τῷ Θεῷ. Τούτοις προσκείσθω καὶ τὸ τοῦ θείου Κοσμᾶ τοῦ σεμνοῦ μελῳδοῦ. Ἀκουσθῶμεν πάντες οἱ πιστοὶ συγκαλουμένης ὑψηλῷ κηρύγματι τῆς ἀκτίστου καὶ ἐμφύτου σοφίας Θεοῦ. Εἰρήσεται δὲ προϊοῦσιν ἡμῖν καὶ τὰ παραπλήσια.

Ε'. Ὁ δὲ Παλαμᾶς οὐκ ἔχων οὐδεμίαν προάγειν C γραφικὴν μαρτυρίαν, οἴκοθεν ἐπεχείρει συλλογίζεσθαι τὰ ἀσυλλόγιστα, θέσεις καινοφανεῖς τιθέμενος ἑαυτοῦ. « Καὶ τίς οὐκ οἶδε, » φησὶν, « ὅτι ἓν ἄκτιστόν ἐστιν ὁ Θεός; » Τοῦτο γοῦν ἐστιν ὅ φησιν ὁ λέγων μηδὲν εἶναι ἄκτιστον πλὴν τῆς θείας φύσεως. Εἰ δὲ μὴ οὕτω τοῦτο νοήσωμεν, λοιπὸν τὰς θείας ὑποστάσεις οὐκ ἐροῦμεν ἀκτίστους, ἐπεὶ μὴ ἔστι φύσις ἡ ὑπόστασις· καὶ γὰρ ἀπαιτούμενοι τί ἐστιν οὐσία, τὸν ἄνθρωπον δείκνυμεν τυχὸν ἢ τὸν λίθον, τηνικαῦτα [f. 135 v.] τὴν οὐσίαν μετὰ τῶν φυσικῶν περὶ αὐτὴν πάντων συλλαμβάνοντες. Καὶ γὰρ καὶ Ἀθανασίου τοῦ θείου λέγοντος ἀκούομεν, τὸ ἅγιον, τὸ ἀγαθὸν, τὸ ἄκτιστον, τὸ ἀνερμήνευτον, τὸ ἀσώματον, τὸ ἄχρονον, τὸ ἀΐδιον, τὸ δημιουργικὸν, τὸ δίκαιον, τὸ ἄναρχον, τὸ ἀτελεύτητον, τὸ D ἀνεξιχνίαστον, τὸ ἄπειρον, τὸ ἄγνωστον, ἡ θέλησις, ἡ δύναμις, ἡ πρόνοια, ἡ σοφία, ἡ ζωὴ καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐχ ἕκαστον οὐσία λέγεται, ἀλλὰ περὶ τὴν οὐσίαν, ὡς ἐκ δύο καὶ πλειόνων ἐπὶ ἓν ἔχοντα τὴν ἀναφορὰν ἃ καὶ ἄθροισμα καὶ πλήρωμα θεότητος λέγεται. Καὶ ἐπὶ τούτοις ἔφασκε λέγειν καὶ τὸν Δαμασκηνὸν Ἰωάννην φανερῶς τῆς ἀκτίστου φύσεως τὴν ἄκτιστον διαφέρειν ταύτης ἐνέργειαν. Καὶ τί δεῖ λέγειν ἅπανθ' ἑξῆς ὁπόσα ἐφ' ἑτέροις ἕτερα συνείρων ἐκεῖνος ἐπ' ἴσης κατεψεύδετο πάντων ἁγίων, βωμολοχῶν ἄντικρυς καὶ διαβάλλων τὰς θείας Γραφάς; Ἓν μὲν οὖν, ἔφησε πρὸς αὐτὸν ὁ Γρηγορᾶς, κείσθω σοι τοῦτο λῆμμα πρὸς κατηγορίαν καὶ

(1) Τοῦ Δαμασκηνοῦ.

πρῶτον. Ἑάλω γάρ σου ἡ σεμνότης ἐπ' αὐτοφώρῳ, καλὲ Παλαμᾶ, μηδεμίαν ἔχουσα πρὸς τῆς θείας Γραφῆς συμμαχίαν πρὸς τὸ δεῖξαι ὅτι οὐχ ἓν, ἀλλὰ πολλὰ τὰ ἄκτιστα. Ὃ δὴ κράτιστον ἐφόδιον παντὶ ὅτῳ ἂν πρὸς βουλήσεως ᾖ κατὰ σοῦ τοξεύειν, γραφικῆς ἐρήμου πάσης βοηθείας, ἑλομένου τὴν κατὰ τῆς εὐσεβείας παράταξιν. Οὐ γὰρ ἂν εἶεν ἑαυταῖς αἱ Γραφαὶ μαχόμεναι, εἴ τις μετ' ἐπιστήμης ἁρμοττούσης αὐταῖς ὁρῴη· ὡς κατ' αὐτό γε τοῦτο ἑαυτῷ κληροῦχον αἰσχύνης καθίστασθαί σε ἅτε μήτε μηδεμίαν ἀπόδειξιν ἔχοντα γραφικὴν ὑπέρ τε σαυτοῦ καὶ ἃ καινοφωνῶν ἐξ ἰδίας ἔπνευσας γαστρὸς, μήτε μηδεμιᾷ χρώμενον ἐπιστημονικῇ μεθόδῳ, ἀλλ' αὐτονομίᾳ τινὶ μεθυούσῃ φάναι καὶ ἀστατούσῃ φερόμενόν τε συχνὰ καὶ μεταῤῥιπιζόμενον ἐξ ἀνεδράστου βάσεως εἰς ἀνέδραστον βάσιν. Ὅρους γὰρ καὶ κανόνας ἐπιστημονικῶν ἀποδείξεων ἐν τοῖς θεολογικοῖς δόγμασι τοὺς ἀποφαντικοὺς τῶν σοφῶν διδασκάλων τῆς Ἐκκλησίας λόγους εἶναι καλῶς ἐδιδάχθημεν. Ὁ τοίνυν μὴ τοῖς τοιούτοις ἑπόμενος ὅροις, ὅθεν ἕξει πιστώσασθαι ἔχειν εὐσέβειαν, οὐκ ἂν ἔχοι.

A e Scriptura divina auxilium ad demonstrandum, non unum, sed multa esse increata, quod quidem maximum est adjumentum cuique, cui in animo sit, in te invehi, qui omni librorum auxilio destitutus pugnam contra pietatem eligis. Neque enim secum pugnant libri, si quis doctrina apta præditus eos inspiciat, itaque hac ipsa in re tibi ipsi sortitus ignominiam adstas, qui neque documentum habeas ullum librorum tibi et iis, quæ nova e ventre tuo exhalasti, neque utaris ulla ratione ad litteras pertinente: sed cupiditate quadam ebria dicendi multa et inconstanti ducaris et ex instabili gressu abripiaris in **279** gressum instabilem. Definitiones enim et regulas demonstrationum ad litteras pertinentium in dogmatis theologicis esse B dogmaticas sapientum Ecclesiæ magistrorum sententias bene edocti sumus. Qui igitur tales definitiones non sequitur, is non habebit unde probet nobis pietatem suam.

ϛʹ. Καὶ πρῶτον μὲν τοῦτο τιθέσθω τῆς σῆς ἀσεβείας ἐνδεικτικὸν, δεύτερον δ' ὅτι ἓν τὸ ἄκτιστον τὴν θείαν εἶναι φύσιν εἰπόντων ἡμῶν, καὶ πολλῶν πολλὰς ἁγίων Γραφὰς ὀνόμασί τε καὶ νοήμασιν ὁμοφώνους [f. 136 r] προενεγκόντων εἰς ἐναργῆ καὶ ἀναντίῤῥητον ἀπόδειξιν τῆς προτεθείσης σκέψεως, οὐ μόνον οὐδεμίαν αὐτὸς ἀντίθεσιν εὑρεῖν ἐδυνήθης, οὐδὲ δεῖξαι τῶν πάντων ἁγίων ὀντιναοῦν πλείω τοῦ ἑνὸς εἶναι τὰ ἄκτιστα λέγοντα, ἀλλὰ καὶ τοὺς λέγοντας παραλογίζῃ καὶ ἀθετεῖς, καὶ τὴν ἀπολογίαν ὕπουλον προβάλλεις, ἐπειγόμενος μὲν λαθεῖν, οὐ δυνάμενος δέ. Καὶ γὰρ πρῶτον μὲν ἑάλως ἐνταῦθα μὴ μόνον ἐξ ὑποθέσεως ἀνυποστάτου λαμβάνων καὶ τιθεὶς οἴκοθεν (1) αὐτὸς, ὅπερ ἀσθενείας ἐσχάτης ἐνδεικτικὸν, ἀλλὰ καὶ μετὰ ἄρθρου τῆς ζητήσεως οὔσης δεῖξαι τὸ ἄκτιστον ὅτι ἐστὶν ἓν, ἄρθρου χωρὶς αὐτὸς ἀνθυπήνεγκας, λέγων, Τίς οὐκ οἶδεν ὅτι ἓν ἄκτιστόν ἐστιν ὁ Θεός; Καὶ βεβαιοῖς διὰ τῆς σῆς τοιαύτης ἀποκρίσεως δυοῖν θάτερον, ἢ ὅτι πολλὰς καὶ ἀπείρους καὶ ὑφειμένας καὶ διαφόρους δοξάζων θεότητας ἀκτίστους ὥσπερ ἰδέαν τινὰ τὸ Θεὸς εἶναι λέγεις ὄνομα ἄκτιστον καὶ θεότητα πρὸς διαφόρους θεότητας μεριζόμενον ἀπειράκις ἀπείρως ὑπερκειμένας καὶ ὑφειμένας, ὥσπερ τὸ καθόλου ζῶον εἰς διάφορα τὴν φύσιν εἴδη, λογικά τε καὶ ἄλογα, ἔνυδρά τε καὶ ἄνυδρα, χερσαῖά τε καὶ αἰθέρια, οὐκ εἰδὼς ὅτι τὸ Θεῖον ἁπλοῦν ὂν καὶ ἀσώματον ἀμερὲς ἐξ ἀνάγκης ἐστὶ, καὶ οὐδὲ πολλὰ μογήσας τις δεῖξαι δυνηθείη ἂν οὔτ' εἰς τὸ ὑφειμένον οὔτ' εἰς τὸ ὑπερκείμενον μεριζομένην τὴν μόνην ἐκείνην ἄκτιστον καὶ πάντῃ ἀμέριστον οὐσίαν τε καὶ θεότητα· ἢ τό γε δεύτερον, πολλῶν ὑπὸ σοῦ δοξαζομένων ἀκτίστων θεῶν καὶ θεοτήτων, ἕνα τῶν πολλῶν εἶναι λέγεις καὶ τὸν ἡμῖν δοξαζόμενον ποιητὴν τοῦ παντός. Καὶ ἔστιν ἀμφοῖν οὐδέτερον ἀσεβείας ὑπερβολὴν παραλεῖπον.

VI. Atque hoc primum esto impietatis tuæ documentum. Deinde cum unum increatum esse naturam divinam diceremus et multorum sanctorum multos libros verbis et cogitatis consentientes proferremus ad manifestam et irrefutabilem probationem quæstionis propositæ, non modo nullam ipse oppositionem invenire potuisti, neque ostendere omnium sanctorum quemquam qui plura quam unum esse increata diceret, sed etiam eos qui hoc dicunt, argumentando corrumpis et contemnis, et defen- C sionem fraudulentam profers, cum coactus sis latere, sed non possis. Etenim primum deprehensus es hic non modo ex opinione vana assumens et proponens, id quod extremæ imbecillitatis est documentum, sed etiam, cum agatur « increatum » cum articulo conjunctum, ut nimirum ostendatur, increatum esse unum, tu articulo neglecto ipse objecisti hæc : Quis ignorat, unum increatum esse Deum? Et affirmas tali responsione alterutrum : aut enim et infinitas et submissas et diversas credens esse **280** Deitates increatas tanquam genus quoddam contendis Deum esse nomen increatum et divinitatem divisum sexcenties in diversas divinitates impositas et submissas, sicut animal in universum in diversas quod ad naturam D attinet species, animalia nimirum ratione prædita et destituta, in aqua viventia et aquarum expertia, terrestria et in aere viventia : ignorans, numen divinum, quia simplex est et incorporeum, necessario esse individuum, neque in suppositum neque in impositum dividi solam illam increatam et omnino individuam essentiam et divinitatem, multum elaborando quisquam demonstrare possit : aut, id quod alterum est, cum multos credas increatos deos et deitates, unum ex his multis esse affirmas etiam illum, qui nobis creditur mundi universi Creator, quorum neutrum multum abest a summa impietate.

(1) Οἴκοθεν αὐτὸς Boivinus : evanuerunt litteræ κοθεν αὐ.

VII. Tertio loco deprehensus es opinans substantias divinas essentia carere, ut etiam sæpenumero jam antea, ita ut substantiæ tibi videantur non substare. Quod enim essentia caret, substantiæ etiam est expers, et sequitur, ut, si illas quoque divinitates essentia carentes in numerum infinitum divinitatum increaturam dividas, substantias eodem modo esse divisas opineris : et quod sæpe scribens deprehensus es, non solum trium substantiarum, esse naturam divinam, sed **281** etiam multarum, illud hic quoque ausus est dicere, cum et substantias essentiæ et divinitates substantiæ expertas venereris.

VIII. Quartum cum et homine et lapide exemplis utaris et contendas, essentiam comprehendi cum iis, quæ in ea cernantur naturali modo, deprehensus es porro credens accidentium quoque comprehensionem esse illam essentiam divinam, velut in lapide a te jactato, qui gravitatem, frigus, colorem, longitudinem, latitudinem, altitudinemque et quæcunque ejusmodi cogitari possunt, continet, id quod etiam pejus est stultitia priore.

IX. Porro quintum stultum illud, quo etiam confirmas ignorantiam tuam et multorum doctrinam deorum perversione dictorum Athanasii magni. Ad unum enim ille dicit referri illa tot nomina, nimirum ad essentiam. Tu autem imprudens contra te attulisti quem pro te allaturus eras. Tam rudis es et valde incultus. Deinde et materiem et expletionem divinitatis hæc ipse nominat, non tamen divinitatum, quæ ab essentia, ut tu vis, et inter se differant. Quomodo enim talia dicere possit, qui ad unum illa referri dicit, nimirum ad essentiam ?

X. Est autem præterea sextum absurdum illud, quod divinum quoque criminaris Damascenum, quod et ipsum planius a nobis postea dicetur. Demonstrabitur enim, significare et differre non esse idem, **282** etiamsi tu vociferando rumparis, qui remotissima misceas et dicere divinum illum crimineris virum ab increata natura differre increatam ejus efficientiam. Neque enim quisquam omnium in illius scriptis, quamvis multum inquisierit, vix neque magnum omnium neque minimorum quidem quidquam simile inveniat unquam iis quæ nunc a te, Palama, obtrectatore detestato et insidioso inventa et prolata sunt. Deinde alterutrum quidem, aut enim non invitus falso criminaris, aut invitus illa ignoras, et illiteratus es, ut videtur, adhuc, et primorum sapientiæ elementorum omnino ignarus, quorum illud insanabile, hoc semimiserum (dimidio melius) et sanabile est : si igitur et ipse vis, hoc delige. Alterutrum enim me visurum esse spero optoque, aut te volente reditum tuum, aut te nolente interitum tuum ; alterum enim te liberabit a pernicie æterna, alterum etiam cæteros a damno. Quomodo igitur persuadere conabimur tali eoque jam ætatis provecto viro, aut omnino quomodo non desperandum erit de utili exitu prospectus neque vana fiet opera? Tamen volo ple-

Ζ'. Τρίτον δὲ ὅτι καὶ τὰς θείας ὑποστάσεις ἀνουσίους εἶναι δοξάζων ἑάλως, ὥσπερ καὶ πολλάκις ἤδη πρότερον, ὡς γίνεσθαί σοι τὰς ὑποστάσεις ἀνυποστάτους. Τὸ γὰρ ἀνούσιον ἀνυπόστατον· καὶ λοιπὸν ὡς ὅταν καὶ τὰς ἀνουσίους ἐκείνας θεότητας εἰς ἄπειρον ἀριθμὸν θεοτήτων παραπέμπῃς ἀκτίστων, ὑποστάσεις εἶναι καὶ ταύτας δοξάζεις· καὶ ὃ πολλάκις ἑάλως γράφων, μὴ τρισυπόστατον εἶναι μόνον τὴν θείαν φύσιν, ἀλλὰ καὶ πολυυπόστατον, τοῦτο κἀνταῦθα τετόλμηκας, ὑποστάσεις μὲν ἀνουσίους, θεότητας δ' ἀνυποστάτους σέβων.

Η'. Τέταρτον δὲ ὅτι καὶ τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν λίθον εἰς ὑπόδειγμα φέρων, καὶ ὁριζόμενος οὐσίαν εἶναι μετὰ τῶν φυσικῶς περὶ αὐτὴν ὁρωμένων συλλαμβανομένην, ἑάλως ἔτι καὶ συμβεβηκότων σύλληψιν εἶναι νομίζων [f. 136 v.] τὴν θείαν ἐκείνην οὐσίαν ὥσπερ ἐπὶ τοῦ προβληθέντος σοι λίθου, βάρος, ψυχρότητα, χρῶμα, μῆκος, πλάτος καὶ βάθος, καὶ ὅσα τοιαῦτα νοεῖν ἔχει τις, ἔχοντος. Ὃ καὶ τοῦ προτέρου χεῖρον εἰς ἀτοπίαν.

Θ'. Καὶ πέμπτον ἄτοπον, ὅτι καὶ βεβαιοῖς τὴν σὴν ἀμαθίαν καὶ πολυθεΐαν διὰ τῆς πρὸς τὸν μέγαν Ἀθανάσιον συκοφαντίας. Ἐπὶ γὰρ ἓν ἐκεῖνος ἔχειν φησὶ τὴν ἀναφορὰν τὰ οὕτω πολλὰ τῶν ὀνομάτων ἐκείνων, εἴτουν τὴν οὐσίαν· σὺ δ' οὐκ ᾔσθου κατὰ σεαυτοῦ κομίζων ὃν ὑπὲρ σεαυτοῦ κεκόμικας· οὕτως ἀμαθὴς εἶ καὶ μάλα ἀγροῖκος. Εἶτα καὶ ἄθροισμα λέγει καὶ πλήρωμα θεότητος ταῦτα αὐτὸς, οὐ μὴν θεοτήτων τῆς οὐσίας διαφόρων κατὰ σὲ καὶ ἀλλήλων. Πῶς γὰρ ὃς ἐπὶ ἓν αὐτὰ τὴν ἀναφορὰν ἔχειν φησὶ, δηλαδὴ τὴν οὐσίαν ;

opiniones, et sæpenumero judicio nostræ gentis privatas, ac veluti transfigurare in degenerantes variosque colores, haud secus atque Pharius ille C Proteus. Non enim juxta eamdem sententiam omnes eis utuntur, sed ut singuli opinionem sortiti sunt aut perspicientiam: hi quidem accedunt integrum ac sincerum afferentes judicium, alii vero admodum flagitiosum, quippe quod circa consentanea et opportuna insano studio errat; nonnulli porro semivitiosum et in utramque partem vergens. Nec quis eorum, qui hoc vel illo modo affecti sunt, timorem perperam et inconcinne respondeat, et nos aspergat crimine atrocique injuria improbæ opinionis, et postea linguæ sibi multa arrogantes, ignobiles, petulcæ, et ad maleficium propensæ nos tumore sinistro apud vulgus onerent: et nos nullo scelere polluti præmium infaustum et hostile reportemus hujus honesti et egregii studii. Nihilominus D cum illis qui Indorum et Persarum in hunc nostrum auditum et sermonem transferunt sententiam, hi inculpati manent: hunc in modum et nos propter alienigenam gloriam candescentes, et ad dilucidiorem auditum trajicientes, latebimus omnino inculpati manentes, apud eos qui sunt e numero cordatorum elegantiumque hominum, et quorum nullatenus invidia præsidens concutit et agitat mentem. Postea etiam plures, ut opinor, semper æmulatores erunt, quibus perutilis hæc res videbitur. Quibus certe optima prompto alacrique animo nobis optantibus, nobis quidem Deus hujus operis quamdam dederit mercedem: sed obtrectatoribus, ut cum ipsis malis obtrectationibus male pereant.

Ἔσται δ' ἡμῖν τὸ τῆς ἐξηγήσεως, οὐ πρὸς ἐντελεστέρους μόνον γενόμενον, ἀλλ' ἤδη καὶ πρὸς ἀτελεστέρους τὴν γνῶσιν. Οἱ μὲν γὰρ τῷδε τῷ μέρει συνέσονται, οἱ δὲ τῷδε, οἱ δὲ ἑκατέροις, ὡς δύναμις ἑκάστῳ καὶ βούλησις. Περὶ μέν τοι ψυχῆς ὅ τι διέξεισι, καὶ τίσι μὲν συνῳδὰ φθέγγεται τῶν πάλαι σοφῶν, τίσι δ' ἀπᾴδοντα· καὶ τί μὲν οὗτος τὴν φαντασίαν εἶναί φησι, τί δὲ ἐκείνων ἕκαστος, καὶ ὅπη τοῦ σώματος τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς ἱστᾷ τὸν τρίποδα, δείκνυσι μὲν καὶ αὐτὸς πρὸς τὴν φιλόσοφον καὶ διδάσκαλον Ὑπατίαν, ὅτι πολλὰ τῶν μήπω φιλοσοφηθέντων Ἕλλησι προκεχείρισται. Δῆλον δ' οὖν καὶ ἡμεῖς κατ' αὐτήν γε ποιησόμεθα τὴν ἐξήγησιν· ἐπισημανούμεθα γὰρ ἕκαστα κατὰ χώραν ἑκάστων γενόμενοι. Σὺ δ' ὑπὲρ μὲν τῶν εὖ καὶ κατὰ γνώμην ἐχόντων χάριτας ἀπὸ γνώμης καὶ γλώττης ἀποδιδοὺς μὴ κατόκνει Θεῷ· ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλως ἐχόντων λαμπρὰν ἡμῖν τὴν μέμψιν. Τῶν μὲν γὰρ αὐτὸς χορηγὸς, τῶν δ' ἡμεῖς αἴτιοι.

Erit autem a nobis hæc explanatio non tantum in perfectiorum gratiam facta, sed jam propter intelligentiam eorum qui sunt minus idonei. Hi quidem hac in parte versabuntur, alii in alia, nonnulli autem in utraque, prout facultas et voluntas unicuique fuerit. Quæcunque porro de animo commemorat, cum quibusdam priscis sapientibus consentanea enumerat, cum quibusdam dissona discrepantiaque. Et quidnam proprie phantasiam esse ille dicat, quid vero eorum unusquisque: et in qua corporis parte, ejus quæ in somno est vaticinationis, statuat tripodem seu cortinam edendis oraculis idoneam, demonstrat quidem ipsemet ad sapientiæ studiosam et magistram Hypatiam, quod multa eorum quæ inter philosophandum excogitata nondum a Græcis fuerant, exposita traditaque essent. Conspicuum igitur etiam nos faciemus in ipsa explanatione. Ad hæc efficiemus ut singula innotescant et illustrentur, in singulorum statione degentes. Tu autem pro his quæ apposite et ex tui animi sententia constituta sunt, gratias animo et lingua reddere coram Deo ne torpescas: sed pro iis quæ aliter se habent, luculentam nobis expostulationem facito. Illorum enim ipse dux, princeps et choragus est: in his autem nos culpandi sumus.

—

ΑΡΧΗ ΕΡΜΗΝΕΙΑΣ.

Pag. 130*. *Εἰ δὲ εἰσιν ὕπνοι.* Ὥσπερ τὰ τῶν βασιλέων κειμήλια, καὶ ὁπόσα ἀνθρώποις ἱερά τε καὶ τίμια, ὑπὸ παραπετάσμασιν ἄλλα ἄλλοις καλύπτονται, ἵνα μήτε δήμοις ἀνοσίοις προκείμενα κιβδηλεύηται, μήτε περιφρονῆται· διὰ γὰρ τῆς χορηγίας ἄπονόν τε καὶ πρόχειρον· οὕτω καὶ ὅσα καθεύδουσι τοῖς ἀνθρώποις ὁρῶνται, ἐπεὶ θειοτέρα, φησὶ, καὶ προγνωστική τίς ἐστιν ὄψις, τοῦ φανταστικοῦ πνεύματος τῆς ψυχῆς τηνικαῦτα καθαρωτέρου καθισταμένου, διὰ τὸ ἀπηλλάχθαι πως τῶν σωματικῶν τε καὶ ὑλικῶν θορύβων, αἰνιγματωδῶς πως καὶ ταῦτα, καὶ ὥσπερ ὑπὸ παραπετάσματι δίδονται τοῖς ἀνθρώποις. Διὸ σοφὸν αὐτῶν φησι καὶ τὸ μὴ σαφές· βεβαιοῖ δὲ τοῦτο καὶ διὰ τῶν τοῦ Ἡσιόδου ἐπῶν. *Ἔκρυψαν γὰρ*, φησὶν, *οἱ θεοὶ τοῖς ἀνθρώποις τὸν ἄπονον βίον, καὶ πάντων καλῶν ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν.* Τὸ δὲ ἀπόνως τυγχάνειν τῶν ἀγαθῶν δῶρον εἶναί φησι θεῖον. Δίδοσθαι δὲ τοῦτο μὴ πάνυ πολλοῖς τισιν, ὅτι μὴ σφόδρα ὀλίγοις· οἷον σοφία μὲν πόνων χωρὶς ἐβραβεύθη τῷ Σολομῶντι· Σαμψὼν δὲ ἡ τοῦ σώματος ἀνυπέρβλητος ἰσχύς τε καὶ ῥώμη· καὶ αὖ, ὡς Ἕλληνες πείθουσι λόγοι, σοφία τις οὐ πάνυ τοι ἀγεννὴς ἧκε παρὰ τῆς ἄνω προνοίας καὶ Αἰσώπῳ τῷ Φρυγὶ, καὶ πρό γε τού-


—


INCIPIT EXPLANATIO.

Quod si somni sunt fatidici. Quemadmodum regum pretiosa munera, quæ propter valorem majoresve delicias reponuntur et asservantur, et quæcunque apud homines sacra, augusta et magnifacienda sunt, sub tapetis et aulæis alia aliis teguntur, ne profanæ ignaræque multitudini proposita corrumpantur et adulterentur, neque flocci-fiant: nam propter sumptus, id facile et in promptu positum est: ita quæcunque ab hominibus somno sepultis cernuntur, quandoquidem divinior ac præsciens quidam aspectus denuntiat, tunc phantastico animæ spiritu puriore pacato, propterea quod solutus est quodammodo corporeis atque materialibus crassisque tumultibus, ænigmatice et obscure quadam ratione etiam ista, tanquam sub velis, hominibus conceduntur. Eam ob rem sapiens et industrium est in ipsis (ut aiunt) etiam id quod non apertum est. Istud porro versibus Hesiodi confirmatur. *Occultarunt siquidem* (ait ipse) *dii hominibus lenem et facilem vitam, et ante omnia bona sudorem dii collocarunt.* Illud autem, nempe citra laborem bonorum compotem esse, munus divinum asserit esse; verum id non admodum multis concedi, imo valde paucis: veluti sapientia sine labore Solomoni pro præmio distributa est; Sampsoni vero corporis insuperabilis fortitudo roburque; ac rursum, ut liberales Græcorum disciplinæ tradunt et suadent, sapientia quædam non

* Paginæ sunt editionis Synesii Petavianæ, quas in nostra numeris grandioribus expressimus. Edit.

του Ἡσιόδῳ τε καὶ Ὁμήρῳ. Τὸ δὲ προφήτας εἶναι τοὺς ὕπνους, καὶ τὰ ὄναρ θεάματα σκιώδεις τινὰς εἰκασίας τῶν ἐσομένων, οὕτω τοι βέβαιόν τε καὶ ἀναντίῤῥητον ἥγηται ὁ σοφὸς οὗτος Συνέσιος, ὥστε καὶ εὐθὺς ἐκ προοιμίων ἀποδεικτικοῖς τισι χρῆσθαι συλλογισμοῖς βούλεται μὲν, διὰ δὲ μὴ καὶ τοὺς πλείστους ἔχειν αἱρεσιώτας πρὸς τοῦτο, τῷ συναπτικῷ τε καὶ οἱονεὶ διστατικῷ ἐνδέσμῳ κολάζει τὸ αὔθαδες τοῦ τολμήματος, μονονουχὶ λέγων, ὡς· Εἰ ταυτὰ δογματίζεις ἐμοὶ, ὅστις ποτὲ εἶ ὁ τῷ συγγράμματι τῷδε ἐντυγχάνων, καὶ δέχῃ ὡς οἵ τε A ὕπνοι προφῆταί εἰσι, καὶ τὰ ὄναρ θεάματα μελλόντων παρέχουσι πρόγνωσιν, εἰδέναι σε χρὴ καὶ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενον, ὅτι σοφοὶ μέν εἰσιν οἱ ὕπνοι, σαφεῖς δὲ οὐκ ἂν δήπου· καὶ ἐντεῦθεν συμπεραίνει καὶ τὸ μὴ σαφὲς εἶναι σοφὸν, ἐναντία λέγων τῷ Εὐριπίδῃ· ἐκεῖνος γὰρ ἐν τῷ τοῦ Ὀρέστου δράματι παράγει Μενέλαον λέγοντα, *Σοφὸν τὸ σαφὲς, οὐ τὸ μὴ σαφές.* Ἐσχημάτισεν οὖν τὸ προοίμιον, δι' ἣν ἔφαμεν αἰτίαν εἰς τύπον συλλογισμοῦ ὑποθετικοῦ.





PAG 131. *Βίον.* Τὸν ἄπονόν φησιν ἐνταῦθα.

Τῶν μεγίστων. Ἀγαθῶν.

Τῷ γνωστικῷ. Τῇ λογικῇ δυνάμει τῆς ψυχῆς.

Τὸ γινώσκειν. Οὐ γὰρ θύραθεν δεῖται ταύτης, ἀλλ' αὐτή ἐστι γνῶσις.

Ἀνθρώπῳ. Βοήθημα εἰς τὸ προορᾷν.

Ὁ γὰρ πολύς. Ὁ ἀγοραῖος ὄχλος.

Τὸ παρόν. Τὸ ἐνεστώς.

Τοῦ μήπω. Τοῦ μέλλοντος.

Γενομένου. Μετὰ ἀμφιβολίας.

Τῶν πανελλήνων. Τῶν ὅλων Ἑλλήνων, ὅσοι κατὰ τῆς Τροίας ἐστράτευσαν.

B *Πρό τ' ἐόντα.* Τὰ παρελθόντα.

Καὶ Ὁμήρῳ. Λέγει γὰρ ἐκεῖνος, ὅτι καὶ γενεῇ πρότερος ὁ Ζεύς.

Συντείνειν. Συντρέχειν.

Ἐπεὶ τό. Ἐν τούτῳ γὰρ ἔφησεν ἀνωτέρω διαφέρειν Θεόν τε ἀνθρώπου, καὶ ἄνθρωπον θηρίου.

Ἐπῶν. Ὁμηρικῶν καὶ αὐτῶν.

Φορτικῶς. Τοῦτ' ἔστιν ἰδιωτικῶς καὶ παχέως καὶ ἀμαθῶς.

Κατ' αὐτήν. Τὴν ποίησιν.

admodum ignobilis accessit a suprema cœlestique providentia Æsopo Phrygio, et ante hunc Hesiodo, necnon Homero. At somnos prophetas esse, et C spectra per quietem visa futurorum umbratiles quasdam similitudines, usque adeo firmum et sancitum, cuique nihil ex adverso opponi queat, arbitratur sapiens et industrius ille Synesius, ut statim a primordio demonstrativis quibusdam uti syllogismis velit; sed quia in hoc non multos habet sectatores, conjunctivo ac veluti separativo vinculo subigit ac temperat morositatem et contumaciam temeritatis, propemodum dicens: Quod si mihi in istis dogmatis assentiris, quisquis commercium habes cum hoc commentario, atque etiam admittis somnos prophetas et vaticiniorum interpretes esse, et quæ inter dormiendum cernuntur futurorum præscientiam exhibere: te quoque nosse D operæ pretium est ex necessitate id quod consequens, nimirum sapientes et industrios esse somnos, non utique dilucidos et apertos. Et hinc concludit, id quod minime conspicuum et obvium est, ingeniosum ac sapiens esse: Euripidi contradicens. Ille siquidem in Orestis fabula introducit Menelaum dicentem: *Id quod solers et argutum est, planum ac perspicuum esse, non autem quod obscurum.* Ergo formavit ac texuit procemium juxta id quod diximus argumentum in formulam syllogismi hypothetici.

Vitam. Hic laboris expertem dicit.

Maxima. Bona.

Cognoscendi virtute. Hoc est rationali potentia animæ.

Ad cognoscendum. Non enim extrinsecus hanc desiderat, sed ipsamet cognitio est.

Homini. Adjumentum ad perspiciendum.

Homo quippe vulgaris. Sordida turba.

Quod adest. Instans, et quod ante pedes est videt.

Nondum evenit. Futurum.

Conjectura. Cum ambiguitate.

Græcorum omnium. Universorum, quicunque in expeditionem Trojanam exiverunt.

Quæ fuerunt. Quæ transierunt et elapsa sunt.

Et apud Homerum. Inquit enim ille Jovem, quoad generationem, priorem et antiquiorem fuisse.

Pertinere. Convenire.

Quandoquidem. In hoc enim prius dixit Deum ab homine distingui, et hominem a bellua.

Versibus. Ipsis Homericis.

Insolenter. Hoc est, privato judicio, crasse et imperite.

In ea. Poesi.

Φιλοσοφίας. Καλῶς τοῦτο εἰρήκει. Καὶ γὰρ οἱ ποιηταὶ φιλόσοφοι ὄντες, ἔλαθον ποιηταὶ παρὰ πάντων καλούμενοι. Τοῖς γὰρ ἰατροῖς παραπλήσια δρῶντες καὶ αὐτοὶ, ἑαυτῶν φιλοσοφίας εἰς μύθους καὶ μέτρα καὶ μέλος ψυχαγωγοῦντα καταθέμενοι, τῆς ἐκεῖθεν ὠφελείας οὑτωσὶ τὸ πικρὸν συνεκάλυψαν· καθάπερ καὶ ἰατρῶν παῖδες τὴν τῶν λυσιτελούντων φαρμάκων ἀηδίαν μέλιτι κεραννύντες, πολλάκις συγκρύπτουσιν· ὡς εἶναι λοιπὸν συνετὰ μὲν τοῖς σοφοῖς, τοῖς δὲ βεβήλοις δημοτερπῆ μὲν, ἀσύνετα δέ. Εἰς οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐκλαμβάνουσι τὸν Δία ἢ εἰς νοῦν πρεσβύτατον καὶ ἀρχαιότατον, κἀντεῦθεν καὶ σοφώτατον· ὥσπερ καὶ τὴν Ἀθηνᾶν εἰς τὴν φρόνησιν, ἣν καὶ τῆς ἐκ τοῦ Διὸς κεφαλῆς γεννᾶσθαί φασιν. Ἀκολούθως οὖν καὶ ὁ σοφὸς οὗτος Συνέσιος ἐνταῦθ' εἰς νοῦν μὲν ἐκλαμβάνει τὸν Δία· εἰς ἰσχὺν δὲ αὐτοῦ τὴν σοφίαν· τὸ δὲ γενεῇ πρότερος εἰς τὴν ἀρχαιότητα, ἀφ' ἧς καὶ ἡ σοφία τοῖς ἔχουσιν ὡς τὰ πολλὰ περιγίνεται. Φησὶ δὲ καὶ Ἀναξαγόρας, ὅτι νοῦς ἐστιν ὁ διακοσμῶν τὰ πάντα καὶ πάντων αἴτιος· ὡς ἐντεῦθεν δείκνυσθαι, ὅτι καὶ οὗτος πρεσβύτερον καὶ τοῦδε τοῦ παντὸς δοξάζει τὸν νοῦν.

Ἡ νοῦς. Νόας, νοερὰς οὐσίας.

Ταύτῃ. Οὕτως, κατὰ τοιόνδε τὸν τρόπον.

Προσπερονᾷ. Οὕτω τοι αἱρεσιώτης τοῦ Πλάτωνός ἐστιν ὁ παρὼν οὗτος Συνέσιος, καὶ οὕτω τῆς ἐκείνου γλώττης ἐξήρτηται, ὥστε οὐ μόνον τῶν ἐκείνου δοξῶν τὰς πλείους ἐς ἄκρον ἐξεμελέτησεν, ὡς προϊόντες δείξομεν, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς πολλαχοῦ κέχρηται ταῖς ἐκείνου λέξεσι.

Καὶ τὸ *προσπερονᾷ* δὲ ἐκ τοῦ Πλάτωνος παρείληφει. Φησὶ γὰρ ἐκεῖνος ἐν τῷ Φαίδωνι, ὅτι ἑκάστη ἡδονὴ καὶ λύπη, ὥσπερ ἧλον ἔχουσα προσηλοῖ τὴν ψυχὴν πρὸς τὸ σῶμα, καὶ προσπερονᾷ, καὶ ποιεῖ σωματοειδῆ, δοξάζουσαν ταῦτα εἶναι ἀληθῆ, ἅπερ ἂν καὶ τὸ σῶμα φῇ.

Προσπερονᾷ. Προσηλοῖ καὶ συγκολλᾷ.

Τῷ κατ' ἀλκήν. Τοῦτ' ἔστι, τῷ κατὰ ἰσχὺν ὑπερφέρειν τῶν ἄλλων.

Ἀνακάμπτει. Συνάγεται, ἀνέρχεται, ὡς ἐπὶ κύκλου συμπεραίνεται.

Ὅτι. Διότι.

Αὗται μέν. Ταῦτα εἶπεν ἀποδείξεις εἶναι, ἤγουν τὸ τὴν γνῶσιν καὶ τὴν σοφίαν δύνασθαι προορᾷν τὰ ἐσόμενα, καὶ τὸ τὴν μαντείαν πραγματεύεσθαι περὶ ταῦτα.

Εἰ δὲ σημαίνει. Ἕλλην καὶ οὗτος τῇ δόξῃ ὢν, τὰ αὐτὰ ἐκείνοις διέξεισι, καί φησιν εἶναι τὸν κόσμον ἔμψυχον, καὶ λοιπὸν, Ὥσπερ, φησὶν, ἕκαστον τῶν ἐν τῷ κόσμῳ ζώων σύγκειται ἐκ μερῶν καὶ μελῶν, ἃ δὴ κοινωνίαν καὶ συγγένειαν ἔχουσι πρὸς ἄλληλα· οὕτω καὶ ὁ κόσμος ὁ ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν μεταξὺ συνιστάμενος, ζῷον ἔμψυχον ὤν,

Philosophiæ. Apposite istud dixit. Siquidem poetæ philosophi cum essent, latenter quod poetæ ab omnibus appellati sunt. Ipsi namque consimilia medicis facientes eorum philosophiam in fabulas, versus et modulationem ad animarum solatium litteris prodentes, eamque philosophandi rationem memoriæ mandantes, illius quæ inde procedit utilitatis ita amarulentam difficultatem obtexerunt, quemadmodum medicorum filii fructuosorum pharmacorum acerbitatem et molestiam melle temperantes crebro abscondunt: ut sapientibus reliquum sit solertes quidem et industrios esse, profanis vero ea supersint quæ plebi hilaritatem et oblectationem afferunt, cæterum intelligentiæ et reconditæ perspicacitatis expertia sunt. Nam in nullum alium sensum interpretantur Jovem, quam ad mentem natu maximam et antiquissimam, ac proinde sapientissimam: veluti Minervam ad prudentiam, quam etiam e Jovis cerebro natam perhibent. Consentanea igitur ratione sapiens ille Synesius hic ad mentem et intelligentiam refert Jovem: et ad fortitudinem ipsius sapientiam. Quod autem ætate prior sit, ad antiquitatem, per quam sapientia iis qui illam assecuti sunt suppetit, ut permulta alia. Dixit porro Anaxagoras mentem esse quæ omnia gubernat, et omnium bonorum causa est: ut inde demonstret, quod et ille antiquiorem esse, et hujus universi mentem opinatur.

Quam animos. Mentes, substantias et naturas intellectuales.

Hac ratione. Hunc in modum.

Annectit, vel *affigit*. Sic utique obfirmatus Platonis sectator est hic noster Synesius, et ita ab ejus lingua pendet, ut non modo complures ejus opiniones usque ad apicem et sublimitatem meditando consecutus sit, quemadmodum in ipso progressu enarrabimus, verum etiam ipsasmet illius dictiones passim adhibuerit.

Et illud *annectit* e Platone assumpsit. Ait enim in Phædone, quamcunque voluptatem et ægritudinem veluti clavum habere, quo animum corpori affigat et annectat, corpulentumque efficiat, quippe qui ea vera esse arbitratur, quæ corpus dixerit.

Affigit. Seu in suum jus recipit, et conglutinat.

Virium præstantiæ. Id est, propterea quod viribus aliis præstantior sit.

Reflectitur. Simul adducitur, redit, et tanquam in circulo concluditur.

Hæc quidem argumenta sunt. Ea argumenta inquit demonstrationes esse, quod scilicet cognitio et sapientia possit eventura prospicere, et vaticinandi artificium philosophando circa eas res occupetur.

Quod si omnia quidem omni ex parte quidpiam portendunt. Græcus cum sit opinione, ea quæ ipsi sentiunt commemorat: mundum sua natura esse animatum, et quod reliquum est. Quemadmodum, ait, unumquodque animantium in mundo compositum est ex partibus et membris, quæ certo societatem et cognationem mutuam inter se habent: sic et mundus e cœlo ac terra rebusque interjectis constans, animal cum sit vitæ particeps,

τὰ ὅμοια πάσχει καὶ ποιεῖ ἑκάστῳ ζώῳ, καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ συγγένειαν καὶ ἀδελφότητα ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, σημαίνουσι περὶ μελλόντων δι' ἀλλήλων ἅπαντα, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον. Εἶτα προϊὼν, βιβλίῳ μὲν εἰκάζει τὸν κόσμον, γράμμασι δὲ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα μέρη, ζῶα λέγω καὶ φυτὰ, καὶ ἀέρα καὶ ὕδωρ, καὶ λίθους, καὶ τἄλλα πάντα. Ὥσπερ οὖν τὰ ἐν τοῖς βιβλίοις γράμματα, διαφόρων γλωσσῶν ὄντα, τὰ μὲν ἀναγινώσκουσιν οἱ τῶν Αἰγυπτίων σοφοὶ, τὰ δὲ οἱ τῶν Ἑλλήνων· καὶ οἱ μὲν ἧττον καὶ ἀτελῶς ἔτι, ὥσπερ τὰ βρέφη ἀναγινώσκουσιν, ἢ κατὰ συλλαβὰς, ἢ ἀθρόον, ἤτε ὁμοῦ τὴν λέξιν· οἱ δὲ ὁμοῦ ἀναγινώσκουσι τὸν λόγον. Ἔστι δὲ λόγος μὲν ὅλη πρότασις, ἐξ ὀνόματος καὶ ῥήματος τὸ ἔσχατον συγκείμενος, οἷον, Σωκράτης περιπατεῖ. Δηλοῖ γὰρ ἔννοιαν ἢ ἀληθεύουσαν ἢ ψευδομένην. Λέξις δέ ἐστι μέρος λόγου, οἷον, Σωκράτης· ὅπερ οὐ δηλοῖ οὔτε ἀλήθειαν οὔτε ψεῦδος· συλλαβὴ δέ ἐστι μέρος λέξεως, οἷον ἐκ τοῦ Σωκράτους μόνον τὸ Σω, ὅπερ οὐδὲν σημαίνει. Οὕτως οὖν, φησὶ, καὶ οἱ σοφοὶ προφῆται καὶ μάντεις ἀναγινώσκοντες τὰ ἐν τῷ κόσμῳ πράγματα, προορῶσι τὸ μέλλον· οἱ μὲν ἐκ τῶν ἀστέρων, ἢ τῶν μενόντων ἐν τῇ ἀπλανεῖ σφαίρᾳ, ἢ τῶν πυρσῶν τῶν ἐν τῷ ἀέρι διαττόντων, ἃ οὐ κυρίως εἰσὶν ἄστρα, ἀλλὰ δοκοῦσιν ὅμως ἄστρα, καὶ αὐτὰ ὁμωνύμως καλεῖ νῦν· περὶ δὲ ἡλίου, καὶ σελήνης, καὶ τῶν πλανωμένων, καὶ ἔτι περὶ κομητῶν οὐκ εἰρήκει, ὅτι καὶ ἐξ αὐτῶν ὁρῶσι τὸ μέλλον οἱ σοφοὶ, ἢ ὡς ὁμολογουμένου τοῖς ἅπασιν ὅτι δηλοῦσιν, ἢ ὅτι ἠρκέσθη τὰ γειτονοῦντα εἰπὼν, καὶ νομίσας δῆλον εἶναι ἐκ τούτων, ὅτι κἀκεῖνα συνυπακούονται. Οἱ μὲν οὖν, φησὶν, ἐκ τῶν ἀστέρων προορῶσι τὸ μέλλον· οἱ δὲ ἐκ τῶν σπλάγχνων τῶν ἀνατεμνομένων σφαγίων, ὃ δὴ θυτικὴ καὶ ἔντομος λέγεται πρόγνωσις. Οὐ πᾶσι δὲ τοῖς σπλάγχνοις οἱ μάντεις ἐχρῶντο πρὸς δήλωσιν τῶν ἐσομένων, ἀλλὰ τῷ ἥπατι μόνῳ· σπλάγχνα δέ εἰσιν ἑπτὰ, καρδία, ἧπαρ, σπλὴν, στόμαχος, πνεύμων, καὶ νεφροὶ δύο.

Εἰ δὲ σημαίνει. Δήλωσιν δίδωσι.

Pag. 132. *Γράμματα.* Οὐράνια, ἀέρια, ἐπίγεια, θαλάσσια.

Φύσει. Ὁ ἐν τῇ φύσει τῶν ὄντων διὰ πείρας ἀναγνούς.

Ἄλλος. Σοφός.

Τὰ πυρσά. Ταῦτα ἐν τῷ στοιχειακῷ πυρὶ φαίνονται, ἔνθα ὥσπερ μεταίχμιόν ἐστιν ἀέρος καὶ αἰθέρος.

Ἐν ὀρνίθων. Ταῦτα μὲν ἰδίως εἰσὶ τῶν ὀρνιθοσκόπων θεωρήματα· ἄλλοι δὲ διὰ συμβόλων προορῶσί τινων καὶ σημειώσεων, ὧν αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς ἐκ πείρας ἐσημειώσαντο· λέγω δὴ παλμοὺς ὀφθαλμῶν ἢ καρδίας, ἢ ἄλλου του μέρους καὶ μέλους, ἢ ῥινὸς γαργαλισμοὺς, ἢ τινων ἐντυχίας

similia cuilibet animanti patitur et facit: et partes ipsius affinitatem et fraternam concordiam inter se habentes exprimunt atque portendunt omnia mutuæ concordiæ eventura, quædam magis, quædam minus. Deinceps progrediens, libro quidem mundum comparat, litteris omnes ipsius partes, animantia dico et plantas, aerem et aquam, saxa et reliqua omnia. Quemadmodum igitur in libris litteræ sunt diversarum linguarum, et has quidam agnoscunt ac pronuntiant Ægyptiorum, illas vero Græcorum sapientes: hi quidem minus et adhuc imperfecte, haud secus atque infantes legunt, aut per syllabas, aut confertim, vel dictionem simul, alii autem recitant orationem. Est autem oratio integra propositio ex nomine et verbo summatim constans, veluti, Socrates ambulat. Constat enim animi conceptionem et sensum aut veracem aut mendacem esse. Sed dictio pars est orationis, ut, Socrates, quod quidem nomen nec verum nec falsum declarat. Est autem syllaba pars dictionis, sicuti ex hac voce Socrates duntaxat So, quod quidem nihil significat. Sic igitur, inquit, etiam sapientes, prophetæ et augures animo perlustrantes ea quæ in mundo continentur, tanquam ex aliqua specula id quod futurum et eventurum est prospiciunt, hi quidem ex astris, aut ex his sideribus ac stellis quæ fixæ manent in sphæra globoque cœlesti, aut ex flammis in aere micantibus quæ proprie non sunt astra, nihilominus astra videntur, et ipsa communi nomine modo nuncupantur. De sole autem et luna ac cæteris errantibus, et præterea de cometis nec locutus est, quia ex ipsis vident futurum sapientes, vel quod exploratum sit omnibus qui illud indicant, aut quod in iis acquievit is qui propinqua dixit, vel putavit ex illis manifestum esse, quod etiam ea subintelliguntur. Quocirca ii (ut aiunt) e stellis præsagiunt futurum, illi autem e visceribus victimarum mactatarum, quæ quidem haruspicina, et e fibris immolatarum hostiarum sectis divinatio appellatur. Sed non omnibus intestinis haruspices utebantur ad explanationem futurorum, sed solo hepate. Viscera porro sunt septem, cor, jecur, splen, stomachus, pulmo, duo renes.

Portendunt. Manifestant, tradunt.

Et sunt ea veluti multiplicia elementa. Cœlestia aerea, terrestria, et marina.

Natura duce edoctus est. Qui in natura rerum per experientiam legit.

Alius. Sapiens.

Flammeorum. Ista in igni elementali apparent, ubi veluti quædam intercapedo est aeris et ætheris.

In alitum clangoribus. Istæ quidem speculationes sunt eorum qui ex avium garritu, volatu aut pastu futura prædicunt. Alii vero per quædam symbola et animadversiones prævident, quas ipsi per se experientia duce adnotarunt, tremores ac palpitationes oculorum dico, vel cordis, aut alius partis aut membri, vel nasi titillationes, aut nonnullorum congressus inauspicatos in via, quem malum vulgares occursum vocant, aut quamdam a præter-

δυσοιωνίστους καθ' ὁδὸν, ὃ καὶ κακὸν οἱ κοινοί φασι συνάντημα· ἤ τινα ἐκ τοῦ παρήκοντος λαληθεῖσαν φωνὴν, ὥσπερ συνεπεπτώκει ποτὲ καὶ Παύλῳ τῷ Αἰμυλίῳ, τῷ ἐκ Ῥωμαίων ἀποσταλέντι στρατηγῷ εἰς ἀντίπαλον μάχην τοῦ Περσέως τοῦ τῶν Μακεδόνων βασιλέως. Μέλλοντα γὰρ ἐξιέναι, φασὶν ἀσπαζόμενον τὸ θυγάτριον εὑρεῖν αὐτὸ δεδακρυμένον, καὶ τὴν αἰτίαν τῆς λύπης ἀκηκοέναι παρ' αὐτοῦ, Ὅτι, φησὶ, ὁ Περσεὺς ἐτεθνήκει. Ἦν δὲ ὁ Περσεὺς ὃν ἔφασκε, κυνίδιον σύντροφον τῷ θυγατρίῳ· τὸν δὲ, Ἀγαθῇ τύχῃ, φάναι, ὦ θυγάτερ, καὶ δέχομαι τὸν οἰωνόν· ταῦτα διέξεισιν ἐν τοῖς περὶ μαντικῆς ὁ σοφὸς Κικέρων.

Καλούμενα. Παρὰ τῶν πολλῶν.

Συγκύρσεις. Συντυχίαι, συναντήματα, ἐπ' ἄλλῳ μὲν πράγματι γινόμεναι, ἐπ' ἄλλῳ δὲ ἀποβαίνουσαι.

Ἅπασι. Ἀλλήλοις ἀλλήλων.

Ὥστ' εἰ σοφία. Θέλων ἐναργέστερον ἔτι δεῖξαι τὴν τῶν μερῶν τοῦ κόσμου κοινωνίαν πρὸς ἄλληλα καὶ συγγένειαν, φησὶν, ὅτι, εἰ καὶ τοῖς ὄρνισιν ἐνῆν σοφία τις, ὥσπερ τοῖς ἀνθρώποις ἔνεστι, τέχνην ἂν καὶ οἱ ὄρνιθες ἐξ ἀνθρώπων συνεστήσαντο, ὥσπερ καὶ οἱ ἄνθρωποι ἐκ τῶν ὀρνίθων συνεστήσαντο τέχνην μαντικὴν, ἣν καλοῦσιν οἰωνιστικὴν καὶ ὀρνιθοσκοπικήν. Καὶ γὰρ ὥσπερ ὄρνιθες ἀεί εἰσιν ἐξ ἀρχῆς ἀφ' οὗ συνέστη τόδε τὸ πᾶν μέχρι νῦν, οὕτω καὶ οἱ ἄνθρωποι ἀεί εἰσιν ἑκάτεροι

A ἑκατέροις καὶ παλαιοὶ καὶ νέοι. Ὥσπερ οὖν τοῖς ἀνθρώποις οἱ ὄρνιθες πρὸς τὰς μαντείας εἰσὶ δεξιοί τε καὶ ἐπιτήδειοι πρὸς μαντικὴν, οὕτως ἦσαν ἂν καὶ τοῖς ὄρνισιν οἱ ἄνθρωποι κατὰ τὸ ἀντίστροφον δεξιοὶ καὶ ἐπιτήδειοι πρὸς μαντικὴν, εἰ σοφία καὶ τοῖς ὄρνισιν ἐνῆν. Ἀναγκαῖον γὰρ ἦν τὰ μέρη τοῦ κόσμου κοινωνεῖν ἀλλήλοις, ἅτε ἑνός τινος ζώου μέλη τυγχάνοντα, καὶ διὰ τοῦτο συμπάθειαν ἔχοντα πρὸς ἄλληλα, καὶ οἷον εἰπεῖν σύμπνοιαν. Ταῦτα λέγων ὥσπερ ἀναλαμβάνει ἑαυτὸν, καὶ διαπορεῖται καὶ οἱονεὶ ἐρωτᾷ ἑαυτὸν λέγων, Μήποτε αἱ μάγων ἴυγγες αὗταί εἰσι; Καὶ γὰρ ὁ σοφὸς ὁ εἰδὼς τὴν ἀλλήλων τούτων συγγένειαν, ὁρῶν ὅτι θέλγεται παρ' ἀλλήλων ἄλληλα, καὶ δήλωσιν λαμβάνει παρ' ἀλλή-
B λων ἄλληλα, ἕλκει ἄλλο δι' ἄλλου· οἷον ὥσπερ διὰ τῆς μαγνίτιδος τὸν σίδηρον, οὕτω καὶ διὰ τῆσδε ἢ τῆσδε τῆς ὕλης, καὶ τοῦδε τοῦ σχήματος, καὶ τῆσδε τῆς φωνῆς, τόδε ἢ τόδε, ὡς εἰρήσεται προϊοῦσιν ἡμῖν ἐκδηλότερον. Οὐ μόνον γὰρ δένδρα δένδρεσι θέλγεται, καθάπερ φοίνικι φοίνιξ, καὶ βοτάναι βοτάναις, καὶ ζῶα ζώοις, ἀλλὰ καὶ σκορόδῳ ὁ δεῖνα ἰχθὺς, καὶ ἄλλα ἄλλοις, καὶ τό γε θαυμασιώτερον, δαίμονες ἐξ ἀέρος καὶ γῆς θέλγονται τοῖσδε τοῖς λίθοις, ἢ ταῖσδε ταῖς βοτάναις, ἢ ταῖσδε ταῖς φωναῖς, ἢ τοῖσδε τοῖς σχήμασιν, ἃ καὶ χαρακτῆρας καλοῦσιν· οἶμαι δὲ ταῦτα παρὰ Χαλδαίων καὶ Αἰγυπτίων ἀρχῆθεν εὑρῆσθαι ἕκαστον ἑκάστῳ δαίμονι γνωριστικὸν σημεῖον. Τὴν δὲ ἴυγγά φασιν ὄρνεον

eunte pronuntiatam inconsiderate vocem : quemadmodum aliquando accidit Paulo Æmilio Romanorum imperatori ablegato in adversarium prælium Persei Macedonum regis, quem aiunt amplexum fuisse filiolam, et eam invenisse lacrymis perfusam, causamque mœroris ab ea didicisse : Quoniam, inquit, Perseus mortuus est. Erat autem ille Perseus quem dixit catellus filiolæ alumnus : eum vero, Prospera fortuna, dixisse : accipio omen, mea filia. Ista commemorat eloquens atque peritus Cicero in lib. *De Divinatione*.

Portentaque vocantur. A multis.

Eventus. Casus, occursus, qui propter aliud fiunt, propter aliud contingunt.

Omnium significativa. Mutuo quodam consensu cohærentia.

Itaque si sapientia esset. Volens evidentius adhuc ostendere partium mundi communionem et affinitatem, Si etiam avibus, inquit, inesset sapientia quædam, quemadmodum hominibus ea insita est, artem etiam aves ex hominibus constituissent, sicut homines ex avibus finxerunt et constituerunt artem divinandi, quam vocant auguralem, et ex avium inspectione depromptum divinandi artificium. Etenim quemadmodum aves semper sunt a principio et origine mundi, et ex quo creatum et coagmentatum est hoc universum usque in præsens tempus, sic et homines semper sunt, et sunt utrique utrisque antiqui et novi. Ut igitur hominibus aves, quoad divinationes et oracula, sunt aptæ et ido-

C neæ ad rerum futurarum præscientiam, sic essent etiam avibus homines per reciprocationem et vice versa apti et idonei ad divinationem, si sapientia etiam avibus inesset : siquidem necessarium esset mundi partes commercium et communicationem mutuam habere, quippe quæ unius cujusdam animantis membra sunt : quocirca sympathiam et concordiam habent inter se, et si fas est dicere, conspirationem. Eadem proferens ac si se reprehendat, ambigat, et quasi se ipsum interroget dicens : Numquid magorum illecebræ istiusmodi sunt? Etenim sapiens (qui novit mutuam horum cognationem, cum alia ab aliis allici atque attrahi videat, et significationem a se invicem accipere, aliud trahit per aliud. Veluti, quemadmodum a
D magnete ferrum trahitur, ita ab hac aut illa materia et tali figura, aut tali voce, hoc aut illud elicitur, ut manifestius in progressu nostræ expositionis explicabitur. Non enim tantum arbores ab arboribus alliciuntur, ut palma trahitur a palma, stirpes a stirpibus, et animantes ab animantibus, verum etiam ab allio piscis quidam ducitur, et alia ab aliis, quin etiam, quod admirabilius est, dæmones ex aere et terra alliciuntur certis lapidibus, aut leguminibus, aut quibusdam vocibus, aut istiusmodi figuris, quas etiam characteres vocant. Hæc vero existimo a Chaldæis et Ægyptiis jampridem inventa, ut proprium uniquique dæmoni agnitionis signum sit. At iynga aiunt avem esse quæ caudam semper movet, quam sagæ mulieres ad usum adhi-

εἶναι ἀεὶ σεῖον τὴν οὐράν· εἶναι δὲ πρὸς ἐρωτικὰς ἐπῳδὰς χρήσιμον ταῖς φαρμακίσι· γυναῖκα δὲ οὖσαν τὸ πρότερον εἰς ὄρνεον μεταβεβλῆσθαι ὑπὸ τῆς Ἥρας φασὶν οἱ μῦθοι, διότι φαρμακεύουσα διετέλει τὸν Δία πρὸς τὸν τῆς Ἰοῦς ἔρωτα· ἄλλοι δὲ κιθάραν ἐμμελεστάτην φασὶ τὴν ἴυγγα, ὡς ἐντεῦθεν καὶ πᾶν γλυκὺ καὶ ποθεινὸν ἴυγγα καλεῖν.

Συνεστήσαντο. Οἱ ὄρνιθες.

Πανδέξιοι. Ἐπιτήδειοι.

Καὶ μή. Ἀπορηματικόν.

Ἴυγγες. Προγνώσεις.

Καὶ γάρ. Διὰ τὸ ἐφέλκεσθαι διὰ τοῦδε ἐρωτικοῦ τόδε, καὶ διὰ τῶνδε τόδε. Ἢ ὡς ἕλκεται μετά τινος πάθους.

Ἕλκει. Ὁ σοφός.

Σημαίνεται. Σημασίαν λαμβάνει.

Καὶ φωνάς. Ἀλλὰ γὰρ οὗτος μὲν ὡς πρὸς εἰδότα λέγων, ἄκρως πως καὶ ἐπιπολαίως ἅπτεται τούτων. Ἡμεῖς δ' οὐδ' ὀκνήσομεν ἐξαπλῶσαι ταῦτα τῶν φίλων εἵνεκα, ἔκ τε χρησμῶν συλλεξάμενοι καὶ Χαλδαϊκῶν παραγγελιῶν. Ἐπεὶ οὖν φωνῶν καὶ ὑλῶν ἐμνήσθη καὶ σχημάτων, περὶ τῶν ὑλῶν διεξέλθωμεν πρότερον. Φησὶν οὖν ὁ Ἑκάτης χρησμός·

Σὺ δὲ τέλει ξόανον κεκαθαρμένον ὥς σε διδάξω,
Πηγάνου ἐξ ἀγρίοιο δέμας ποίει· ἢ δ' ἐπικόσμει
Ζώοισιν λεπτοῖσι κατοικιδίοις σκαλαβώταις,
Σμύρνης καὶ στύρακος λιβάνοιό τε μίγματα τρίψας,]
Σὺν κείνοις ζώοισι, καὶ ὑπαιθριάσας ὑπὸ μήνην
Αὔξουσαν τέλει, αὐτὸς ἐπευχόμενος τήνδ' εὐχήν.]

A Τὰ δὲ ἑξῆς ζητεῖν οὐ χρή. Περὶ δὲ φωνῶν ἃς καὶ ἴυγγας ἔσθ' ὅτε καλοῦσι, τὴν αὐτὴν Ἑκάτην λέγειν φασίν·

Ἤλυθον εἰσαΐουσα τεῆς πολυφράδμονος εὐχῆς,
Ἣν θνητῶν φύσις εὗρε θεῶν ὑποθημοσύνῃσι.

Καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ φησι·

Τοὺς μὲν ἀπειρήτοις ἐρύων ἴυγξιν ἀπ' αἴθρης
Ῥηϊδίως ἀέκοντας, ἐπὶ χθόνα δῖα κατῆγες
Τοὺς δὲ μέσους μεσάτοισιν ἐπεμβεβαῶσιν ἀήταις]
Νόσφι πυρὸς θείοισι, πανομφέας ὥσπερ ὀνείρους]
Εἰσκρίνεις, ἀεικέα.... δαίμονας ἔρδων.

Καὶ ταῦτα μὲν ἐκ τῶν χρησμῶν· οἱ δὲ Χαλδαῖοι ψευδεῖς φασι τοὺς προσγείους δαίμονας, ἅτε πόῤῥω
B τῆς θείας ἀποικισθέντας γνώσεως· εἰ δὲ βούλει, φησὶ, ἀλήθειάν τινα παρ' αὐτῶν περὶ μέλλοντός τινος δέξασθαι, ποίει θυτήριον·

Ἡνίκα δαίμονα δ' ἐρχόμενον πρόσγειον ἀθρήσεις,]
..... Θύε λίθον Μνήζουριν ἐπαυδῶν.

Δύναμιν γὰρ ὁ λίθος οὗτος ἔχει προκλητικὴν ἑτέρου μείζονος δαίμονος, ὃς ἀφανῶς τῷ προσγείῳ δαίμονι προσιὼν, διδάξει τὴν τῶν ἐρωτωμένων ἴσως ἀλήθειαν, ἣν αὖθις ἐκεῖνος διδάξει τὸν ἐρωτῶντα ἄνθρωπον· καὶ πάλιν ἀλλαχοῦ, Ἐνέργει, φησὶ, περὶ τὸν Ἑκατικὸν στρόφαλον. Ἔστι δ' ὁ Ἑκατικὸς στρόφος σφαῖρα χρυσῆ, μέσον μὲν ἔχουσα σάπφειρον λίθον, δι' ὅλης δὲ τῆς ἐπιφανείας χαρακτῆρας καὶ σχήματα διάφορα. Ταύτην δὴ στρέφοντες,
C ἐποιοῦντο τὰς ἐπικλήσεις, ἃς δὴ καὶ ἴυγγας ἔλεγον.

bent in illecebris amatoriis. Narrant fabulæ feminam prius exstitisse, deinde a Junone in avem commutatam fuisse, eo quod Jovem suis philtris ad amandam Inoem pellexisset. Aliis videtur iynga dici lyram suavissime concinentem: ut inde quidquid suave est, et amorem ac desiderium excitat sui, iyngis nomine appelletur.

Pelliciendi artificia. Præsensiones, præsagitiones.

Ac certe demulc. Propterea quod attrahitur istud per hoc amatorium: et per isthæc hoc aliud. Quasi dicat, trahuntur cum affectione et perpessione aliqua.

Signis colliguntur. Significationem sumunt.

Et voces. Hic auctor quasi cum sciente verba faciat, summatim et leviter admodum hæc attingit. Nos vero minime cunctabimur ea fusius explicare in amicorum gratiam, quæ ex oraculis et præparationibus Chaldaicis collegimus. Cum itaque vocum, materiarum et figurarum mentionem fecerit, de materiis primum tractemus. Ait enim Hecates oraculum:

Perficito signum purgatum, ceu tibi tradam,
Agresti e ruta corpus componito, et orna
Vermiculis vulgaribus, exiguis scalabotis,
Et myrrham et styracem miscens cum thure Sabæo,
Bestiolasque simul: tum cœlo exponito, lunæ
Cornua cum crescunt, peragens sacra cum prece [tali.

Quæ deinceps sequuntur, quærenda non sunt. De vocibus autem, quas interdum iyngas nuncupant, aiunt Hecaten ipsam dicere,

Veni, cum exaudita mihi tua sint pia vota
Quæ monitis superum mortalia pectora fundunt.

Et rursus alio loco dicit:

Illecebris hos immensis ex æthere ducens
Absque labore in tellurem invitos revocasti:
At medios mediis clangoribus interfusis
Ignibus absque sacris, divinos somnia sicut
Inducis, fœdans non dignis dæmonas actis.

Atque hæc quidem ex oraculis deprompta sint. Chaldæi vero mendaces aiunt esse genios terricolas,
D tanquam procul a divina cognitione remotos atque amandatos. Quod si vis veritatem ab his aliquam accipere de rebus futuris, fac aram,

Terrestrem, quoties venientem dæmona cernes,
Mactato lapidem Mnesurim, murmura reddens.

Etenim lapis hic vim habet advocandi dæmonem majorem, qui inaspectabili modo terrestri genio se admovens, docebit fortasse veritatem eorum quæ inquiruntur, quam rursus ille aperiet ei homini a quo interrogatur. Idemque alibi: Operare, inquit, circa Hecaticum circulum. Est autem Hecaticus circulus sphæra aurea, quæ sapphirum lapidem in medio sui inclusum habet, ac per totam superficiem characteres et figuras varias. Hanc sphæram vertentes invocationes perficiebant, quas

Περὶ δὲ τῶν ὀνομάτων ἃ φωνοῦσι, παραγγέλλουσι λέγοντες, Ὀνόματα βάρβαρα μήποτ' ἀλλάξῃς. Εἰσὶ γὰρ ὀνόματα παρ' ἑκάστοις θεόσδοτα, δύναμιν ἐν τελεταῖς ἄῤῥητον ἔχοντα, ὥσπερ τὸ Σαβαὼθ, τὸ Ἀδωναῒ, τὸ Χερουβὶμ, καὶ τὸ Σεραφὶμ, τὸ Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, καὶ ὅσα τοιαῦτα· ἃ, φησὶν, ἐὰν εἰς τὴν Ἑλληνικὴν μεταθῇς διάλεκτον, ἀφανίζεις τὴν αὐτῶν δύναμιν καὶ ἐνέργειαν, ὡς καὶ Ὠριγένει δοκεῖ τῷ σοφῷ. Φησὶ δὲ Ἀσκληπιὸς ὁ τοῦ τρισμεγίστου Ἑρμοῦ μαθητὴς ἐν τῷ πρὸς τὸν Αἰγύπτιον βασιλέα λόγῳ, ὅτι *Ὅσον δυνατόν ἐστί σοι, βασιλεῦ, τὸν ὑφ' ἡμῶν παραδεδομένον σοι λόγον διατήρησον, ἵνα μήτε εἰς Ἕλληνας ἔλθῃ τοιαῦτα μυστήρια, μήτε ἡ τῶν Ἑλλήνων ὑπερήφανος φράσις κεκαλλωπισμένη ἐξίτηλον ποιήσῃ* B *τὸ σεμνὸν καὶ στιβαρὸν, καὶ τὴν ἐνεργητικὴν τῶν ὀνομάτων φράσιν. Οἱ γὰρ τοιοῦτοι λόγοι, τῇ πατρῴᾳ διαλέκτῳ ἑρμηνευόμενοι, ἔχουσι σαφῆ τὸν τῶν λόγων νοῦν* (καὶ γὰρ αὐτὸ τὸ τῆς φωνῆς ποιὸν καὶ ἡ τῶν Αἰγυπτίων ὀνομάτων δύναμις ἐν αὑτῷ τὴν τῶν λεγομένων ἐνέργειαν ἔχουσι)· διαστρεφόμενοι δὲ ἀσαφεῖς τε γίνονται καὶ ἀνενέργητοι.

Φωνάς. Ἐπῳδάς.

Καὶ τὸ τοῦ δακτύλου. Ἐθεασάμην κἀγώ ποτέ τινα παῖδα τοξευθέντα τὸ νεῦρον τοῦ αὐχένος, ᾧ καὶ συνέβη ἐντεῦθεν κρατηθῆναι νάρκῃ τινὶ θάτερον τῶν ποδῶν, καὶ διαμεῖναι τοῦ λοιποῦ τὸ πάθος A ἀνίατον, ὥστε καὶ τοῦ ἑτέρου ποδὸς συναυξανομένου τῇ ἡλικίᾳ ἔμεινεν οὗτος ἐφ' ἧς ἔτυχε τότε λεπτότητος, καὶ ἐφ' οὗ ἔτυχε τότε μήκους, ἀπηωρημένος ἀργὸς καὶ ἀνόνητος, καὶ ὥσπερ τις ἄψυχος φόρτος. Ἀπορίαν οὖν ἐμποιεῖ τοῖς μὴ τὰς αἰτίας καὶ τοὺς λόγους εἰδόσι, πῶς ἡ χεὶρ, ἐγγυτέρα οὖσα, ἀναίσθητος τοῦ πάθους ἔμεινεν· ὁ δὲ ποὺς, πόῤῥω κείμενος, συμπέπονθεν· ὅσοι δὲ τῇ μετὰ λόγου κρίσει θεωροῦσι τὰ ἐν κόσμῳ πράγματα, οὗτοι πολλὰ ἂν εὕροιεν ὅμοια. Οὐ γὰρ τοῦ αὐτοῦ πάθους αἰσθάνονται πάντα τὰ σώματα, οὐδὲ πάντα τὰ μέρη τοῦ σώματος, ἀλλὰ τὸ πεφυκὸς πάσχειν σῶμα, καὶ τὸ πεφυκὸς μέρος τοῦ σώματος συμπάσχειν, καὶ ὅτε πέφυκε, καὶ ὅπως πέφυκεν. Ὥσπερ εὐωδίας περὶ τὸν ἀέρα ἁπλωθείσης οὔτε ξύλον, οὔτε πέτρα, οὐ μὴν οὔτε ἀκοὴ, οὔτε χεὶρ, οὔτε ποὺς αἰσθάνεται, ἀλλὰ μόνον ἡ ὄσφρησις· ὥσπερ καὶ τοῦ μέλους μόνη ἀκοὴ, καὶ τῶν χρωμάτων μόνη ὁ ὄψις.

Εἰς τὸν βουβῶνα. Βουβῶνα λέγει τὴν ἀρχὴν τῶν μηρῶν, ἢ ὡς τὴν ἄνω ἀρχὴν τοῦ ποδός.

Ἑνὸς γὰρ ἦν. Φησὶ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ *Περὶ ζώων ἱστορίας*, ὅτι οἱ βόες ἧττον ἀλγοῦσι τοὺς πόδας, ἐάν τις τὰ κέρατα ἀλείφῃ πηλῷ, ἢ πίττῃ, ἢ ἐλαίῳ.

Γοητεύεται. Ἄλλο ἐστὶ γοητεία, καὶ ἄλλο μαγεία, καὶ ἄλλο φαρμακεία. Γοητεία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῶν ἐνύλων καὶ ἀκαθάρτων καὶ κακοποιῶν δαιμόνων ἔστιν οὓς προσκαλουμένη. Ἔσχε δὲ τὸ

etiam iyngas vocitabant. Jam vero de nominibus quæ usurpant præcipiunt hac formula, Nomina barbara neutiquam mutaveris. Sunt enim nomina singulis divinitus imposita, quæ vim et efficaciam incredibilem in sacris habent, veluti, Sabaoth, Adonai, Cherubim, Seraphim, Abraham, Isaac, Jacob, et cætera ejusmodi, quorum vim et effectum obscurares, ut sapienti quoque Origeni visum est, si ea Græca dialecto exprimeres. Ait porro Æsculapius Mercurii ter-maximi discipulus, in ea oratione quam ad Ægyptium regem habuit, his verbis: *Quantum in te situm est, rex, præceptiones tibi a nobis traditas observa, ne vel ad Græcos perveniant tam arcana mysteria, vel ampullata eorum oratio et compta gravitatem et pondus rerum comprimat ac debilitet, et minus efficacem nominum pronuntia-* D *tionem reddat. Nam ejusmodi sermones, patria et vernacula lingua explicati, perspicuam dictorum intelligentiam continent* (si quidem ipsa vocis qualitas, et nominum Ægyptiorum vis, effectum eorum quæ dicuntur in se comprehendunt), permutati autem et conversi in aliam linguam, obscuri et inefficaces fiunt.

Voces. Incantationes et carmina.

Ac digiti pedis. Vidi ipsemet aliquando puerum quemdam cui cum sagitta nervum cervicis percussisset, contigit ut inde pes alter torpore corriperetur, et permaneret in reliquum tempus insanabilis morbus; et cum pes alter, ætatis progressu cresceret, hic alter in ea tenuitate et brevitate qua C tunc fuerat, consisteret, suspensus, inutilis et otiosus, tanquam pondus inanimum. Itaque dubitatione afficiebat eos qui causas et rationes non intelligebant, quo pacto cum manus propior esset, sine ullo sensu doloris permansisset, pes autem procul distans condoluisset. At vero qui cum rationis judicio considerant res mundanas, pleraque his similia reperire possent. Neque enim eumdem sentiunt dolorem omnia corpora, neque omnes corporis artus: sed id tantum corpus quod ad patiendum natura comparatum est, et ea corporis pars quæ ad condolendum apta est, et quando et quomodo usuvenit. Quemadmodum cum bonus odor per aerem sparsus est, neque lignum, neque lapis, neque vero auris, nec manus, nec pes eum percipit, sed solus odoratus: ut cantus sola auris, et colores solus aspectus comprehendit.

In inguen. Βουβῶνα Græci vocant principium coxarum, nempe superius principium pedis.

Unius enim ambo. Scripsit etiam Aristoteles, in lib. *De anim. histor.*, bobus pedes minus dolere, si quis eorum cornua ungat luto, aut pice, aut oleo.

Præstigiis decipitur. Alia est incantatio quæ goetia, alia quæ magia, et alia quæ pharmacia dicitur a Græcis. Est enim goetia ratio quosdam materiæ immistos, impuros et maleficos dæmonas invocandi. Nomen autem ductum est ἀπὸ τῶν γόων, hoc est, a fletibus, quasi luctu digna faciat.

ὄνομα ἀπὸ τῶν γόων, ὡς θρήνων ἄξια πράττουσα· μαγεία δὲ ἔστ' ἡ διὰ τῶν μέσων δαιμόνων ἀΰλων τε καὶ ἐνύλων ἐνεργοῦσα· φαρμακεία δὲ ἡ διὰ βρώσεως ἢ πόσεως. Ἔτι ὁμοίως, ἄλλο ἐστὶ κακοτεχνία, καὶ ἄλλο ψευδοτεχνία, καὶ ἄλλο ματαιοτεχνία. Κακοτεχνία μὲν γάρ ἐστιν ἡ τῶν γοήτων καὶ φαρμακῶν καὶ μάγων ἐπὶ κακῷ τῶν ἀνθρώπων εὑρημένη· ψευδοτεχνία δὲ ἡ ψευδῆ δεικνύουσα, ὡς ἡ παροφθαλμιστική· ματαιοτεχνία δὲ ἡ ὁμοῦ τῷ πληγέντι ἀέρι διαλυομένη.


Ὑπάτην. Ταῦτα ἐκ τῆς κατατομῆς τοῦ ἁρμονικοῦ κανόνος εἴληπται παραδειγματικῶς. Δεῖ οὖν ἐκεῖθεν ἡμᾶς ἀρξαμένους ἀναπτύξαι καὶ ταῦτα πρὸς σαφήνειαν τῶν ἐντυγχανόντων ἕνεκα. Συμφωνίαι μὲν οὖν δι' ὧν τὰ ἁρμονικὰ γίνονται συστήματα, πλεῖσταί εἰσιν, ὧν πρώτη ἡ ἐπιτρίτη, διὰ τεσσάρων οὖσα χορδῶν· συνίσταται δὲ ἐκ δύο τόνων καὶ λείμματος, τοῦ καὶ ἡμιτόνιον καταχρηστικῶς καλουμένου· ἐν ᾗ συγκρινόμενος ὁ τῆς τετάρτης χορδῆς φθόγγος πρὸς τὸν τῆς πρώτης ἐπίτριτον ἀεὶ εὑρίσκεται ἔχων λόγον. Δευτέρα δὲ συμφωνία ἐστὶν ἡ ἡμιόλιος, ἥτις καὶ διὰ πέντε γίνεται χορδῶν, ἤτοι ἐκ τῶν τριῶν καὶ λείμματος. Συγκρινόμενος μέντοι κἀνταῦθα ὁ τῆς πέμπτης χορδῆς φθόγγος πρὸς τὸν τῆς πρώτης εὑρίσκεται ἀεὶ ἔχων λόγον ἡμιόλιον. Πρώτην δὲ χορδὴν λέγω ἐνταῦθα τὴν τετάρτην τῆς πρώτης συμφωνίας τῆς διὰ τεσσάρων. Κοινὴ γάρ ἐστιν ἡ τετάρτη χορδὴ τῶν δύο A συμφωνιῶν τῶν πρώτων· τέλος μὲν τῆς διὰ τεσσάρων, ἀρχὴ δὲ τῆς διὰ πέντε, ἤγουν τέλος μὲν τῆς ἐπιτρίτης, ἀρχὴ δὲ τῆς ἡμιολίου. Αὗται γοῦν αἱ δύο συμφωνίαι οὑτωσὶ συντιθέμεναι, ποιοῦσι τὸ διὰ πασῶν ὁμόφωνον καλούμενον σύστημα. Τὰς μὲν οὖν ἄλλας συμφωνίας ἐατέον νῦν, ὡς οὐ πάνυ τοι συντελούσας ἡμῖν εἰς τὸ δεῖξαι τὸ προκείμενον. Συνίσταται μέντοι καὶ τὸ διὰ πασῶν ὁμόφωνον τουτὶ σύστημα ἐκ χορδῶν μὲν, ἤτοι φθόγγων ὀκτὼ, τόνων δὲ πέντε, καὶ λειμμάτων δύο· συγκρινόμενος δὲ ἐνταῦθα ὁ τῆς ὀγδόης χορδῆς πρὸς τὸν τῆς πρώτης φθόγγον, διπλασίονα ἀεὶ εὑρίσκεται ἔχων λόγον. Ἡ μέν τοι πρώτη χορδὴ καλεῖται νήτη, ἡ δὲ δευτέρα παρανήτη, ἡ δὲ τρίτη παραμέση, ἡ δὲ πέμπτη ὑπερπαρυπάτη, ἡ δὲ ἕκτη παρυπάτη, ἡ δὲ ἑβδόμη B ὑπάτη, ἡ δὲ ὀγδόη προσλαμβανόμενος. Ὕστερον γὰρ προσελήφθη τῷ Πυθαγόρᾳ. Ἡ γὰρ ἀρχαιότροπος λύρα τοῦ Ὀρφέως ἑπτάχορδος ἦν. Τῶν γοῦν τοιούτων χορδῶν αἱ μέν εἰσιν ὀξεῖαι κατὰ τοὺς φθόγγους, αἱ δὲ βαρεῖαι, αἱ δὲ μέσαι. Καὶ βαρεῖαι μέν εἰσιν αἱ ὑπάται, ὀξεῖαι δὲ αἱ νῆται, μέσαι δὲ αἱ μεταξύ. Πρὸς μέντοι σαφήνειαν πλείονα ἐξεθήκαμεν γραμματικῶς καὶ κανόνα ὀκτάχορδον, τοῦτ' ἔστι τὸ διὰ πασῶν ὁμόφωνον σύστημα, συγκείμενον ἐκ δύο τετραχόρδων καὶ τόνου ἑνὸς, ἤτοι ἐκ δύο ἐπιτρίτων λόγων, ἐπογδόου ἑνὸς, ἢ μᾶλλον ἐξ ἐπιτρίτου ἑνὸς καὶ ἡμιολίου ἑνός. Ὁ γὰρ ἐπόγδοος λόγος συναπτόμενος τῷ ἑνὶ ἐπιτρίτῳ, ποιεῖ λόγον

Magia vero est ea vis quæ per medios dæmonas C materiæ expertes et ejusdem participes operatur. Pharmacia denique est vis noxia per cibum et potum. Eodemque modo aliud est κακοτεχνία, ars malefica; et aliud ψευδοτεχνία, ars falsa; itemque aliud est ματαιοτεχνία, ars futilis. Etenim ars malefica est præstigiatorum, veneficorum et magorum, in damnum hominum inventa. Ars autem falsa est, quæ falsa indicat, ut ea quæ oculos fallit: παροφθαλμιστικὴν Græci vocant. Postremo ars futilis et inanis est quæ cum aeris percussione perit.

Summam in fidibus chordam. Hæc sumpta sunt ex concisione harmonici canonis cum exemplorum oppositione. Oportet igitur nos principio inde ducto explanare ista, ut lectores perspicuam rerum intelligentiam habeant. Concentus itaque, quibus D harmonicæ constitutiones conficiuntur, plures sunt, quorum primus sesquitertia est, quatuor fidibus constans: hæc vero ex duobus tonis et limmate (quod et semitonium improprie vocatur) coalescit: in qua cum sonus quartæ chordæ confertur cum sono primæ, sesquitertiam proportionem habere comperitur. Secundus concentus est sesquialtera proportio, quæ quidem e quinque fidibus exoritur: ex tribus videlicet et semitonio. Hinc etiam sonus quintæ chordæ comparatus ad sonum primæ semper proportionem habet sesquialteram. Primam autem chordam appello hoc in loco quartam primi concentus qui per quatuor fit. Communis est quarta chorda duorum concentuum primorum, finis quidem ejus qui per quatuor fit, initium autem ejus qui per quinque, hoc est, extremum quidem sesquitertiæ, principium vero sesquialterius. Itaque duo concentus hoc pacto compositi efficiunt eam constitutionem, quam per omnes consonam nuncupant. Nunc autem cæteros concentus missos faciamus, quippe cum parum admodum conducant ad propositæ nobis quæstionis explicationem. Hæc certe constitutio per omnes consona fit e fidibus, hoc est, sonis octo, quinque vero tonis et semitoniis duobus. Sonus autem octavæ chordæ collatus hic atque comparatus ad primæ sonitum, perpetuo invenitur duplam habere proportionem. Prima sane chorda vocatur nete, acutissimum sonum emittens, altera paranete, tertia paramese, quinta superparhypate, sexta parhypate, gravissimum edens sonum, octava vero tonus assumptus; a Pythagora siquidem postea assumptus est. Nam prisca lyra Orphei ex septem chordarum concentu constabat. Ideoque nonnullæ hujusmodi chordarum quoad sonos acutæ sunt, aliæ graves, aliæ mediæ. Et graves quidem sunt hypatæ, acutæ netæ, mediæ vero interjectæ. Ad ampliorem perspicuitatem exposuimus linearum demonstratione regulam octachordam, hoc est, ex duplici proportione conflatam concordem tonorum modulationem, compositam ex duobus tetrachordis et unico tono: videlicet e duabus sesquitertiis proportionibus, unico sesquioctavo, vel potius e sesquitertia una et una sesquialtera. Nam sesquioctava proportio copulata cum unica sesquitertia, propor-

ἡμιόλιον. Θεωρεῖται δὲ ὁ ἐπίτριτος λόγος ἐν δύο ἀνίσοις ἀριθμοῖς, ὅταν ἔχῃ ὁ μείζων ὅλον τὸν ἐλάττονα, καὶ τοῦ ἐλάττονος τρίτον, ὡς ἐπὶ τοῦ τετάρτου καὶ τρίτου· ὁ ἐπόγδοος δὲ, ὅταν ὁ μείζων ἀριθμὸς ἔχῃ ὅλον τὸν ἐλάττονα καὶ τὸ τοῦ ἐλάττονος ὄγδοον, ὡς ἐπὶ τοῦ η' καὶ θ'· ὁ ἡμιόλιος δὲ, ὅταν ὁ μείζων ἀριθμὸς ἔχῃ ὅλον τὸν ἐλάττονα, καὶ τὸ τοῦ ἐλάττονος ἥμισυ, ὡς ἐπὶ τοῦ γ' καὶ δ'. Τούτων οὕτως ὑποκειμένων, φησὶν ὁ σοφὸς οὗτος Συνέσιος, A ὅτι ὁ τὴν ὑπάτην ψήλας, ἤτοι κινήσας (ἔστι δὲ τὸ ψῆλας ποιὰ φωνὴ μουσικῆς ἐμμελής, ἀπὸ τοῦ ψάλλω), ὁ γοῦν τὴν ὑπάτην, φησὶ, ψήλας, οὐ τὴν παρ' αὐτὴν, ἤτοι τὴν προσλαμβανομένην ἐκίνησεν. Αὕτη γὰρ ἔχει λόγον ἐπόγδοον πρὸς αὐτὴν, ἀλλὰ τὴν πλησίον τὴν μέσην, πρὸς ἣν καὶ ἐπίτριτον ἔχει λόγον. Τῇ γὰρ συγγενείᾳ τῶν τοιούτων λόγων συμπάσχουσιν ἀποῤῥήτως ἀλλήλαις, καὶ πόῤῥω οὖσαι μᾶλλον τῶν ἔγγιστα.

Πυθαγόρου ἑπτάχορδος λύρα,



tionem efficit sesquialteram. Observatur porro sesquitertia proportio in duobus inæqualibus numeris, cum habeat major totam minorem, et minoris tertiam partem, ut in quarta et tertia. Sesquioctava autem, quando major numerus habet integrum minorem, et minoris octavam, quemadmodum in 8 et 9. Sesquialtera porro, cum major numerus continet totum minorem, et minoris dimidium, sicuti in 3 et 4. Istis rationibus pro fundamento jactis atque confessis, solers noster inquit Synesius, quod qui pulsaverit vel commoverit hy- D paten, seu gravissimam chordam imæ oppositam (est autem hæc dictio ψῆλας, id est, qui pulsat, quædam vox musicæ concinna, a verbo ψάλλω, fidium sonitu canto); ait igitur, qui hypaten pulsaverit, non eam quæ juxta est ipsam, nimirum assumptam moverit: eamdem enim sesquioctavam proportionem habet respectu ipsius: verum propinquiorem mediam, cujus etiam comparatione sesquitertiam habet proportionem. Nam affinitate talium proportionum consentiunt inter se latenter, et multum distantes potius quam viciniores.

Τῆς προγενεστέρας. Ἣν εἶχον πρὸ τοῦ εἰδοποιηθῆναι, ὄντα δ' ἔτι ὕλη ἀνείδεος.

Τὸ ἁπλῶς. Συνθέτως ἕν· ἁπλῶς γὰρ εἴη ἕν, ὁ ῥοῦς.

Πολλῶν. Ἢ σύνθεσιν.

Pag. 133. *Τῆς στάσεως.* Αὐτῆς τῆς στάσεως, αὐτῆς τῆς μάχης.

Ἀντιφώνων. Καθὸ ὀξὺ καὶ βαρὺ λέγεται ἀντίφωνον.

Συμφώνων. Καθὸ κυρίως ἐπίτριτον καὶ ἡμιόλιον καὶ διπλάσιον λέγεται σύμφωνον.

Ἁρμονία. Ἐστί.

Λύρας. Ἐπὶ λύρας.

Κόσμιον. Ἐπὶ κόσμου.

B *Ἀρχιμήδης.* Οὗτος ὁ θαυμάσιος Ἀρχιμήδης ἤκμασεν ἐν Σικελίᾳ ἐπὶ ἄρχοντος Ἱέρωνος. Οὗτος ἀπὸ τῶν νοητῶν ἐπὶ τὰ σωματικὰ τρέψας τὴν γεωμετρικὴν ἐπιστήμην, καὶ τὸν τῆς μαθηματικῆς λόγον δι' αἰσθήσεως μίξας ταῖς ὀργανικαῖς κατασκευαῖς, ἐνεργέστερον τοῖς πολλοῖς κατεστήσατο· ὥστε καὶ Μαρκέλλῳ τῷ Ῥωμαίων στρατηγῷ ναυσί τε καὶ μηχαναῖς πλείσταις ἐς Συράκουσαν καταπλεύσαντι, πόλις δὲ αὕτη μεγάλη τῆς Σικελίας, τοσαύταις καὶ τοιαύταις Ἀρχιμήδης ἀντέστη ταῖς ἀπὸ τῆς τέχνης μηχαναῖς, καὶ τοσούτῳ παρέδωκεν ὀλέθρῳ τὸ τῶν Ῥωμαίων ναυτικὸν, ὥστε τὸν πολὺν ἐκεῖνον Μάρκελλον ἡττημένον ἐπαναστρέφοντα, λίαν θαυμάζειν τὴν τοῦ ἀνδρὸς σύνεσιν, καὶ A πρὸς τὴν τέχνην ἐκπλήττεσθαι, καὶ πολλῷ μείζονα τούτου ἡγεῖσθαι τὴν ἰσχὺν, ἢ τοὺς μυθικοὺς ἑκατόγχειρας. Οὗτος οὖν ἔλεγεν ὡς τῇ δοθείσῃ δυνάμει τὸ δοθὲν βάρος κινῆσαι δυνατόν ἐστι· καὶ προσετίθει πρὸς σύστασιν τῆς ἀποδείξεως, ὡς εἰ γῆν εἶχεν ἑτέραν, ἐκίνησεν ἂν ταύτην, μεταβὰς ἐκ ταύτης πρὸς ἐκείνην.

Σοφός. Ὁ μάντις.

Αὐτῷ. Τῷ κόσμῳ.

Τοῦ κόσμου. Κόσμον ἐνταῦθα λέγει τὸν ἀπὸ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας κάτω μέχρι γῆς διήκοντα. Τοῦτον γὰρ καὶ σύνθετον ἐκ τῶν τεσσάρων εἶναι λέγει στοιχείων, καὶ φύσιν ἔχοντα πάσχειν καὶ ἀλλοιοῦσθαι ἄλλοτε ἄλλως, ἔτι δὲ καὶ διὰ γοητείας· ἅπαν δὲ τῷ ἔξω τοῦ κόσμου, τοῦτ' ἔστι τὸν μετὰ τὴν σελήνην ἄνω τόπον, ἁπλοῦν καὶ ἀσύνθετόν φησι καὶ ἀναλλοίωτον κόσμον, καὶ ἀπαθῆ, καὶ ἀγοήτευτον, καὶ νοερώτερον, καὶ ἀνεπίστροφον πρὸς τὰ ἐντεῦθεν γινόμενα πάσης τῆς ὕλης.

Ἀγοήτευτον. Ἐλεύθερον πάθους.

Οὐκ ἀλεγίζει. Τοῦτο ἐκ τοῦ Ὁμηρικοῦ παρεκβέβληται. Ἐν γὰρ τῷ πρώτῳ τῆς Ὁμήρου ῥαψῳδίας φησὶν ὁ Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἀχιλλέα, ὅτι

Σέθεν δ' ἐγὼ οὐκ ἀλεγίζω
Οὐδ' ὄθομαι κοτέοντος.....

Ἀμείλικτος. Ἀπαθής.

Τὸ δὲ παθητικόν. Τῆς ψυχῆς ὅσον πρὸς λόγον καὶ νοῦν ἀφορᾷ, ἀπαθές ἐστι· τὸ δὲ πρὸς τὴν ὕλην

Antiquioris meliorisque concordiæ. Quam habebant priusquam in suam formam producerentur, erantque adhuc materia informis.

Non est simpliciter. Composite unum; simpliciter enim et absolute fuerit unum, fluxus.

Ex multis unum. Qua ratione est compositum.

Et ipsarum discordia. Ipsa seditione, ipsa pugna.

Dissonorum. Quoniam acutum et grave dicuntur dissona.

Concordantium. Quia proprie sesquitertius et sesquialter sonus ac duplus dicuntur mutuo concentu inter se consentire.

Archimedes. Mirificus ille Archimedes regnante Hierone floruit in Sicilia. Is a rebus sub intelligentiam et animi conceptionem cadentibus ad corporeas geometricam scientiam deflectens, et mathematicæ rationem, potentiæ sentiendi beneficio, miscens instrumentalibus opificiis structurisque artificiosis, evidentiorem plerisque reddidit. Ita ut Marcello Romanorum imperatori, qui navibus atque fabricis compluribus Syracusas navigarat (illa vero civitas maxima erat totius Siciliæ), tantis ac talibus suis artificiosis machinationibus Archimedes obstiterit, ac tam funestæ stragi tradiderit Romanorum classem, ut vehemens ille Marcellus superatus et cœptis absistens interdum, admiratus sit viri industriam, et illius artificio obstupuerit, longeque majores hujus vires existimaverit, quam fabulosos centimanos. Is igitur dicebat ex assignatis viribus concessum pondus moveri posse: et addeC bat ad demonstrationis assertionem et confirmationem, quod si alteram terram haberet, concitaret ipsam, digrediens ex hac in illam.

Industrius. Vates, et in rebus futuris præsagiendis solers.

Ipso. Mundo.

Extra mundum. Hoc in loco mundum dicit qui a lunari globo circuloque, inde usque in terram pervenit et exporrigitur; hunc enim etiam coagmentatum esse ex quatuor elementis asserit, ac naturam habere ad patiendum idoneam: eamque alioqui interdum variari et permutari posse, adhuc etiam per incantationem, universum autem per ludificationem. Quidquid autem est extra mundum, videlicet post lunæ superiorem locum, simD plex et incompositum dicit, et mundum immutabilem, nec non perturbationis expertem, nullisque præstigiis obnoxium, ad intelligentiam propius accedentem ac negligentem ex eo loco quæcunque fiunt in tota materia.

Ab incantatione et præstigiis immune est. A perturbatione liberum.

Securus est. Istud ex Homeri *Iliade* depromptum est. In primo siquidem Homeri Rhapsodiæ ait Agamemnon ad Achillem:

Tu nil mihi curæ es,
Nec moveor, mihi quod succenses.

Nec tradi blanditiis. Perturbationum expers.

Quod autem affectibus subjicitur. Quidquid animæ respicit ad rationem ac mentem, affectione caret:

A

ἀποκλίνον ἅπαν ἐστὶ παθητικόν. Διαιρεῖται δὲ τὸ παθητικὸν τῆς ψυχῆς εἴς τε τὸ πειθόμενον λόγῳ, καὶ εἰς τὸ μὴ πειθόμενον λόγῳ διπλοῦν. Τὸ μὲν γάρ φαμεν θρεπτικὸν καὶ φυσικόν· τὸ δὲ σφυγμικὸν καὶ ζωτικόν· ἄμφω δὲ ταῦτα οὐ λόγῳ πείθεσθαι ἴσασιν. Οὐδὲ γὰρ προαίρεσιν οὐδὲ κριτικήν τινα δύναμιν ἔχει· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ ἐπιπειθὲς λόγῳ διπλοῦν ἐστι. Τὸ μὲν γάρ φαμεν ἐπιθυμητικὸν, τὸ δὲ θυμικόν. Τὸ μέν τοι ἐπιθυμητικὸν διαιρεῖται εἰς ἡδονὴν καὶ λύπην· ἐπιτυγχάνον γὰρ ἡδονὴν ἐργάζεται· ἀποτυγχάνον δὲ, λύπην· τὸ δὲ θυμικὸν διαιρεῖται εἰς τρία, εἰς ὀργὴν, ἣν δὴ καὶ χολὴν καὶ χόλον καλοῦσι· καὶ εἰς μῆνιν, καὶ εἰς κότον. Ἔστι δὲ ὀργὴ θυμὸς πρὸς ἐνέργειαν ἀρχὴν καὶ κίνησιν ἔχων, ἢ θυμὸς ἐνεργούμενος· μῆνις δὲ καὶ κότος ἐστὶν ὁ ἐπιμένων καὶ ἐγκείμενος θυμός.

B

Μαντείαις. Τὴν μαντείαν πολυειδῆ φασιν Ἕλληνες εἶναι, καὶ διαφόρως ἐνεργοῦσαν, ὡς μετρίως κἀν τοῖς ἔμπροσθεν τοῦ παρόντος βιβλίου εἰρήσεται· τελετὴν δέ φασι τὴν τῶν μυστηρίων μετάδοσιν, ὡς τελειοῦσαν τοὺς μυουμένους. Ἔτι δὲ τοὺς εἰς ἕξιν ἐλθόντας τῆς παραδόσεως ταύτης τετελεσμένους καὶ τελείους φασί.

Διαστάντων. Τὰ ἐν κόσμῳ πάντα σύνθετα καὶ εἰδοπεποιημένα πράγματα, εἰ μὲν ὡς οὐσίας βλέπεις αὐτὰ, ἕν τι βλέπεις, συγγένειαν ἔχοντα πανταχόθεν πρὸς ἑαυτά· εἰ δὲ ὡς εἰδοπεποιημένα πράγματα, πλῆθος βλέπεις διάφορον καὶ διάστασιν ἔχον πρὸς ἑαυτὸ δι' ὅλου· ἢ μᾶλλον, ὅταν κατ' εἶδος βλέπῃς τὰ ὄντα, τὸ ἓν βλέπεις διακεκριμένον· ὅταν δὲ κατὰ τὴν τοῦ ὄντος φύσιν, τὸ ἓν βλέπεις συνηθροισμένον.

Τῷ νόμῳ. Καὶ γὰρ κωλύει καὶ ἡ πολιτεία τὰς τελετάς.

Καὶ δὴ τὸ ὅλον. Ἀλλ' ἡμεῖς μὲν, φησὶ, καθ' ὅσον ἦν ἡμῖν ἐφικτὸν, καθολικὸν διεξήλθομεν ἐγκώμιον πάσης μαντικῆς, καὶ γνώρισμα ἐδείξαμεν εἶναι κοινὸν τῆς ἀρίστης μαντικῆς τὴν ἀσάφειαν. Τὰ γὰρ σαφῶς καὶ ἐναργῶς θεωρούμενα οὐδὲ μαντεία ἂν εἴη τις, οὐδὲ ἀποδείξεως δεηθείη ἄν τινος· ἡ δὲ νῦν πρόθεσις καὶ ὁ σκοπὸς ἡμῶν ἐστιν ἐνδιατρίψαι τῷ περὶ αὐτὴν δὴ τὴν ἀρίστην σκέμματι, καὶ ἀκριβεστέραν τὴν ταύτης ἐξέτασιν ποιήσασθαι.

Τὸ ὅλον. Γενικῶς καὶ καθόλου.

Αὐτῆς. Τῆς μαντικῆς.

Ἐνόντων. Κατὰ δύναμιν.

Ἐγκεκωμίασται. Παρ' ἡμῶν.

Ἀρίστην. Ἀπὸ τῶν ἄλλων μαντειῶν.

Ἀποτεμόμενον. Εἰδικῶς.

Χαρακτῆρα. Γνώρισμα.

Quidpiam excellentius. Validius, ac cognitione sublimius.

Cuncta dæmoniorum. Prisci quidem illi Græci

μόνων ἔλεγον εἶναι διαφοράν· καὶ θεοὺς μὲν ἐκάλουν τοὺς μείζονας, δαίμονας δὲ τοὺς ἥττονας. Ὁ δὲ Συνέσιος ποτὲ μὲν δίδωσι τούτοις διαφορὰν, ποτὲ δὲ ἀδιαφόρως κέχρηται τοῖς ὀνόμασιν.

Ὅλως δαιμόνων. Ἀλλὰ καὶ πάντα, φησὶ, τὰ τῶν δαιμόνων γένη τὰ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ τοιαύτην ἔλαχον τὴν ζωὴν, τοῦτ' ἔστιν αἰσθητικήν. Καθόλου γάρ εἰσι φαντασία μόνη ἐκεῖνα τὰ γένη.

Καθ' ὅλον. Κατὰ τὴν οὐσίαν αὐτῶν.

Εἰδωλικά τε. Εἴδωλά φησιν ἃ ἐστιν ἀσώματα μὲν, ἔχοντα δ' οὖν πάχος τι, τὰ μὲν ἔλαττον, τὰ δὲ πλέον. Ἔοικεν οὖν ὁ Συνέσιος ἐνταῦθα τῇ Δημοκρίτου καὶ Σέξτου δόξῃ, καὶ ἄλλων Ἑλλήνων κατακολουθεῖν. Φασὶ γὰρ ἐκεῖνοι δαιμόνιά εἶναί τινα περί τε ἀέρα καὶ γῆν πάχος ἔχοντα μὲν καὶ σύνθεσίν τινα καὶ ἐμπάθειαν· ἀθέατα δὲ ἀνθρώποις ὀφθαλμοῖς ὑγιαίνουσιν, ἃ καὶ εἴδωλα καλοῦσι, διότι ἀποσώζουσιν, οἶμαι, τύπον τινὰ καὶ σκιαγραφίαν καὶ εἰκόνα τῆς ἀγγελικῆς καὶ ἀϋλοτέρας φύσεως, ἀφ' ἧς ἐκπτωτά εἰσι· καὶ δύσφθαρτα μὲν, οὐκ ἄφθαρτα δὲ ἀεί· καὶ τὰ μὲν αὐτῶν εἶναι κακοποιά, τὰ δὲ ἀγαθοποιά. Προσπελάζειν οὖν φασι ταῦτα τοῖς ἀνθρώποις, καὶ μάλιστα ὅταν οὗτοι καθεύδωσι, καὶ προλέγειν πολλὰ τῶν μελλόντων· γίνεσθαι μέντοι τὰς τοιαύτας προῤῥήσεις ὑπὸ μὲν τῶν ἀγαθῶν σαφεῖς καὶ προθυμίαν κινούσας, ὑπὸ δὲ A τῶν κακοποιῶν τοὐναντίον. Ἡ δὲ ἀνθρωπίνη φαντασία οὐ κύκλος ἐστὶν, ἀλλ' ἀποῤῥήτως τοὺς τύπους τῶν ἔξωθεν εἰσρεόντων δεχομένη ὑπόκειται καθάπερ βιβλίον ἀναγινωσκόμενον ὑπὸ τῆς διανοίας, καὶ ἐπὶ μὲν τῶν σαφῶν καὶ ἐκδήλων οἴκοθεν αὐτὴ καθ' αὑτὴν διδάσκει, ἃ χρὴ προσδέχεσθαι· ἐπὶ δὲ τῶν ἀσαφῶν προσκαλεῖται καὶ τὰς διανοητικὰς δυνάμεις τῆς ψυχῆς, καὶ γίνεται οἱονεὶ βουλευτήριον περὶ τῶν ποιητέων. Καὶ γὰρ ἡ διάνοια, εἰ μὴ ἀπὸ τῆς φαντασίας λάβοι τὰ σκέμματα, οὐκ ἔχει περὶ τὴν γεννητὴν καὶ τρεπτὴν τῶν πραγμάτων φύσιν ἐνέργειάν τινα.

Αὐτήν. Ἢ ὡς δύναμιν.

Ἢ μεθ' ἑτέρου. Ἢ ὡς μετὰ νοῦ διανοίας ὡς ἐπὶ B τὸ πλεῖστον.

Οὐκ ἀφαντάστους. Ἀλλὰ συμπεπλεγμένας τῇ φαντασίᾳ.

Εἰ δή τις. Χωρὶς εἰ μή τις.

Ἐν ἀκαρεῖ. Ὥσπερ οἱ θεῖοι προφῆται καὶ ὁ θεῖος Παῦλος ἐν ἐκστάσει γενόμενοι. Τότε γὰρ ὁ νοῦς τρόπον τινὰ τῆς ὕλης ἔξω γενόμενος, καὶ ὑπερβὰς τὸ σῶμα ἀποῤῥήτως, ὁρᾷ κατὰ φύσιν τοῦ νοῦ ἀπλανῶς. Διὰ τοῦτό φησι καὶ ὁ θεῖος Παῦλος, *Οἶδα ἄνθρωπον, εἴτε ἐν σώματι οὐκ οἶδα, εἴτε ἐκτὸς τοῦ σώματος οὐκ οἶδα*, καὶ τὰ ἑξῆς.

Ἐν ἀκαρεῖ ποτε. Ἐν ἀκαριαίῳ καὶ ἀδιαστάτῳ καὶ λίαν βραχυτάτῳ.

deorum ac dæmonum differentiam esse dixerunt: ac deos quidem majores appellarunt, dæmonas autem inferiores. Sed Synesius aliquando inter illos assignat discrimen, interdum vero indifferenter utitur istis nominibus.

Cuncta dæmonum genera. Sed omnia dæmonum genera, inquit, quæ in hoc mundo versantur, hanc vitam sortita sunt, quæ nimirum vim sentiendi habeat. Nam ut summatim loquar, illa dæmonum genera solæ sunt imaginationes.

Secundum totam ipsorum essentiam. Prout eorum essentia creata est.

Et imaginaria sunt. Idola, inquit, et simulacra quæ sunt corporis expertia, habent utique quidpiam crassitudinis, alia plus, alia minus. Videtur itaque hic Synesius Democriti et Sexti opinionem et aliorum Græcorum sequi. Asserunt enim illi esse quædam dæmonia circa terram et aerem, crassitiem quidem habentia et coagmentationem affectionemque, humanis oculis invisibilia, qui quidem sani sint, quæ et spectra vocant, propterea quod incolumem retinent et conservant, opinor, quamdam figuram et inanem speciem ac similitudinem angelicæ et a materia semotioris naturæ, ex qua lapsa sunt, et corruptu quidem difficilia, sed non perpetuo immortalia, eorum nonnulla noxia et maligna sunt, alia vero benefica. Aiunt itaque eadem propius ad homines accedere, eisque se adjungere, ipsis potissimum dormientibus, ac prædicere multa quæ eventura sint; fieri quidem certe hujusmodi C prædictiones a bonis dilucidas, et animi alacritatem moventes, sed a noxiis et infestis contrarias. At hominis phantasia non est circulus, sed latente quadam vi figuras rerum extrinsecus fluentium recipiens subjicitur, haud secus atque liber, qui ab intelligentia legitur ac perlustratur, et in rebus apertis et conspicuis domestice ipsa seipsam docet ea quæ admittere fas est, sed in obscuris sibi etiam asciscit intellectuales animæ vires, et fit veluti consilii captandi receptaculum de rebus agendis. Etenim intelligentia nisi ab imaginatione meditationes mutuetur, non obtinent circa genitam ac fragilem rerum naturam ullam efficaciam.

Per ipsam. Facultatem utique vel potentiam.

Cum alio. Id est, cum mentis intelligentia ut D plurimum.

Visionis expertes. Sed phantasiæ connexas.

Nisi quispiam. Hoc excepto.

In minimo temporis puncto. Quemadmodum divini prophetæ, ac divus Paulus, repentino quodam mentis excessu extra se rapti. Tunc enim mens ipsa quodammodo extra materiam posita, et prætergressa corpus, occulte cernit secundum naturam mentis sine ullo errore. Eam ob causam ait divus Paulus[1]: *Scio hominem, sive in corpore, sive extra corpus nescio*, et reliqua.

In minimo temporis puncto. In modico, continuo, sive ulla intermissione facto et brevissimo.

[1] II Cor. XII, 2.

Ἔσχεν εἴδους. Ἢ ὡς θείας ἐλλάμψεως. A

Τὸ δὲ ὑπερκύψαι. Ἢ ὡς τὴν νόησιν ὑπερβῆναι τὴν φαντασίαν.

Χαλεπόν. Ὅσον γάρ ἐστι χαλεπὸν, τοσοῦτον καὶ εὔδαιμον τὸ ὑπερκύψαι.

Φησί. Ὁ Πλάτων.

Τὴν ἀφάνταστον. Τὴν νοεράν.

Προβεβλημένη. Προτιθεμένη καὶ φαινομένη.

Τό γέ τοι πνεῦμα. Τὴν φαντασίαν ποτὲ μὲν φανταστικόν φησι πνεῦμα, ποτὲ δὲ ψυχικὸν πνεῦμα, ποτὲ δὲ σῶμα πρῶτον ψυχῆς, ποτὲ δὲ πνευματικὴν ψυχὴν, ποτὲ δὲ κοινὸν ὅρον ψυχῆς καὶ σώματος.

Ψυχικόν. Ἢ ὡς τὸ φανταστικόν.

Οἱ εὐδαίμονες. Οἱ τῶν Αἰγυπτίων ἱερογραμματεῖς. B

Καὶ δαίμων. Κατὰ τὴν ἑαυτοῦ προφῆχησιν.

Ποινάς. Κολάσεις.

Ἐν τούτῳ. Ἀνταποδίδωσι.

Χρησμοί τε. Παλαιοί.

Ὄναρ φαντασίαις. Οἷος γὰρ ὁ βίος ἑκάστῳ, τοιαῦται καὶ ὄναρ φαντασίαι, καὶ κατὰ τὸ εἰκὸς αὐτῷ ἕπονται, οἱονεὶ μεθημερινῶν φροντίδων ἀπηχήματα οὖσαι· καὶ οἷαι αἱ ὄναρ φαντασίαι, τοιαύτην εἰκὸς καὶ τὴν κατάστασιν μετὰ τὴν τοῦ σώματος ἀπαλλαγὴν εὑρίσκειν ἐκεῖ τὴν ψυχήν.

Ἐκεῖ διεξαγωγήν. Ζήτει λόγον τοῦ Πλάτωνος, ὃν ἐπιγράφει *Φαίδωνα.*

Καὶ ἡ φιλοσοφία. Φησὶ γὰρ ὁ Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς λόγῳ ἀπὸ προσώπου τοῦ Σωκράτους, ὅτι Πολλὴ ἐλπὶς ἀφικομένῳ τινὶ, οὗ ἐγὼ πορεύομαι, ἱκανῶς ἐκεῖ, εἴπερ που ἄλλοθι, κτήσασθαι τοῦτο, οὗ ἕνεκα ἡμῖν ἡ πολλὴ πραγματεία ἐν τῷ παρόντι βίῳ γέγονεν· ὥστε ἥ τε ἀποδημία ἡ νῦν ἐμοὶ προστεταγμένη μετὰ ἀγαθῆς ἐλπίδος γίνεται, καὶ ἄλλῳ ἀνδρὶ ὃς ἡγεῖταί οἱ παρασκευάσασθαι τὴν διάνοιαν ὥσπερ κεκαθαρμένην. Κάθαρσις δὲ αὐτῆς τὸ χωρίζειν ὅτι μάλιστα ἀπὸ τοῦ σώματος τὴν ψυχὴν, καὶ ἐθίζειν αὐτὴν πανταχόθεν ἐκ τοῦ σώματος συναγείρεσθαί τε καὶ συναθροίζεσθαι ὥσπερ ἐκ δεσμῶν.

Καὶ ἡ φιλοσοφία. Ἡ τοῦ Πλάτωνος, καὶ ὅσοι κατ' ἐκεῖνον σύμφωνοι.

Εἶναι δευτέρων. Τῶν μετὰ θάνατον.

Τοὺς πρώτους. Περὶ οὓς ἐνταῦθα ἡ φαντασία ἐνασχολεῖται.

Αὐτό. Τὸ φανταστικόν.

Ἐναπομοργνυμένης. Καὶ οὖν τῆς χείρονος ἕξεως.

Κηλῖδα. Ἀφιείσης εἰς αὐτὸ ῥύπον.

Pag. 138. *Αἴρεται.* Τὸ φανταστικόν.

Θερμότητα. Ἃ προσγίνονται διὰ νηστείας, καὶ ἀγρυπνίας, καὶ ταπεινώσεως.

Contrectationem habuerit formæ materiæ expertis. Nempe doctrinæ divinitus inspiratæ.

Super phantas. prospicere. Ut cum intelligentia transgreditur phantasiam.

Arduum est. Quanto res est difficilior, tanto beatior ultra imaginationis facultatem prospicere.

Ait. Plato.

Imaginatione privatam. Ratione et intelligentia præditam.

Objecta. Nobis exhibita et in conspectum nostrum veniens.

Is quippe spiritus. Imaginationem aliquoties vocat spiritum phantasticum, aliquando animalem spiritum, interdum corpus primum animæ, nonnunquam spiritualem animum, quandoque vero communem terminum corporis et animæ.

Animalis. Nempe phantasticus.

Felices. Apud Ægyptios sacri scriptores.

Genius. Secundum ejus habitum.

Pœnas. Castigationes, emendationes.

In eo luit. Retribuit.

Oracula. Prisca.

Visionibus. Qualis est enim cujusque vita, tales etiam inter dormiendum imaginationes, et consentaneæ eum sequuntur, quæ veluti diurnarum curarum reliquiæ extremaque vestigia sunt. Et cujusmodi sunt in quiete imagines, par et consentaneum quoque est, ut talem pariter constitutionem post migrationem et corporis interitum illic anima reperiat.

Animi vitam. Platonis sermonem inquire, quem C *Phædonem* inscripsit.

Et philosophia. Ait enim Plato in illa de animi immortalitate oratione sub Socratis persona: Quoniam magna vehemensque spes est cuipiam illuc eunti, quo ego proficiscor, si alicubi, illic etiam affatim ac sufficienter ejus rei se compotem fieri, cujus gratia in hac præsenti et caduca vita tam assidua frequentiaque suscipimus negotia. Quocirca hæc migratio in præsentia mihi injuncta atque præscripta cum bona spe contingit, eamque libenter suscipio. Similiter quivis alius qui putat suam mentem velut expiatam, et vitiorum inquinamentis ac sordibus purgatam. Ejus porro lustratio et expiatio est, ut quam maxime animum a corpore segregemus, et eum assuefaciamus undecunque D extra corpus colligi et convocari, tanquam vinculis solutus sit.

Et philosophia. Scilicet Platonis, et eorum qui idem cum illo sentiunt, quotquot sunt.

Secundarum. Earumque post mortem eveniunt.

Privas vivendi rationes. Circa quas in hujus vitæ caducæ curriculo imaginandi facultas occupatur.

Eum. Spiritum phantasticum.

Abstergentis. Et pejoris igitur habitus.

Squalorem. In eum emittentis immundam illuviem.

Elevatur. Spiritus phantasticus.

Propter calorem. Quæ interveniunt propter jejunia, vigilias, necnon humilitatem animique abjectionem.

Καὶ τοῦτο ἄρα. Αἱ περὶ τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς δυνάμεις πλείονες οὖσαι, ἐν μόνῃ τῇ διανοητικῇ κοινωνοῦσι τῷ θείῳ, ἣν δὴ κατὰ τὸ εἰκὸς ὁ Πλάτων καὶ πτερὸν προσηγόρευσεν, ἅτε ἀνάγουσαν ἀπὸ τῶν θνητῶν καὶ ἐπιγείων τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ οὐράνια καὶ θειότερα, καὶ οὐκ ἐῶσαν μολύνεσθαι τὸ φανταστικὸν αὐτῆς ταῖς ὑλικαῖς προσπαθείαις.

Καὶ τοῦτο ἄρα. Τοῦτ' ἔστιν ἡ τοῦ φανταστικοῦ κάθαρσις.

Χηραμοῖς. Τοῖς βυθοῖς.

Τῆς γῆς ἐνδύεται. Ἐπειδήπερ ὁ σοφὸς οὗτος Συνέσιος αἱρεσιώτης, ὡς εἰρήκειμεν, ἐστὶ κατὰ πάντα τοῦ Πλάτωνος, κἀνταῦθά τε ταῖς πλείοσι τῶν ἐκείνου χρῆται δοξῶν, δίκαιον ἂν εἴη καὶ τὰς ἐκείνου ῥήσεις ἐνταῦθα ἐκθεῖναι ἀντ' ἄλλης τινὸς ἑρμηνείας. Φησὶν οὖν ἐκεῖνος ἐν τῷ *Φαίδωνι* περὶ τῆς μεμιασμένης καὶ ἀκαθάρτου ψυχῆς, ὅτι διειλημμένη ἐστὶ ὑπὸ τοῦ σωματοειδοῦς, ὃ αὐτῇ ἡ ὁμιλία τε καὶ συνουσία τοῦ σώματος διὰ τὸ ἀεὶ ξυνεῖναι, καὶ διὰ τὴν πολλὴν μελέτην ἐποίησε ξύμφυτον. Ἐμβριθὲς δὲ οἴεσθαι χρὴ τοῦτο εἶναι καὶ βαρὺ, καὶ γεῶδες, καὶ ὁρατόν· ὃ δὴ καὶ ἔχουσα ἡ τοιαύτη ψυχὴ, βαρύνεται καὶ ἕλκεται πάλιν εἰς τὸν ὁρατὸν τόπον φόβῳ τοῦ ἀειδοῦς τε καὶ ᾅδου, ὥσπερ λέγεται περὶ τὰ μνήματά τε καὶ τοὺς τάφους καλινδουμένη, περὶ ἃ δὴ καὶ ὤφθη ἄττα ψυχῶν σκιοειδῆ φαντάσματα, οἷα παρέχονται αἱ τοιαῦται ψυχαὶ εἴδωλα, δίκην τίνουσαι τοῦ προτέρου βίου κακοῦ ὄντος· καὶ μέχρι τούτου πλανῶνται, μέχρις ἂν τῇ τοῦ ξυνεπακολουθοῦντος σωματοειδοῦς ἐπιθυμίᾳ πάλιν ἐνδεθῶσιν εἰς σῶμα· ἐνδοῦνται δὲ ὥσπερ εἰκὸς εἰς τὰ τοιαῦτα ἤθη, ὁποῖά ποτ' ἂν καὶ μεμελετηκυῖαι τυγχάνωσιν ἐν τῷ βίῳ· οἷον τοὺς μὲν γαστριμαργίας τε καὶ ὕβρεις καὶ φιλοποσίας μεμελετηκότας εἰς τὰ τῶν ὄνων γένη καὶ τῶν ὁμοίων θηρίων εἰκὸς ἐνδύεσθαι· τοὺς δέ γε ἀδικίας τε καὶ τυραννίδας καὶ ἁρπαγὰς προτετιμηκότας εἰς τὰ τῶν λύκων τε καὶ ἱεράκων καὶ ἰκτίνων γένη· τοὺς δὲ τὴν πολιτικήν τε καὶ δημοτικὴν ἐπιτετηδευκότας ἀρετὴν, ἣν δὴ καλοῦσι σωφροσύνην τε καὶ δικαιοσύνην ἐξ ἔθους καὶ μελέτης γεγονυῖαν, ἄνευ φιλοσοφίας καὶ νοῦ εἰκός ἐστιν τοιοῦτον πάλιν ἀφικνεῖσθαι πολιτικὸν καὶ ἥμερον γένος, ἤ που μελιττῶν, ἢ σφηκῶν, ἢ μυρμήκων, ἢ καὶ εἰς ταυτό γε πάλιν τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ γίνεσθαι ἐξ αὐτῶν ἄνδρας μετρίους εἰκός· εἰς δέ γε Θεοῦ γένος μὴ φιλοσοφήσαντι καὶ καθαρῷ παντελῶς ἀπιόντι οὐ θέμις ἀφικνεῖσθαι ἀλλ' ἢ τῷ φιλομαθεῖ· φιλομαθῆ δὲ τὸν φιλόσοφον λέγει, ὡς φιλοπράγμονα καὶ ἐρευνητικὸν περὶ τὴν φύσιν τῶν ὄντων.

Κακοδαίμων. Δυστυχής.

Πόνῳ. Καὶ κολάσεσι διὰ χρόνου.

Καθηραμένην. Τὴν φαντασίαν.

Et is utique spiritus. Potentiæ quæ plures sunt circa corpus animi, in unica duntaxat intelligendi et ratiocinandi vi cum supremo numine menteque mundi moderatrice communicant, quam sane jure optimo Plato quoque alam nuncupavit, nimirum deducentem a fragilibus, et interitui obnoxiis rebus atque terrenis animum ad cœlestes, et diviniores, neque sinentem labefactari conspurcarique suam imaginationem materialibus affectionibus.

Et illud rursus. Nimirum imaginationis purgatio.

Terræ cavernas. Imos gurgites.

Ingreditur. Quandoquidem solers hic noster Synesius, sicuti diximus, omnibus in rebus Platonis est acerrimus sectator, hic quoque permultis ab illo desumptis utitur sententiis, æquum fuerit illius dicta hoc in loco exponere pro alia quavis interpretatione. Ergo, inquit ille in *Phædone*, de anima polluta et impura verba faciens, quod contagione corporea infecta involutaque sit, quam ipsa consuetudo congressusque cum corpore, propter continuam familiaritatem, cultumque assiduum congenitam et geminam effecit. Ponderosum vero id putandum est, grave, terrenum et visibile, quo cum præpedita sit talis anima, gravatur atque trahitur rursum in locum visibilem formidine tenebrosi, caliginosi et in orco occulti, quemadmodum fertur circa monumenta sepulcraque assidue versatur, circa quæ profecto jam nonnulla apparuerunt animarum umbrosa phantasmata, qualia præferunt et exhibent simulacra tales animæ, pœnas luentes vitæ facinorosæ anteactæ. Itaque tandiu circumvagantur, quoad cupiditate naturæ corporeæ comitante, rursus induant corpus. Induunt autem, ut verisimile est, ejusmodi mores, quales in vita exercuerunt. Veluti eos qui ventris ingluviei dediti fuere, et contumeliis, flagitiis, compotationibusque vacantes inertem atque lascivam vitam egere, nec quidquam pensi pudorisque habuere, consentaneum est asinorum et similium belluarum corpora subire : eos vero qui injurias, tyrannides, rapinas præ cæteris secuti sunt, in luporum, accipitrum, milvorumque genera migrare par es, neque alio transire dicendum est; eos porro qui civilem popularemque virtutem, quam temperantiam et justitiam nominant, ex consuetudine et exercitatione acquisitam absque philosophia mentisque sagacitate exercuere, decens est hos in tale quoddam genus iterum civile ac mansuetum demigrare quodammodo, apum, vesparum aut formicarum, deinceps in idem rursus genus humanum, modestosque ex illis homines fieri congruum est. Sed in deorum genus nulli fas est pervenire, nisi illis qui discendi cupiditate flagrantes philosophati sunt, et puri omnino ex hac vita migrarunt. Discendi cupiditate flagrantem vocat philosophum, veluti curiosum et scrutatorem naturæ eorum quæ reipsa sunt.

Infelix. Misera, calamitosa.

Labore. Et castigationibus post longum diuturnumque tempus.

Ut animus purgatus emergat. Scilicet phantasticus.

Γενομένη γάρ. Ἡ ὡς ἐξ ἀρχῆς εἰς ὕπαρξιν ἐλθοῦσα ἡ φανταστικὴ ψυχή. A

Τοῖς χείροσι. Τοῖς ὑλικοῖς.

Τοῖς κρείττοσιν. Τοῖς νοεροῖς.

Ἣν δανείζεται. Ταύτην τὴν φανταστικὴν ψυχήν.

Ἀπὸ τῶν σφαιρῶν. Σφαῖραι ἐνταῦθα νοητεύονται ἀπὸ τῆς πρώτης καὶ ἀνάστρου πάσης μέχρι τῆς σεληνικῆς.

Κατιοῦσα. Ἡ λογικὴ καὶ νοερά.

Τῷ σωματικῷ. Τούτῳ τῷ ἀπὸ τῆς σεληνικῆς σφαίρας μέχρι τῆς γῆς τῷ γινομένῳ καὶ φθειρομένῳ.

Ἢ συναγαγεῖν. Μεθ' ἑαυτῆς καὶ τὴν φανταστικὴν ψυχὴν

Μόλις μὲν γάρ. Σπανίως μὲν γίνεται τοῦτο τὸ ἀφεῖναι. B

Ἀλλὰ γένοιτ'. Ἀλλ' ὅμως ἐγχωρεῖ γενέσθαι ποτὲ καὶ τοῦτο.

Μὴ συνεπόμενον. Τὸ φανταστικὸν πνεῦμα.

Οὐ γὰρ θέμις. Οὐ γὰρ πρέπον ἐστὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνοις ἀπιστεῖν. Πρώτως ἐγνωσμέναι εἰσὶν αἱ τελεταί. Τελετὰς δέ φησι τὰ μυστικὰ καὶ ἱερὰ δόγματα.

Αἰσχρά. Κατησχυμμένη, ἄδικος.

Ἐπάνοδος. Ταῖς λογικαῖς ψυχαῖς ἐκείναις.

Τὸ ἀλλότριον. Τοῦτ' ἔστι φανταστικὴν ψυχήν.

Ἄνωθεν. Ἐκ τῶν σφαιρῶν, ὡς προέφη.

Καὶ τοῦτο. Καὶ ταυτὸ μὲν, φησὶ, τὸ δυνηθῆναι λογικὴν ψυχὴν ἀφεῖναι τὸ φανταστικὸν πνεῦμα βαρυνθὲν κάτω, καὶ ἀνελθεῖν ἐλευθέραν τῆς ὑλικῆς σχέσεως αὐτὴν πρὸς τὰ μετέωρα, δῶρον ἂν εἴη Θεοῦ τε συναιρομένου τρόποις ἀῤῥήτοις, καὶ τελετῆς, τοῦτ' ἔστι μυστικῆς καὶ θειοτέρας διδασκαλίας παιδαγωγούσης καὶ σωφρονιζούσης αὐτήν· πλὴν οὐ πολλαῖς ἂν γένοιτο τοῦτο ψυχαῖς, ἀλλὰ μόλις μιᾷ τινι, ἢ καὶ δευτέρᾳ· ὅμως καὶ ταύτης τῇ ἀνόδῳ μέμφεται. Αἰσχρὰν γὰρ ἔφη, καὶ κατησχυμμένην αὐτὴν, ὡς ἄδικον φανεῖσαν, διὰ τὸ μὴ ἀποδιδόναι τὸ ἀλλότριον, ὅθεν ἠρανίσατο.

Φύσιν δέ. Τοῦτ' ἔστι, φυσικὸν δὲ ἐστι τοῦτο

Ψυχήν. Λογικήν.

Ὁμοῤῥοθεῖν. Ἀκολουθεῖν ἑκουσίως.

Ἕλκειν. Ἄκουσαν.

Ἕλκεσθαι. Ἄκον.

Ὑπὸ κάκης. Ὑπὸ τῆς ὑλικῆς προσπαθείας.

Ἐφεῖσαν. Ἐνδοῦσαν.

Καὶ τοῦτ' ἔστιν. Παραινοῦσι γὰρ τὰ Χαλδαϊκὰ λόγια ἄνω τείνειν διηνεχῶς τὸν νοῦν πρὸς Θεὸν, καὶ μὴ παραχωρεῖν αὐτὸν κάτω νεύειν εἰς τὸν περίγειον κόσμον, ἔνθα οὐδὲν πιστὸν, ἢ βέβαιον, ἀλλὰ πάντα μάταια καὶ ψευδῆ. Σκοπεῖν δὲ χρὴ πῶς μελαναυγέα ὠνόμασε τὸν περίγειον κόσμον τοῦτον, ὃν εἴρηκε καὶ ἀμφικνεφῆ· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ ᾅδην

Exorta enim. Quia principio in substantiam et vitam accedit anima phantastica.

Cum pejoribus. Cum materialibus, crassis, et C carnalibus.

Ac melioribus. Ut intelligendi vi præditis, et a materia sejunctis.

Quam mutuatur. Videlicet phantasticam animam.

E globis cœlestibus. Hoc in loco globi cœlestes omnino cernuntur et ratione intelliguntur ab omni prima sphæra astris carente usque ad lunarem.

Descendens. Rationalis et intellectualis animæ potentia.

Corporeo mundo. Eo, inquit, mundo qui continetur a lunari circulo ad terram usque profluente, ortui et interitui obnoxio.

Sibi conciliet. Secum imaginariam animæ potentiam. D

Vix enim. Raro enim istud evenit ut se invicem dimittant ac deserant.

Sed fieri possit. Aliquoties tamen contingere solet ut istud fiat.

Minime parentem. Nempe spiritum phantasticum.

Haud quippe fas est. Non enim decorum est homini illas respuere : In primis compertæ et cognitæ sunt hujusmodi expiationes. Expiationes porro sive cæremonias dicit mystica, arcana et sacra dogmata.

Turpis. Pudore oppressus, injustus.

Reditus. Illis animis rationis compotibus.

Alienum. Hoc est animæ partem quæ in phantasia et imaginatione consideratur.

Desuper. E globis cœlestibus, ut supra dixit.

Et istud. Istud quidem, inquit, nempe illam animæ partem, quæ intelligentiæ et rationis est particeps, posse missum facere spiritum phantasticum ingravescentem et immodico pondere ad inferiora loca tendentem, eamque materiali habitu ac movente affectu liberatam ascendere ad sublimiora domicilia, Dei munus fuerit, abditis et silentio prætermittendis rationibus, cæremoniæque eamdem sublevantis ac erigentis, hoc mysticæ diviniorisque disciplinæ ipsam moderantis ac refrænantis. Verum istud perpaucis contingat animis, imo vix uni cuidam, et alteri, verumtamen de ejus ascensu conqueritur. Turpem enim ac fœdatam eam dicit, ut quæ injusta apparet, eo quod alienum non reddiderit, unde emendicaverat.

Animo. Rationali.

Adjumento sit. Eum sua sponte comitetur.

Trahat. Invitum ac immorigerum spiritum phantasticum.

Trahatur ab eo. Invitus.

Improbitate. A materiæ vehementi affectu.

Qui indulserit. Concesserit.

Et istud est. Nos quippe adhortantur oracula Chaldaica, ut identidem sursum extendamus, mentemque elevemus ad Deum, ne ipsa prona se recipiat deorsum in mundum terræ propinquiorem, ubi nihil fidum ac stabile est, verum omnia futilia, vana et fallacia. Sed considerare fas est qua ratione obscurum, atrum, ac nigricantem vocaverit mundum hunc, quem undecunque caliginosum dixit ; nec vero solum sed etiam ipsum Orcum no-

αὐτὸν ὀνομάζει· τὸν γὰρ ᾅδην πολλαχῶς καλοῦσι Χαλδαῖοι. Θεόν τε γὰρ ἡγοῦνται τοῦτον, καὶ τῆς ἐσχάτης καὶ περιγείου λήξεως ἀρχηγόν. Ἔστι δ' ὅτε καὶ τὸν ὑπὸ σελήνην κόσμον, ὃν ἀμφικνεφῆ φασι, καὶ τοῦτον ᾅδην καλοῦσι· ποτὲ δὲ αὐτὴν τὴν σεληνιακὴν σφαῖραν, ἣν καὶ μεθόριον τίθενται τοῦ τε αἰθερίου κόσμου καὶ τοῦ ὑλαίου. Βυθὸν δέ φασι τὴν ὕλην, ἣν ἐν τῷ ὑπὸ τὴν σελήνην τόπῳ τάττουσι.

Ὁ δεδίττεται. Ἐκφοβοῦσι τὰ ἱερὰ τῶν Χαλδαίων λόγια.

Νοερόν. Τὴν ψυχήν φησιν, ὡς ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχουσαν.

Ἄπιστος. Ἀβέβαιος.

Ἀμφικνεφής. Σκοτεινός.

Ῥυπόων εἰδωλοχαρής. Χαίρων τοῖς εἰδώλοις, ἢ θεοὶ οἰκοῦσι, καὶ ἐνδιαιτῶνται οἱ ὑλικώτεροι δαίμονες· καὶ τὸ φανταστικόν, φησί, πνεῦμα παχυνθέν.

Ἔμπληκτος. Οἱονεὶ ἐμβρόντητος.

Τῷ δὲ εἰδώλῳ. Εἴδωλον κἀνταῦθα τὴν φαντασίαν λέγει, ἣ ψυχικὸν πνεῦμα οὖσα καὶ λεπτόν, ὅμως διὰ μοχθηρίαν προαιρέσεως ἐνίοτε ἔσχε παχύτητα τοιάνδε, ἢ τοιάνδε, ἣν φησι ποιὰν τοῦ πνεύματος σύστασιν· καὶ τότε δὴ γίνεται καὶ αὐτὴ εἴδωλον, τοῦτ' ἔστιν ὅμοιον τοῖς εἰδωλικοῖς ἐκείνοις δαίμοσιν.

Ἡ κάτω. Ἣν μελαναυγέα κόσμον ἀνωτέρω εἶπεν.

Ὁμοίῳ γάρ. Ἐπεὶ γὰρ τὸ φανταστικὸν πνεῦμα, ἀντὶ τοῦ φέρειν εἰκόνα ψυχῆς, καὶ εἶναι εἴδωλον αὐτῆς, ἐγένετο μᾶλλον ἐκ παρατροπῆς εἴδωλον ὅμοιον δαίμοσιν ὑλαίοις, εἰκότως καὶ συνήδεται τῇ τούτων συνδιαιτήσει.

Εἰ δὲ ἕν. Εἰ δὲ συγκατηνέχθη τῇ φαντασίᾳ καὶ ὁ νοῦς, καὶ ἐγένοντο ἕν τι πρᾶγμα ἐξ ἀμφοτέρων.

Καὶ ὁ νοῦς. Ἴσως ἂν καὶ ὁ νοῦς εἰδωλικώτερος γενόμενος καὶ παχύτερος δέξαιτο τὸ συνήδεσθαι.

Καίτοι τοῦτο κακῶν. Τὸ μὴ ἐπαισθάνεσθαι, φησί, κακοῦ παρόντος, ἀλλὰ συνήδεσθαι αὐτῷ ὡς χρηστῷ, κακῶν εἴη τὸ μέγιστον. Τὸ γὰρ συνήδεσθαι τοῖς τοιούτοις καὶ μὴ αἰσθάνεσθαι τῶν μηδὲ ἀνακύψαι καὶ διόρθωσιν λαβεῖν ζητούντων ἐστί. Τίθησι δὲ εἰς ὑπόδειγμα καὶ τὸν σκίῤῥον· σκίῤῥος γάρ ἐστι ῥύπος δυσέκπλυτος, καὶ δυσαπόνιπτος. Δοκεῖ δὲ ἀσαφὲς τοῖς πολλοῖς τὸ ῥητόν, διότι συντομίᾳ χρώμενος ὁ Συνέσιος, οὐκ ἐπλάτυνε τὸ τοιοῦτον ὑπόδειγμα, ἀλλὰ συνέπλεξε τῷ κειμένῳ. Σαφέστερον ἂν ἦν, εἰ οὕτως ἔλεγεν, ὅτι Ὥσπερ ὁ σκίῤῥος, εἰσδυόμενος εἰς βάθος τοῦ ὑποκειμένου τινὸς σώματος, δυσέκπλυτος γίνεται, καὶ δευσοποιὸς καὶ δυσαπόνιπτος· οὕτω καὶ ἡ προσπάθεια τῆς ὕλης καταβαπτίσασα τὸν νοῦν, καὶ εἰς βάθος εἰπεῖν κατασχοῦσα τοῦτον, καὶ οἱονεὶ παχύτερον καταστήσασα, κλέπτει διὰ τῆς ἡδονῆς τὴν αὐτοῦ συγκατάθεσιν, καὶ τὴν γῆν, καὶ οὐκ ἐᾷ ὑπόμνησιν λαβεῖν ἢ ἐνθύ

minat. Nam Orcum seu Tartarum vario vocant Chaldæi; Deum enim eum existimant, et extremæ terræque adjacentis hæreditatis, quæ ei sorte contigit, principem. Interdum vero mundum qui in concavo lunæ continetur, quem omni ex parte nebulosum asserunt, et hunc infernum vocitant. Interdum autem ipsam lunarem sphæram, quam conterminam et confinem statuunt mundi ætherii et in materia luxuriantis. Materiam porro profunditatem dicunt, quam in loco sub luna sito determinant.

Territant. Perterrefaciunt sacra Chaldæorum oracula.

Rationis capax. Animam dicit quæ vitam et substantiam a Deo consecuta est.

Infidus. Inconstans et instabilis.

Spectris et imaginibus gestiens. Ex idolis voluptatem percipiens, ubi dii habitant, et versantur dæmones in materiæ illuviem procliviores: et hunc spiritum phantasticum, pinguem, crassumet obesum dicit.

Vita stolida. Ceu attonita.

Simulacro vero. Simulacrum hoc in loco phantasiam dicit, quæ animalis spiritus ac subtilis cum sit, nihilominus ob electionis et consilii pravitatem, aliquoties hanc habet crassitiem et obesitatem, aliquoties illam, quam vocant quamdam spiritus constitutionem; et tunc profecto ipsa efficitur idolum, id est, compar et similis idoliciis ac umbrosis istis dæmonibus.

Ima regio. Quam hactenus mundum caliginosum et tenebrosum dixit.

Simile quippe. Quia enim spiritus phantasticus cum referre animi imaginem debuerit, et esse ejusdem simulacrum, evasit potius ob depravationem in idolum simile materialibus dæmonibus, ac merito horum sodalitio familiaritateque oblectatur.

Quod si unum. Si vero mens ruat ac delabatur cum phantasia, et fiat una quædam ex ambobus.

Mens etiam. Mens fortassis ad idolorum naturam propius accedens et obesior, non repudiaverit communem ejusmodi oblectationem.

Malorum hoc extremum est. Non sentire, inquit, præsens malum, sed eo veluti commodo ac facili delectari, malorum omnium fuerit maximum. Nam talibus gratulari, et ea non sentire, eorum est qui neque emergunt ex tenebris, neque emendationem perquirere volunt. Scirrhum porro in exemplum adducit. Est enim scirrhus illuvies fœda et abstersu difficilis. Videtur autem hoc dictum permultis obscurum, propterea quod brevitate concisa utens Synesius, tale exemplum non dilatavit, sed contexuit et accommodavit proposito. Apertius autem fuisset, si ita dixisset: Quod quemadmodum scirrhus interiores subjecti cujusdam corporis partes subiens, ablutu atque purgatu difficilis et indelebilis redditur, sic magnus ille et inhærescens affectus mentem in profundam abyssum, ut ita loquar, demergens, camque detinens, et veluti

μησιν σωτηρίας καὶ ἀποχῆς τοῦ πάθους. Ὅμως εὑ- A ρίσκεται φάρμακον ἀναγωγικὸν καὶ σωτήριον, ἡ μετάνοια· ἡ γὰρ μετάνοια καὶ μεταμέλεια δυσχεραίνοντος ἀνθρώπου ἐστὶ καὶ μισοῦντος τὴν κατασχοῦσαν κακίαν. Τὸ δὲ μισεῖν τὴν κακίαν ἐκ τῆς βουλήσεως ἔχει τὰς ἀρχὰς, ἥτις βούλησίς ἐστι ῥίζα καὶ θεμέλιος πάντων τῶν δρωμένων καὶ λεγομένων· καὶ πρὸς αὐτὴν ὀρέγουσι καὶ ἐκτείνουσι τὰς αἰτίας καὶ ἀρχάς. Ἂν γὰρ μὴ συντρέχῃ ἡ βούλησις, ἄψυχος μένει πᾶσα διδασκαλία καὶ μάθησις, καὶ ἐλλιπής. Ἂν γὰρ διδάσκῃ μὲν ὁ διδάσκων, μὴ βούληται δὲ ἡ τοῦ διδασκομένου βούλησις, κολοβὸς γίνεται ἡ διδασκαλία· καὶ διὰ τοῦτο χρειώδης ἐστὶν ὁ βίος ὁ συγκεκραμένος τοῖς λυπηροῖς.

PAG. 139. *Καὶ διὰ τοῦτο.* Διὰ τοῦτο γοῦν εὑρίσκεται φάρμακον ἀναγωγικὸν καὶ σωτήριον ἡ μετά- B νοια, τοῦτ' ἔστιν ἡ μεταμέλεια, καὶ ἡ τοῦ πράγματος κατάγνωσις.

Ταύτῃ γάρ. Τοῦτ' ἔστι πρὸς ταῦτα ἁπλοῦσι τὰς χεῖρας αἵ τε πράξεις καὶ οἱ λόγοι, ἢ ὡς τὰς αἰτίας καὶ τὰς ἀρχάς.

Ἄψυχος. Ἀνίσχυρος.

Κολοβός. Ἐλλιπής.

Συνθήματος. Τῆς σῆς βουλήσεως, συγκαταθέσεως.

Ὄντων αἱ κράσεις. Τὸ συγκεκρᾶσθαι τὰ ἡδέα τοῖς λυπηροῖς.

Ἐμπλήκτου. Παραλόγου.

Χαρᾶς. Ἡδονῆς.

Παρ' ἀξίαν. Παρὰ τὸ εἰκὸς, καὶ ἔξω τοῦ δέοντος λεγόμεναι παρὰ τοῖς πολλοῖς.

Συμφοραί. Ὥσπερ ἄλλαι πολλαὶ τῶν λέξεων ἐπ' ἄλλαις τισὶ σημασίαις ἐκλαμβανόμεναι πρότερον, ἄλλως ἐξελήφθησαν παρὰ τοῖς ὕστερον, οὕτω καὶ ἡ συμφορὰ μέση λέξις οὖσα πρότερον, καὶ ἐκλαμβανομένη καὶ ἐπὶ τοῦ συμφέροντος, ὡς τὸ, *Ἐπὶ συμφοραῖς γεγηθὸς ἕρπει δάκρυον ὀμμάτων ἄπο,* ἐπὶ κακοῦ μόνον παρὰ τοῖς ὕστερον ἐκλαμβάνεται, καὶ κακίζεται παρὰ τὸ εἰκὸς καὶ παρὰ τὴν ἀξίαν. Τῇ γὰρ ἀληθείᾳ οὐ κακῶν αἰτίαι εἰσὶν αἱ συμφοραὶ ἀλλὰ παιδαγωγίας καὶ φρονήσεως· τοὐναντίον δὲ μᾶλλον θρυλλούμεναι εὐτυχίαι εἰσὶν αἴτιαι κακῶν.

Συμβάλλ. Συνεργοῦσι.

Τὴν σχέσιν. Τὴν προσπάθειαν.

Πρώτη πρόνοια. Γρ. Ἡ ἄνω. Πρώτην πρόνοιάν φησι τὴν τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ δικαίαν διεξαγωγὴν καὶ διοίκησιν, ἀντιδιαστέλλων ἐκ τῶν ἄλλων. Οἱ γὰρ Ἕλληνες ἔμψυχα δοξάζοντες ἥλιον, καὶ σελήνην, καὶ ἀστέρας, καὶ προνοεῖσθαι ἔφασκον τῶν ἐπιγείων οἴκοθεν καὶ αὐτούς.

Διὰ τούτων. Τῶν συμφορῶν.

Τοῖς ἔχουσιν. Τοῖς συνετοῖς.

Τοῖς οὐκ ἔχουσιν. Τοῖς ἀσυνέτοις.

crassiorem reddens, occultat ac tegit ob suæ ipsius voluptatis consensum, approbationem ac terram : C neque permittit recordationem accipere salutis et incolumitatis liberationisque cogitationem ab illa vehementi commotione. Verumtamen invenitur remedium sublimiori meditationi connexum et salutare pœnitentia ; pœnitentia enim consiliique mutatio hominis est graviter et iniquo animo ferentis, ac toto corpore perhorrescentis occupantem se improbitatem. Nam vitium odio prosequi a voluntate liberoque arbitrio principium obtinet : voluntas enim omnium dictorum factorumque radix est ac fundamentum : et ad eam porrigunt atque extendunt causas et primordia. Nisi enim concurrat voluntas, exanimis et irrita manet omnis doctrina et disciplina, atque imperfecta. Etenim si doctor doceat, nolit autem discipuli voluntas, manca et D mutila fit disciplina. Et eam ob causam perutilis est vita tristitia et acerbitate temperata.

Et ob id. Proinde reperitur medicina ac rerum sublimium, et a vulgari sensu remotissimarum indagatrix ac salutaris pœnitentia, hoc est, voluntatis consiliique mutatio, et facti damnatio.

Huic enim. Id est, ad ea pandunt et explicant manus, facta et dicta, tanquam ad causas et principia.

Ignava est. Invalida.

Mutila. Imperfecta et manca.

Fœdere. Tuæ voluntatis, tui consensus.

Rerum temperies. Jucunda tristibus temperari

Temerario gaudio. Absurdo.

Gaudio. Fatua voluptate.

Ultra meritum. Quæ dicuntur a multis, ultra id quod decorum est.

Calamitates. Quemadmodum complures aliæ voces in aliis quibusdam significationibus prius elapsisque temporibus acceptæ, aliter usurpatæ sunt apud subsequentes minores : ita etiam hæc vox συμφορὰ, calamitas, casus, media cum fuerit dictio prius, usurpataque etiam in eo quod commodum et conducibile est, ut, *Ob id quod in suis casibus gestiens lætatur, serpit lacryma ex oculis.* In malam partem solum apud posteros usurpatur, et objurgatur supra quam par sit, et præter meritum. Nam, ut verum fatear, calamitates non malorum causæ sunt, sed adhortationis et prudentiæ ; contra, quæ vulgo secundæ fortunæ jactantur, sunt potius malorum causæ.

Conferunt. Cooperantur.

Ad affectum abrogandum. Magnam et inhærentem animi commotionem.

Prima providentia. Legitur in alio codice, *superna providentia.* Primam atque supremam providentiam vocat Dei mundi opificis justam dirigendi methodum ac dispensationem, eam ab aliis præclare distinguens. Nam Græci solem, lunam stellasque animata existimantes, e suo domicilio ipsa etiam providere dixerunt rebus terrenis.

Earum gratia. Calamitatum.

Incautis. Intelligentiæ expertibus ac desipientibus.

A

Εὐτυχίας. Οὔσας γὰρ ἀπωλείας προξένους, ἀπατώμενοι οἱ πολλοὶ εὐτυχίας αὐτὰς εἶναι θρυλλοῦσιν.

Δεῖ λόγον. Ἐνέδραν καὶ παγίδα κατὰ τῶν ψυχῶν.

Τοῖς ἐφόροις. Παρὰ τῶν δαιμόνων οἳ εἰσιν ἔφοροι.

Ἄλλος εἰπάτω. Ὁ Ἑλληνικὰ φρονῶν.

Εἰσελθούσῃ. Ἐγὼ δὲ φημὶ δηλονότι.

Ὀρέγεται. Δίδοται.

Τὸ τῇδε ἡδύ. Τὸ ἀπατηλὸν τῆς ὕλης.

Μειλίχιον. Ὅ φησι τοιοῦτόν ἐστι· Χρείας, φησὶν, ἀπαιτούσης ὑπηρετῆσαι τῇ φύσει τοῦ κόσμου τὴν ψυχὴν, κάτεισιν ἄνωθεν οἷα μισθωτὸς, ἵνα πρὸς ῥητὸν ὑπηρετήσασα λάβῃ τὸν μισθὸν, ὥσπερ τι ἔπαθλον, καὶ ἀνέλθῃ ὅθεν κατῆλθε. Πάντα γὰρ ἃ

B

γένεσιν ἴσχει καὶ αὔξησιν, χρῄζει τῆς ψυχῆς· καὶ τοῦτ' ἐστὶν ἡ τῆς ψυχῆς ὑπηρεσία, καὶ λειτουργία, ἵνα ὑπηρετήσῃ τῇ γενέσει τῶν ἐν κόσμῳ πραγμάτων, μέχρις ἂν τῷ δεκτικῷ ἐκείνῳ ἑκάστου σώματι δύναμις ἐνυπάρχῃ φέρειν ψυχὴν, καὶ μὴ ἐνοχλῇ γῆρας ἢ μαρασμὸς ὁστισοῦν καὶ φθορὰ γηγενὴς, ὁπόσαι περὶ τὸν βίον πλανῶνται πολύτροποι πολυτρόπως· ἡ δὲ ὡς τὰ πολλὰ ταῖς ὁλκαῖς προσπαθείαις καὶ ἡδοναῖς ἀπατηθεῖσα, οἱονεὶ μεθυσθεῖσα, ἔλαθε ψεῦδος ἀντ' ἀληθείας, καὶ σκιὰν ἀντὶ οὐσίας κατέχουσα.

Θῆσσα. Μισθωτός.

Πρῶτον βίον. Πρῶτον βίον φησὶ, ἀντιδιαστέλλων πρὸς τοὺς δευτέρους καὶ τρίτους, οὓς φασιν Ἕλληνες γίνεσθαι διὰ τὰς μετεμψυχώσεις.

Δουλεύει. Ἢ ὡς ἀργυρωνήτου τάξιν λαμβάνει ἀντὶ μισθωτοῦ.

Ἀδραστείας. Εἱμαρμένης

Γοητευθ. Πλανηθεῖσα δι' ἡδονῆς.

Τῶν δώρ. Ὅσα θεραπεύουσι καὶ ἡδύνουσιν ὅρασιν, γεῦσιν, ἀκοὴν, ὄσφρησιν, καὶ ἁφὴν, πάντα δῶρα τῆς ὕλης φησί.

Δώρων. Τῶν ἡδονῶν ἐν τῷ συνεχισμῷ τῆς φύσεως.

Ἐπὶ συγκείμενον. Ὡρισμένον.

Δουλεύειν. Ὥσπερ ἔγγραφον συμφωνίαν ποιήσαντες.

Ἡσθῶμεν. Εὐφρανθῶμεν.

Θυραίων. Νόθων.

Ὁμολογεῖν. Ὑπερσυντίθεσθαι ἐγγράφως.

Ἡ δέ. Ἡ Ἀδράστεια· ἡ φύσις.

Ἀπόῤῥητον. Μυστικὸν καὶ οὐ διὰ γλώττης προσφερόμενον.

Βουλευσώμεθα. Περὶ τούτων οὐκ ἂν γνοίη τις ἀκριβῶς μὴ προπεπονθὼς καὶ μηδὲ πεῖράν τινα λαβὼν πρότερον· γνοῖεν δ' ἂν μᾶλλον οἱ πόθῳ παίδων καὶ γυναικῶν ἐνσχεθέντες. Στερούμενοι γάρ ποτε τούτων, ἢ ἑκόντες καταλιπόντες, μυρίας ὑφίστανται ἀλγηδόνας κατατεμνούσας ὡς εἰπεῖν διηνε-

Vulgares felicitates. Cum enim internecionem ac perniciem nobis concilient, in fraudem complures

C

illecti eas esse prosperas fortunas spargunt in vulgus.

Insidias. Dolosas excubias et laqueos adversus humanos animos.

Inferorum præsidibus. A dæmonibus qui sunt inspectores ac præfecti.

Ingresso. Ego vero dico, videlicet.

Suavitas. Voluptas et subdola materiæ fraudatio. Quod autem dicit, tale est : Necessitate, ait, exigente, animam mundi naturæ inservire, e sublimi descendit tanquam mercede quadam conducta, ut ad definitum tempus serviens emolumentum accipiat veluti præmium quoddam, et ascendat unde venit. Quæcunque enim ortum et incrementum habent, animam et vitam desiderant. Et illud est

D

animæ obsequium ac ministerium, ut subserviat generationi et origini rerum quæ in mundo continentur, quousque illi capaci uniuscujusque corpori vis et facultas adsit gestandi animam, neque eam fatiget senectus, aut quævis tabes et jactura terrigena quales in vita oberrant versatiles multis modis. Quæ porro anima ut plurimum materialibus ac vehementius inhærentibus affectibus voluptatibusque in errorem et fallaciam deducta est, et quasi inebriata imprudens fallitur, pro veritate mendacium, et umbram pro substantia et re ipsa amplectens.

Paupercula siquidem et indotata. Mercede conducta.

Primam vitam. Primam vitam, inquit, eam distinguens a secunda et tertia, quam dicunt Græci fieri propter metempsychosin, seu in alia subinde atque alia corpora migrationem.

Servitutem induit. Quia hic ordinem et locum mancipii pecunia empti accipit loco mercenarii.

Adrastiæ. Fati, sortis, fatalis necessitatis.

Illusa. In errorem a voluptate inducta.

A materiæ donis. Quæcunque deliniunt, oblectant ac demulcent visum, gustum, auditum, olfactum et tactum, ea materiæ dona nuncupat.

Donis. Voluptatum in naturæ cohærentia.

Ad condictum. Definitum.

Inservire. Quasi ex scripto facta conventione et conspiratione.

Fortunæ et externa bona. Quæ sunt notha et illegitima.

Consentire. Cum scriptis transigere.

Ea porro. Adrastia seu Nemesis, seu vindicta divina verborum superborum factorumque petulantium ultrix ; ipsa natura.

Occultam. Arcanam, nec linguæ ministerio adminiculoque proferendam.

Statuimus. Nemo his de rebus exacte sentire ac judicare potest, nisi summo affectu eis inhæreat, ac prius experientiam quamdam sumpserit, periculumque fecerit ; noverint potius ii qui mulierum et puerorum amore detinentur. Nam iisdem aliquando privati, vel si ultronei et sua sponte eos deseruerint, infinitos angores et cruciatus molestiasque sustinent, animam, ut ita loquar, assidue

χῶς τὴν ψυχὴν νυχτὸς καὶ ἡμέρας, ἃς δὴ καὶ ποινὰς A ὑλαίας ὀνομάζει. Αὗται γὰρ ἀναπλάττουσι τοῦ στερηθέντος τὸ εἴδωλον, καὶ συχνὰ τῇ μνήμῃ τοῦ ποθοῦντος προσάγουσι· καὶ ὥσπερ ἄγριοι κύνες, ἄλλοθεν ἄλλαι πικρῶς ἕλκουσί τε καὶ περιέλκουσι· πολλοὺς δὲ καὶ πρὸς θάνατον ἤλασαν, μὴ δυνηθέντας ἐγκαρτερῆσαι τῷ πάθει.

Φυγάδας. Δραπέτας.

Ἀντιλαμβάνεται. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ Ἀδράστεια καλεῖται.

Pag. 140. *Οὐ φαῦλος*. Οὐ μικρός.

Παραγράψασθαι. Παρακρούσασθαι.

Ποιναί τε. Ἐμπαθεῖς, τιμωρητικαὶ ἐνθυμήσεις.

Ὑλαῖαι. Πιέζουσαι τὴν ψυχήν.

B *Τότε δή*. Τινὲς διαφέρειν φασὶν ἀνάγκην καὶ Ἀδράστειαν καὶ εἱμαρμένην καὶ φύσιν· τινὲς δὲ ἕν τι δηλοῦσθαι ἐκ τούτων φασί. Καὶ γὰρ ὃ οὐ δύναταί τις διαδρᾶναι, τοῦτο Ἀδράστεια καὶ ἀνάγκη εἴη ἄν· εἱμαρμένη δέ ἐστιν ἡ διὰ τοῦ εἱρμοῦ τῆς τῶν ὄντων συμφυΐας καὶ φυσικῆς συμπλοκῆς τὰ ἐπίγεια κυβερνῶσα. Καὶ ὑπὸ εἱμαρμένην μὲν κεῖσθαί φασι τὰ ἐπίγεια, ὅταν σωματικῶς καὶ φυσικῶς ἐνεργῶσιν· ὑπὸ πρόνοιαν δὲ, ὅταν νοερῶς, τοῦτ' ἔστιν ὅταν ἀμέσως ἐκ Θεοῦ τὰς εὐεργεσίας οἱ ἄνθρωποι λαμβάνωσιν.

Εἱμαρμένην. Ἢ ὡς καὶ μὴ ἐπιταττούσης τῆς εἱμαρμένης

Τῶν ἀφηνιασάντων. Ἀποσκιρτησάντων.

Αὐτῆς. Τῆς εἱρμαρμένης τῆς καὶ Ἀδραστείας, τῆς φύσεως.

Καλούμεναι. Παρὰ τῶν παλαιοτέρων· ἐντεῦθεν παρονομάζονται πειρασμοί.

Ἀνατλῆναι. Τὰ συμπίπτοντα, λυπηρὰ ὑπομεῖναι.

Ἱεροὶ λόγοι. Οἱ δοκοῦντες μὲν μυθικοὶ, ὄντες δὲ μυστικοὶ καὶ θειότεροι· οἱ μὲν γὰρ μῦθοι Εὐρυσθέα δοκοῦσι φάσκειν ἐπιτάττειν τῷ Ἡρακλεῖ, καὶ ἐπιφέρειν τὰς τοιαύτας πείρας καὶ ἀνάγκας· οἱ δὲ μυστικοὶ λόγοι ἀναγωγικῶς ἀναπτύσσοντες τὰ λεγόμενα ἐφ' ἕτερον φέρουσι νοῦν.

Ἕτερος. Ὁμοίως τῷ Ἡρακλεῖ.

Τὸ καρτερόν. Ἰσχυρῶς.

Ἐπεχείρησεν. Ἐπέβαλε χεῖρα καὶ ἠγωνίσατο καρτερῶς, ὥστε ἐλευθερωθῆναι.

Αἱ χεῖρες. Ἢ ὡς τοῦ φυσικοῦ τούτου κόσμου, τοῦ ὑπὸ φύσεως διοικουμένου.

Τὸ ἅλμα. Τὸ πήδημα ὡς ἀσθενές.

Καὶ δεῖ. Χρεία ἐστί.

Ἀφειδεῖ. Ἡ ὕλη.

Ὡς ἀλλοτρίων. Ὡς ἀποσκιρτησάντων ἐκ τῆς γνησιότητος αὐτῆς.

Τῶν πίθων. Ὅμηρος περὶ τὸ ω μέγα τῆς Ἰλιάδος διαλαμβάνει περὶ τῶν τοιούτων ὁμιλῶν τῷ Πριάμῳ, δεομένῳ περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ Ἕκτορος· ἔχει δὲ οὕτως.

Δοιοὶ γάρ τε πίθοι κατακείαται ἐν Διὸς οὔδει,
Δώρων οἷα δίδωσι κακῶν, ἕτερος δὲ ἑάων.

C

dissecantes, diu noctuque : quas materiales pœnas nominat. Ipsæ enim effingunt, et oculis subjiciunt rei, qua privati sunt, idolum et simulacrum, frequenterque memoriæ desiderantis admovent; et veluti canes agrestes, aliunde aliæ trahunt acerbe et circumveniunt : multos porro ad mortem stimularunt, non valentes hujusmodi affectus constanti et æquo animo perferre.

Retinet. Ob id siquidem Adrastia appellatur.

Irritum facere. Manu depellere, artificiose prosternere, supplantare.

Pœnæ namque materiales. Affectibus obnoxiæ, vindices ac severæ cogitationes.

D *Materiales*. Animum vexantes.

Tum certe. Nonnulli aiunt inter se differre necessitatem, Adrastiam, fatum, et naturam, quidam vero unum et idem significare inde asserunt. Etenim quod quis non potest effugere, istud Adrastia et necessitas fuerit. Fatum vero est quod per seriem arctæ societatis atque naturalis conjunctionis eorum quæ sunt in rerum natura, res terrenas gubernat. Et in fati potestate terrestria aiunt posita esse, quatenus in corpore naturaliter operantur; sed sub providentia, quatenus intelligentia et ratione, hoc est quando immediate a Deo beneficia homines accipiunt.

Sine fatali necessitate moventur. Vel fato non imperante.

Ipsius. Fati, Adrastiæ, Nemeseos, et naturæ.

Atque hæ profecto sunt, quæ ærumnæ vocantur Herculis. Ab antiquioribus : inde pericula cum allusione nominantur.

Sustinuisse. Contingentia, mœsta perferre.

Divina verba. Quæ videntur quidem fabulosa, sed mystica ac diviniora sunt. Nam fabulæ videntur narrare Eurystheum Herculi injunxisse et imposuisse tales ærumnas, pericula et necessitates : at mystica arcanaque verba altius meditando explicandoque ea quæ dicuntur in aliam transferunt significationem.

Si quis alius. Herculi compar.

Constanter. Fortiter.

Libertati animum adjecit, et eam aggrediatur. Injiciat, admoveat manum, et constanter decertet, ut fiat libertatis compos.

Naturæ manus et vires. Hoc est, naturalis hujus mundi a natura gubernati.

Tumultus. Debilis ac languidus insultus.

Et opus est. Necessitas est.

Despicit. Materia.

Velut aliena. Velut reluctantia ejus generositati.

Doliis. Homerus in ω Iliados his de rebus disserit, verba faciens de Priamo filium Hectorem desiderante, his versibus:

Dolia namque Jovis duo stant in limine, plena
Muneribus, quæ donat, in hoc mala sunt, bona in illo.

Ὧ μὲν καμμίξας δῴη Ζεὺς τερπικέραυνος. A
Ἄλλοτε μέν τε κακῷ ὄγε κύρεται, ἄλλοτε δ' ἐσθλῷ·]
Ὧ δέ κε τῶν λυγρῶν δῴη, λωβητὸν ἔθηκε.
Καί τε κακὴ βούβρωστις ἐπὶ χθόνα δῖαν ἐλαύνοι,]

Φοιτᾷ δ' οὔτε θεοῖσι τετιμένος.

Ἀποῤῥήτως. Κεκαλυμμένως.

Μερίδας. Τὰ γὰρ ὑλικὰ πάντα πράγματα ὅσα ἐν τῷδε τῷ φυσικῷ κόσμῳ τῷ ἐκ γενέσεως καὶ φθορᾶς συνισταμένῳ εἰς δύο μερίζονται. Τὰ μὲν γὰρ αὐτῶν κληροῦνται τὰ καλά· τὰ δὲ τοὐναντίον τὰ κακά. Πλὴν τὰ καλὰ σπάνια, τὰ δὲ κακὰ πολλά.

Αὐτῷ κατ'. Τῷ Ὁμήρῳ, κατ' ἐκεῖνο τὸ μέρος τῶν ἐπῶν τῶν Ὁμηρικῶν, ἔνθα τοῦτό φησι.

Ὑλάρχιος. Ἐπεὶ γὰρ διανομέα ποιεῖται τὸν
B Δία ὁ Ὅμηρος ἐν τοῖς ἔπεσι τῶν τε ἀγαθῶν καὶ τῶν κακῶν, ὧν εἶχον οἱ πίθοι· τοῦτο δὲ ὑλικῆς ὑπηρεσίας ἐστὶν, ὥσπερ ἐπιταττούσης τῆς εἱμαρμένης ἀφ' ὑψηλοτέρου· ἔοικεν ὅτι ὑλάρχιον καὶ ὕλης ἄρχοντα ποιεῖται τουτον.

Τοῦ διττοῦ. Τοῦ διπλοῦ ὡς τοῦ ἐκ δύο πίθων.

Ἐν πλάνῃ. Ὑπάρχουσι τῇ ψυχῇ.

Ἀναδραμούσῃ. Ἀλλὰ παχυνθείσῃ καὶ μεινάσῃ κάτω πρὸς τὴν ποικιλίαν τῆς ὑλικῆς προσπαθείας. Αὕτη γὰρ δὴ ἡ ὑλικὴ προσπάθειά ἐστιν ἡ κωλύουσα ἀναδραμεῖν εἰς τὴν τῶν ὑπερκοσμίων χώραν, ὅθεν καὶ τὴν πρώτην ἐποιήσατο κάθοδον.

A *Θέα δή.* Ὅρα. Γράφεται θεῷ, ὃ καὶ κρεῖττον τοῦ θέα, ταυτοσήμαντον ὄν.

Ἐμπολιτεύεται. Ὡς εἰρήσεται.

Ἔλεγεν ὁ λόγος. Ὁ Αἰγυπτιακὸς καὶ ἱερός.

Ἐγκύρσῃ. Ἐμπέσῃ.

Μελαναυγεῖ. Τῷ ἀμφοτέρωθεν σκοτεινῷ.

Ἀμφικνεφεῖ χώρῳ. Ἀμφικνεφῆ χῶρόν φασιν Αἰγύπτιοι καὶ Χαλδαῖοι τὸν ὑπὸ τὴν σεληνιακὴν σφαῖραν κόσμον ἀμφοτέρωθεν σκοτεινόν. Λέγουσι δὲ τὸν ἐν αὐτῇ τῇ σεληνιακῇ σφαίρᾳ ἑτεροκνεφῆ καὶ ἑτεροφαῆ, τοῦτ' ἔστι τῷ μὲν ἡμίσει μέρει λάμποντα, τῷ δὲ ἡμίσει ὄντα ἀφώτιστον. Καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ ἡ σελήνη τοιαύτη ἐστὶν, ἔχουσα ἀεὶ τὸ μὲν ἥμισυ καὶ πρὸς ἥλιον τετραμμένον μέρος αὐτῆς πεφωτισμένον, τὸ δ' ἕτερον ἀφώτιστον ἀναλόγως
B κατὰ τὰς ἀεὶ μεταβαλλομένας αὐτῆς περιόδους καὶ περιφορὰς, καὶ στροφὰς παντοίας. Τὸν δὲ ὑπὲρ τὴν σελήνην τόπον ἄχρι τῆς ἀνωτάτω καὶ πάντα περιεχούσης σφαίρας κόσμον φασὶν ἀμφιφαῆ, τοῦτ' ἔστιν ἀμφοτέρωθεν πεφωτισμένον ἀεί.

Χώρῳ. Τῷ περιγείῳ τῇ ψυχῇ.

Συνέπεται. Τὸ φανταστικὸν πνεῦμα.

Εἰς πλεῖστον. Φησὶ δὲ καὶ ὁ Πλάτων ἐν τῷ Φαίδρῳ, ὅτι *θεσμὸς Ἀδραστείας ὅδε· ἥτις ἂν ψυχὴ Θεῷ ξυνοπαδὸς γενομένη, κατίδῃ τι τῶν ἀληθῶν, μέχρι τε τῆς ἑτέρας περιόδου εἶναι ἀπήμονα, κἂν ἀεὶ τοῦτο δύνηται ποιεῖν, αἰεὶ*

Jupiter huic miscens largitur fulmine lætus,
Nunc mala dispensans ac tristia, nunc bona rursum.
At si cui ex diris infuderit, ille gravatur,
Et malesuada fames agitat vexatque vagantem:
Nec Deus hunc, nec mortales dignantur honore.

Latenter. Obducte, occulte.

Partes esse duas. Omnia enim materialia opera quæcunque sunt in hoc naturali mundo ex generatione et corruptione constituto, bifariam dividuntur. Nam quibusdam sorte adveniunt quæ bona et expetenda præclara sunt, quibusdam vero ex adverso mala. Præterquam quod bona rara, mala frequentia sunt.

Et Jupiter ipsi. Homero, in illa versuum Homericorum parte ubi istud dicit.

Deus est materiæ princeps. Quandoquidem dispensatorem fecit Jovem Homerus in illis versibus
D bonorum et malorum, quæ dolia continebant; istud porro observantiæ materialis est, velut imperantis fati ab altiore: videtur materiæ principem ac moderatorem hunc facere.

Duplicis doni fatalis. Gemini velut e duobus doliis emergentis.

In errore est. Qui adest animo.

Post primum lapsum minime recurrente. Verum saginato et permanente in imis partibus juxta versutiam affectionis in materia tenacius inhærentis: ea siquidem materialis ac vehemens affectio est quæ prohibet recurrere in regionem supra hunc caducum mundum sitam, unde primum fecerat egressum.

Vide. Melius scribitur θεῷ a θεάομαι, quod commodius est quam θέα, quamvis idem signi-
C ficet.

Versatur. Ut dicetur.

Dicebat oratio. Ægyptia et sacra.

Quo usque incidat. Irruat.

Tenebrosum. Omni ex parte umbrosum.

Undique caliginosum. Quavis ex parte nebulosum locum inquiunt Ægyptii et Chaldæi mundum sublunari sphæra comprehensum, ex utroque latere tenebricosum. Asserunt autem locum in ipso lunari circulo situm, partim obscurum, partimque dilucidum, id est, dimidia parte splendentem, dimidia vero lucis expertem. Ipsa quippe luna talis est semper habens dimidiam sui ipsius partem ad solem conversam et illustratam, alteram vero splendore lucis vacuam, facta proportione juxta ipsius
D perpetuo mutantes conversiones, circuitus, et varios flexus. Sed locum supra lunam collocatum usque ad supremam et omnia undique amplectentem sphæram, mundum dicunt omni ex parte lucidum, id est, hinc et illinc perpetuo et immortali lumine collustratum.

Locum. Terræ proximum quoad animum.

Comitatur. Spiritus phantasticus.

Maximum oppositum. Ait Plato in *Phædro, eam esse Adrastiæ seu numinis inevitabilis legem, ut quæcunque anima Deum comitata aliquid verorum inspexerit, ea usque ad alium circuitum sit indemnis: et si semper hoc facere queat, sit semper illæsa, si vero impotens assequendi non aspexerit, et casu aliquo usa oblivione atque pravitate repleta gravetur,*

ἀπλαθῆ εἶναι· ὅταν δὲ ἀδυνατήσασα ἐπισπέσθαι μὴ ἴδῃ, καὶ τινι συντυχίᾳ χρησαμένη λήθης τε καὶ κακίας πλησθεῖσα βαρυνθῇ· βαρυνθεῖσα δὲ πτεροῤῥυήσῃ τε καὶ ἐπὶ τὴν γῆν πέσῃ, τότε νόμος τὸ καὶ τό. Ζήτει καὶ τὸ ἑξῆς.

Τὸ ἀντικείμενον ἥκει. Μέχρι τῆς σεληνιακῆς σφαίρας. Τὸ γὰρ ἀντικείμενον τοῦτ' ἔστιν ὁ ἀμφικνεφὴς κόσμος. Μέχρι τούτου ἀντικείμενον δὲ λέγει ὡς πρὸς τὸν ἀμφιφαῆ.

Κρημνῷ. Ὕλης σκύβαλον φησὶν, ὅπερ ἡ φαντασία κατιοῦσα ἐκ τῶν ἄνω σφαιρῶν ἠρανίσατο ἐκ τῶν φυσικῶν στοιχείων πυρὸς καὶ ἀέρος. Οὐδὲ τοῦτο οὖν, φησὶ, καταλιπεῖν χρὴ ἐν τῷ κρημνῷ, τοῦτ' ἔστιν ἐν τῷ ἀμφικνεφεῖ τούτῳ κόσμῳ, ἀλλ' ἀνελκύσαι δι' ἐγκρατείας τε καὶ τῶν ἄλλων ἀρετῶν, καὶ πρὸς τὸν αἰθέριον ἀναγαγεῖν κόσμον· ἐπεί ἐστι φύσει καὶ εἰδώλῳ μερὶς εἰς τόπον ἀμφιφάοντα. Εἴδωλον δέ φησι τὸ φανταστικὸν πνεῦμα, ὡς συμφυὲς μὲν τῇ λογικῇ, ἧττον δὲ ἐκείνης τυγχάνον. Ὥσπερ γὰρ εἴδωλον μὲν εἴη καὶ εἰκὼν τοῦ Θεοῦ μὲν ὁ νοῦς, τοῦ νοῦ δὲ ἡ λογικὴ ψυχή· οὕτω καὶ ἡ ἄλογος ψυχὴ, τοῦτ' ἔστι τὸ φανταστικὸν πνεῦμα, εἴδωλον καὶ εἰκών ἐστι τῆς λογικῆς ψυχῆς. Ὥσπερ οὖν τούτου δὴ τοῦ φανταστικοῦ πνεύματος εἴδωλόν ἐστιν ἡ φύσις, τοῦτ' ἔστιν ἡ φυσικὴ ψυχὴ, ταύτης δ' αὖ τὸ σῶμα, τοῦ δὲ σώματος αὖθις ἡ ὕλη· καὶ λόγον δ' οὖν ἔχει τινὰ, φησὶ, σχετικὸν ἡ φαντασία πρὸς τὰ A ἑκατέρωθεν κοινωνοῦντα αὐτῇ, καὶ εἰς ἓν τελοῦντα αὐτῇ, ἤγουν οὐ μόνον πρὸς τὴν λογικὴν ψυχὴν ἄνω, ἀλλὰ καὶ κάτω πρὸς τὰ φυσικὰ στοιχεῖα, ἅπερ, φησὶν, ἠρανίσατο κατιοῦσα, πῦρ λέγω, καὶ ἀέρα.

Σκύβαλον. Εὐτελίζων οὕτω φησί.

Μερίς. Καὶ κλῆρος.

Οὗτος δέ. Ὁ ἀμφιφαής.

Οὐ γὰρ μόνην. Οὐ γὰρ μόνην τὴν τοῦ φανταστικοῦ πνεύματος φύσιν ἀνάγειν παραινεῖ εἰς τὸν ἄνω κόσμον διὰ καθαρμοῦ προσήκοντος, ἀλλὰ καὶ εἴ τι ἐκ τῶν ἄκρων πυρὸς καὶ ὕδατος προσειλήφει, ἃ δὴ καὶ ὕλης σκύβαλον ἔφησε, καὶ τοῦτο συναναφέρειν κελεύει.

Τὴν εἰδωλικήν. Φανταστικήν.

Τὸ γήϊνον. Ὅπερ ἀνωτέρω ὀστεῶδες ἔφη περίB βλημα, νῦν ἔγγειόν φησι κέλυφος τὸ σῶμα.

Τὸ θεσπέσιον. Τὸ φανταστικὸν πνεῦμα, ὃ σῶμα πρῶτον ψυχῆς ἀνωτέρω μὲν εἶπε, νῦν δὲ καὶ θεσπέσιον σῶμα τοῦτό φησι.

Pag. 141. *Καὶ εἰς ἕν.* Εἰς μίαν φύσιν συνυπάρξαντα.

Ἐκ γειτόνων. Καὶ μάλιστα ἐκεῖνα λόγον ἔχοι ἂν, φησὶν, οἷς ἐκ γειτόνων καὶ ἐγγύς ἐστιν ἡ θέσις τῆς χώρας καὶ ἐφεξῆς, καθάπερ ἐστὶν ἐγγὺς, καὶ ἐφεξῆς κατὰ συνέχειαν τὸ στοιχειακὸν πῦρ τῷ κύκλῳ καὶ αἰθερίῳ σώματι, καὶ οὐκ ἀφίστανται ὥσπερ ἀφίσταται τοῦ αἰθέρος ἡ γῆ, ἥτις ἐστὶ τῶν ὄντων

gravata porro pennas confregerit et amiserit in terramque deciderit; tunc prohibet lex hoc et illud. Quære id quod deinceps sequitur.

Oppositum venerit. Usque ad lunarem globum. Quod enim ei opponitur, est undique tenebrosus mundus, qui usque ad hunc pervenit; sed oppositum dicit respectu circumlucentis et quavis ex parte fulgentis.

Non in eminenti atque sublimi loco purgamentum ac sordes materiæ relinquet. Materiæ purgamentum vocat, quod phantasia descendens e supernis circulis emendicaverit a naturalibus elementis ignis et aeris. Igitur neque istud, ait, relinquere fas est in loco prærupto et eminenti, nempe in mundo undique obscuro et tenebricoso, sed sursum trahere oportet temperantiæ, continentiæ, ac reliquarum virtutum auxilio, et ad æthereum reducere mundum. Quandoquidem naturæ et idolo pars est in loco undique fulgente. Idolum autem spiritum phantasticum nominat, veluti congenitum potentiæ animi, quæ rationis est particeps: minor vero illa est. Quemadmodum enim simulacrum et imago Dei quidem est mens, mentis vero anima rationalis: sic anima rationis expers, hoc est, spiritus phantasticus simulacrum et imago est animi ratiocinandi et intelligendi vi præditi. Ergo quemadmodum hujus spiritus phantastici idolum natura est, id est anima naturalis, et hujus rursum corpus, et iterum corporis materia: proinde etiam proportionem quamdam obtinet studiosam ac familiarem, ait, phantasia ad ea quæ sibi ex utraque C parte quadam communione et affinitate sunt copulata, et secum ad eumdem finem tendentia. Quocirca non solum ab anima rationali sursum, verum etiam deorsum a naturalibus elementis, de quibus loquitur, descendens emendicavit, ignem dico et aerem.

Purgamentum. Cum extenuatione ita loquitur.

Pars est. Sors.

Is autem. Undique luminosus.

Non enim solam. Non enim solam spiritus phantastici naturam reducere in mundum supremum admonet propter congruam ac decentem purgationem; sed etiam si quid e fastigio ignis aut aquæ assumpserit, quod certe materiæ purgamentum dixit, etiam istud una referendum censet.

Imaginariam naturam. Phantasticam.

D *Terrenum.* Quod quidem supra ostreorum vocabat involucrum, nunc terrenum dicit integumentum corpus.

Divinum corpus. Spiritus phantasticus, quod supra corpus primum animæ dixit, nunc autem divinum corpus istud vocat.

Et in unum tendunt. In unam naturam coalescunt.

Quibus regio est finitima. Et potissimum, inquit, illa proportionem habuerint, quibus e finitimis et in propinquo est positio regionis et gradatim: quemadmodum in propinquo est, et servato ordine juxta cohærentiam ignis elementaris circulo et æthereo corpori, neque disjunguntur, sicuti distat ab æthere terra, quæ quidem postrema et infima est eorum

τὸ ἔσχατον, ἅτε παχύτερον ὂν τῶν ἄλλων στοιχείων καὶ κατώτερον.

Πῦρ. Τὸ στοιχειακόν.

Εἰ δὲ τὰ κρείττω. Εἰ δὲ ἡ ψυχὴ, καίτοι κρείσσων οὖσα τοῦ σώματος, ὅμως κατεδέξατο τὴν κοινωνίαν τοῦ σώματος, καὶ συνετέλεσεν αὐτῷ διὰ μέσου τοῦ φανταστικοῦ, καὶ μετέδωκε τῇ ἰλύϊ τοῦ κρείττονος, καὶ τῆς ἀκηράτου φύσεως, ὅσον μετέσχε τοῦ χείρονος· οὐ δέχοιτο ἂν καὶ τὸ σῶμα, ἐὰν μὴ ἐμποδίζῃ τὴν φαντασίαν, καὶ ἀποσπᾷ ταύτην ἐκ τῆς συμφυΐας τῆς ψυχῆς, ἀλλὰ παρέχῃ καὶ ἑαυτὸ εὐήνιον καὶ καταπειθὲς αὐτῇ, ἀνάγεσθαι πρὸς θειοτέραν καὶ ὑψηλοτέραν κατάστασιν. Ὥσπερ γὰρ ἡ φανταστικὴ ψυχὴ ῥέψασα πρὸς τὰς σωματικὰς προσπαθείας παχύνεται καὶ γίνεται πρὸς σωματικωτέραν κατάστασιν, οὕτω καὶ τὸ σῶμα ῥέψαν πρὸς B θεωρίαν διὰ τῆς φαντασίας, λεπτύνοιτο ἂν καὶ συνεξαιθεροῖτο τῇ νοερᾷ ψυχῇ, διαβαῖνον τὴν τῶν στοιχείων ἀκρότητα, ἣν καὶ ἀμφικνεφῆ χῶρον ἔφησεν ἀνωτέρω. Λέγει δὲ τὸν ἀπὸ τῆς γῆς διήκοντα μέχρι τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, τὸν ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων συγκείμενον. Ἀπὸ γὰρ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας ἄρχεται ἡ κυκλικῶς κινουμένη οὐσία καὶ φύσις ἄχρι τῆς ἀνωτάτω καὶ πρώτης σφαίρας τῆς περιεκτικῆς, ἣν καὶ ἀμφιφαῆ κόσμον φησίν· οἱ μέν τοι παλαιότεροι τῶν Ἑλλήνων καὶ αὐτὰ τῶν

A τεθνεώτων τὰ σώματα ἔκαιον, οἱονεὶ τῇ ψυχῇ συνεξαιθεροῦντες καὶ ταῦτα.

Εἰ δὲ τὰ κρείττω. Ἅπερ εἰσὶν ἡ λογικὴ ψυχὴ καὶ ἡ αἴσθησις τοῖς ὑλαίοις στοιχείοις ὑποχωρήσαντα.

Συνετέλεσεν. Συνυπῆρξε.

Ἰλύν. Τὴν ψυχὴν καὶ τὸ φανταστικὸν πνεῦμά φησι.

Παραχωρηθέντος. Ὑπὸ τῆς ὕλης.

Τὰ χείρω. Ἢ ὡς πῦρ καὶ γῆ, καὶ ἐξ ὧν τὸ σῶμα.

Ἀλλ' εὐήνια. Καὶ ἡ λέξις αὕτη Πλατωνική. Τὰ θεῶν ὀχήματα γὰρ ἐκεῖνός φησι εὐήνια ῥᾳδίως πορεύεσθαι.

Ὁμαρτήσαντα. Ἀκολουθήσαντα.

Τὴν μέσην. Τὴν φανταστικήν.

Τῆς πρώτης. Τῆς λογικῆς ψυχῆς.

Μερίδα. Κλῆρον.

Τῶν στοιχείων. Τὰ περὶ τῆς Ἀθηνᾶς μυθολογούμενα ἀλληγοροῦσιν οἱ σοφώτεροι τῶν Ἑλλήνων οὑτωσὶ, καὶ τὴν μὲν Ἀθηνᾶν φασιν εἶναι τὴν ψυχὴν, Δία δὲ τὸν ἀέρα· παῖδα λέγουσιν αὐτὴν εἶναι τοῦ Διὸς, γεννηθεῖσαν ἐκ τῆς αὐτοῦ κορυφῆς, ἤτοι ἐκ τῆς ἀκρότητος τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἁπλῆν οὖσαν καὶ ἀσώματον. Τριτογένειάν φασι, διότι κατιοῦσα λαμβάνει μὲν ἐκ τοῦ αἰθέρος τὸ θυμικὸν, τὸ δὲ

quæ sunt in rerum natura, crassior nimirum cum sit et cæteris elementis inferior.

Ignis. Elementaris.

δώνη πρὸς τοὺς Καβασίλα ἐλέγχους, καὶ τῶν τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος κεφαλαίων τοῦ μακαρίου Θωμᾶ. Cui postea pro Nilo Cabasila respondit Demetrius Chrysoloras. Δημητρίου τοῦ Χρυσολωρᾶ, κατὰ Λατίνων λόγος συνοπτικὸς, ἀφ' ὧν ἐποίησε Νεῖλος ἀρχιεπίσκοπος Θεσσαλονίκης. Et: Τοῦ αὐτοῦ διάλογος ἀναιρετικὸς τοῦ λόγου, ὃν ἔγραψε Δημήτριος ὁ Κυδώνης κατὰ τοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Νείλου τοῦ Καβασίλα. Alius itaque est Nilus Cabasila, qui scripsit contra sanctum Thomam, alius Nicolaus. Et Nilum ante Nicolaum absque ulla dubitatione susceptum in lucem, Nicolaum postea certum est, cum Nilus Nicolaum Epistola theologica ad eumdem Nicolaum ἀνεψιὸν (v) vocet, et Nicolaus semetipsum Nili ἀνεψιὸν nominet.

(v) Confer Georgium Phranzam, lib. II *Hist.* cap. 5, et Allatium, *De consensu* p. 858.

NILI
ARCHIEPISCOPI THESSALONICENSIS
LIBRI DUO
DE CAUSIS DISSENSIONUM IN ECCLESIA, ET DE PAPÆ PRIMATU (*).

A

LIBER PRIMUS,
sive

Oratio, demonstrans non aliam dissidii Ecclesiarum Latinarum et Græcanicarum causam esse, quam quod Papa ejus quod controversum est cognitionem ac judicium ad œcumenicam synodum deferre detrectet, sed ipse solus controversiæ magister ac judex sedere velit, reliquos vero discipulorum instar dicto audientes habere. Quod quidem ab apostolorum et Patrum legibus actionibusque est alienum.

Equidem existimo oportere me cum Latinis verba facturum, ejuscemodi orationis initium invenire, quod probabilem rationem in se habeat. Hæc vero est, causam intueri propter quam hoc Ecclesiarum dissidium et ortum sit primum, et in tantum efferbuerit, ut ne sperandus quidem sit finis, nisi Deus auxiliatricem manum porrexerit. Videmus sane et medicos, et alios qui operibus suis finem aliquem propositum habent, non ante de curationis genere decernere, quam causarum ratio manifesta fuerit. Causa enim sublata, omnino etiam de pace bene sperari potest, qua manente, frustra omnis labor suscipitur. Causa itaque hujus dissidii, ut ego quidem existimo, non est dogmatis sublimitas, humanum captum superans. Nam et reliqua quæ diversis temporibus Ecclesiæ negotium fecerunt,

ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ,
ἤτοι

Λόγος ἀποδεικνὺς μὴ ἄλλο τι τὸ τῆς διαστάσεως τῆς Λατίνων Ἐκκλησίας καὶ ἡμῶν μέχρι τοῦ παρόντος αἴτιον εἶναι, ἢ τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν Πάπαν οἰκουμενικῇ συνόδῳ τὴν τοῦ ἀμφισβητουμένου διάγνωσιν ἐπιτρέψαι· ἀλλ' αὐτὸν μόνον διδάσκαλον ἐθέλειν τοῦ ζητουμένου καθέζεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἐν μαθητῶν μοίρᾳ ὑπακούοντας ἔχειν. Καὶ ὅτι τὸ τοιοῦτον ἀλλότριον τῶν ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν καὶ νόμων καὶ πράξεων (1).

Ἡγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους ποιουμένους τὸν λόγον, ἀρχήν τινα ἐπινοῆσαι τῷ νυνὶ λόγῳ, τὸ εὔλογον μεθ' ἑαυτῆς ἔχουσαν. Ἡ δέ ἐστι τὴν αἰτίαν
B
ἰδεῖν, δι' ἣν ὁ τῶν Ἐκκλησιῶν πόλεμος ἤρξατο μὲν καὶ ἤκμασεν εἰς τοσοῦτον, λῆξαι δὲ οὐδ' ἂν ἐλπίζειν ἐστὶν (2), ἂν μὴ Θεὸς χεῖρα ὑπέρσχῃ. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τοὺς ἰατροὺς καὶ τοὺς ἄλλους οἳ πρὸς τέλος ἀφορῶντες ἐργάζονται, μὴ πρότερον τῆς θεραπείας εἶδος ὁρίζοντας, πρὶν ἂν ὁ τῶν αἰτίων λόγος σαφὴς γένηται. Τῆς μὲν γὰρ αἰτίας περιαιρεθείσης, πάνυ καὶ περὶ τῆς εἰρήνης ἔστιν ἐλπίζειν· μενούσης δὲ αὐτῆς, μάταιος ἡ σπουδή. Ἔστι τοίνυν, ὥς γε ἐγὼ νομίζω, οὐ τὸ τοῦ δόγματος ὑψηλὸν, κατόπιν ἐῶν τὸν ἀνθρώπινον νοῦν. Καὶ γὰρ πάντα τἄλλα τοιαῦτα, ὅσα τῇ Ἐκκλησίᾳ πράγματα παρέσχε κατὰ καιρούς. Οὔτε τοίνυν τοῦτο τῆς διαστάσεως αἴτιον, οὔτε πολλῷ

(1) Quantum per temporis angustias licuit, atque otii egestatem, qua quidem propter varias occupationes hoc tempore nobis laborare contigit, in pauculis et brevibus notis præstare aliud nihil potuimus, quam lectionum quasdam varietates observare, quæ viderentur prorsus non omitti dignæ. Harum nonnullas suggessit nobis codex scriptus Palatinæ bibliothecæ, plures vero et majores hausimus ex amplissimi Servini libro, nobis a clarissimo Bongarsio misso. Qui liber istius totius operæ
C
quam hac editione præstitimus nobis materiam et argumentum præbuit. Sed ad rem veniamus.

(2) *Οὐδ' ἂν ἐλπίζειν ἐστί.* Servini liber οὐδ' ἐν ἐλπίσιν ἐστὶν, cui consentit Palatinus. Ἐν ἐλπίσι ἐστὶ, ut ἐν καλῷ ἐστι, pro καλόν ἐστι. Ita fortasse legendum, vulgatam tamen non mutamus.

(*) Hunc viri schismatici libellum egregie refutavit J. Matth. Caryophyllus, archiepiscopus Iconiensis, cujus opus infra dabimus. Cum autem quæ ex Nili dictis sibi refutanda sumpsit, hæc verbotenus non exscribat, non potuimus quin opus ipsum in antecessum produceremus; aliter enim Nilus inauditum se damnari merito quereretur. Ipsum igitur audiamus. Edit.

A μᾶλλον ὁ τῆς Γραφῆς λόγος, συντετμημένος ὢν (3), καὶ μὴ σαφῶς διαγορεύων περὶ τοῦ ζητουμένου. Τὸ γὰρ τὴν Γραφὴν αἰτιᾶσθαι ἴσον ἐστὶ καὶ Θεὸν αἰτιᾶσθαι. Ἀλλὰ Θεὸς ἀναίτιος. Αἰτίᾳ δὲ ἑλομένους (4), πᾶς τις ἂν φαίη νοῦν ἔχων. Καὶ ἄνθρωποι δὲ, ἀφ' ἑκατέρου γένους ὁρμώμενοι, Ἰταλῶν τε καὶ Ἑλλήνων, σοφοί τε καὶ ἀγαθοὶ, οὐκ ἐῶσιν ἡμᾶς ἐρημίαν ἀνθρώπων αἰτιᾶσθαι, καὶ ταύτῃ τὰ τῆς διαστάσεως νέμειν. Ἀλλ' οὐδὲ ὅπερ Λατῖνοι φασὶν, ὡς ἄρα ἡμεῖς πρωτείων ἀντιποιούμενοι, οὔτε δεύτεροι τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ἀνεχόμεθα δείκνυσθαι, ἅμα δὲ διὰ τοῦτο καὶ τῆς εἰρήνης ἀποπηδῶμεν. Οὔτε γὰρ περὶ τῶν πρωτείων ἠμφισβητήσαμεν πώποτε τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ, οὔτε περὶ δευτερείων ὁ λόγος νυνί. Ἀλλ' οὐδὲ τοσοῦτον ἠγνοήκαμεν (5), οὔτε τὸ παλαιὸν B ἔθος, οὔτε τοὺς τῶν Πατέρων θεσμοὺς, ἐν οἷς ἡ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησία πρεσβυτάτη πασῶν Ἐκκλησιῶν ἀνηγόρευται. Ἄλλως τε οὐδὲ δίκαιον, ὅπερ ἀρνούμεθα προσφέρειν ἡμῖν (6), καὶ ταύτῃ συγκαλύπτειν πειρᾶσθαι τὸν ἀληθῆ τοῦ πράγματος ἔλεγχον. Τί τοίνυν ἐστὶ τὸ τῆς διαστάσεως αἴτιον; Τὸ μὴ κοινῇ τῆς οἰκουμένης συνόδῳ κυρωθῆναι τὸ ζητούμενον (7), τὸ μὴ προβῆναι τὴν λύσιν κατὰ τὰ παλαιὰ τῶν Πατέρων ἐν τοιούτοις (8) ἔθη· ἀλλὰ τοὺς μὲν Ῥωμαίους διδασκάλους τοῦ ζητουμένου ἐθέλειν καθέζεσθαι, τοὺς δὲ ἄλλους ἐν μαθητῶν μοίρᾳ ὑπακούοντας ἔχειν. Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἔχουσιν οἱ τῶν Πατέρων θεσμοί. Μαρτύριον ἱκανὸν τῷ λόγῳ αἱ τῶν Πατέρων πράξεις ἀνάγραπτοι διαμένουσαι, καὶ περὶ τῶν κοινῇ τῆς πίστεως λόγων C κοινὴν ποιούμεναι καὶ τὴν ζήτησιν. Πάνυ δὲ ἄτοπον τοὺς μὲν Πατέρας μὴ ἔχοντας παραδείγματα, ἀφ' ἑαυτῶν συνιδεῖν τὸ βέλτιον· ἡμᾶς δὲ ἐκείνους ἔχοντας, μηδ' οὕτω συνιέναι.

ejusdem generis fuerunt. Neque hæc igitur dissidii est causa, multoque minus ipse Scripturæ sermo, quod tanquam concisus nihil aperte de eo quod controvertitur, pronuntiet. Scripturam enim incusare tantumdem fuerit ac Deum ipsum incusare. At Deus extra omnem culpam est. Penes quem vero sit culpa, quivis mente præditus facile dixerit. Atqui homines qui ex utraque natione, Italica scilicet et Græcanica, confluunt, docti pariter ac probi, non patiuntur ut hominum idoneorum penuriam incusemus, eique distractionem hanc imputemus. Neque vero illud in causa est, quod Latini affirmant, nos nobis primatum arrogare velle, et in secundis post Romanorum principatum nolle consistere, simulque idcirco pacem detrectare. Neque enim unquam cum Romana Ecclesia de primatu contendimus, neque de secundo loco nunc agitur. Sed neque vetus consuetudo, neque Patrum decreta nos latent, quibus Romana Ecclesia antiquissima omnium Ecclesiarum declaratur. Alioqui neque æquum fuerit, ut id quod inficiamur, nobis objiciatur, certaque hujus rei demonstratio hoc prætextu occultetur. Quænam igitur tandem est hujus dissidii causa? quod scilicet quæstio controversa communi œcumenicæ synodi decreto non sit confirmata; quod ejus solutio explicatioque non fiat ex veteri Patrum in ejuscemodi negotiis consuetudine, sed quod Romani quidem magistrorum in hac quæstione partes sibi sumunt, alios vero instar discipulorum dicto audientes habere velint. Cæterum, non hoc volunt veterum Patrum decreta; cui rei idoneum testimonium præbent eorum Acta, quæ in hunc usque diem litteris consignata servantur; in quibus, in communis fidei causa, communis quoque omnium sententia quæritur. Absurdum vero prorsus sit, Patres exempla non habentes, per se ipsos quod rectum est vidisse: nos vero cum eorum exemplum habeamus, ne ita quidem intelligere.

Καὶ τῆς μὲν στάσεως ἀρξαμένης, ἴσως συγγνώμη τοῖς ἀγνοοῦσιν, ὡς ἄρα οὐκ ἀναγκαῖα ἐν τοῖς τοιούτοις τὰ τῶν Πατέρων ἔθη, ὡς δυνατὸν καὶ ἄλλως διαλυθῆναι τὴν ἀμφισβήτησιν· τὸ δὲ τοσούτων ἐνιαυτῶν ἐῤῥυηκότων μὴ μίαν καὶ μόνην ὁδὸν εἰς εἰρήνην ἄγουσαν οἴεσθαι, καὶ διὰ ταύτης ἐθέλειν ἰέναι, δι' ἧς ἦλθον καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν, πῶς οὐ σφόδρα ἀποσειομένων D εἰρήνην; Ἀλλ' ὁ πάππας, φησὶν, ἀρχιερεύς ἐστιν ἄκρος, καὶ ποιμὴν, καὶ πατὴρ, καὶ ἐξε-

Ac primum quidem orta contentione, venia forsan danda erat ignorantiæ, videlicet cum nondum veteris consuetudinis ratio necessario habenda esset, cum aliunde controversiæ dijudicatio haberi posset. Nunc vero tot jam annorum decurso spatio, nondum unicam hanc viam ineundæ pacis observasse, neque eam quam patres nostri ingressi sunt instituisse, quis non pacem prorsus detrectantium esse censeat? At papa, inquiunt, summus est sa-

(3) *Συντετμημένος ὤν*. Idem liber ἐπιτετμημένος. Sed συντετμημένος melius. Aliud enim est ἐπιτετμημένος λόγος, aliud συντετμημένος. Et hoc si quid judico, non autem illud τῷ τῆς Γραφῆς λόγῳ convenit. Συντετμημένος igitur λόγος est, ὁ συντόμως περὶ πολλῶν καὶ μεγάλων διαγορεύων, ut hoc verbum Nili retineam. Συντετμημένον λόγον Latini *concisum sermonem* dicerent.

(4) *Αἰτίᾳ δ' ἑλομένους*. Idem liber cum Palatino, ἑλομένοις, perperam. Nam ἑλομένους verum est. Mox, ἅμα δὲ διὰ τοῦτο. Idem liber καὶ ἅμα διὰ τοῦτο.

(5) *Ἠγνοήκαμεν*. Uterque ἠγνοήσαμεν.

(6) *Προσφέρειν ἡμῖν*. Palatinus, προφέρειν, mendose. Προσφέρειν αἰτίαν Herodoto et aliis. Distingue hoc loco; ὅπερ ἀρνούμεθα, προσφέρειν ἡμῖν, etc.

(7) *Κυρωθῆναι τὸ ζητούμενον*. Minus proprie dicitur κυρωθῆναι τὸ ζητούμενον. Non enim prius τὸ ζητούμενον solet κυρωθῆναι, quam desinat esse ζητούμενον. Absurdum enim est aliquid κυρωθῆναι de quo adhuc inter omnes ἀμφισβητεῖται. Sed quid pluribus argutamur? Scribendum, κυρωθῆναι τὸ δόγμα qua lectione nihil verius est, præsertim firmantibus eum scriptis codicibus. Infra, τά τε δόγματα ἐκύρουν, et alibi.

(8) *Ἐν τοιούτοις*. Ἐν τοῖς τοιούτοις. Et paulo post, ἐν μαθητοῦ μοίρᾳ, quod elegantius est. Ita etiam legitur in epigraphe libri, in codice Pal.

cerdotum princeps, et pastor, ac pater, cui et universalem synodum convocare, et privatim, absque aliis, de ecclesiasticis negotiis statuere licet. Cæterum et Julius papa erat, et Damasus, et Celestinus, et Leo, et Agathon, quorum insigni pietati Patres testimonium perhibuerunt : neque tamen unquam hæc dixerunt, sed una cum aliis fratribus convenientes, adjuvante bono spiritu, et dogmata stabiliebant, et pacem Ecclesiis conciliabant. Quod si unica hac ratione dogmata stabiliebantur, id vero hodie minime fiat, quis dubitet omnem dissidii causam hac una in re esse positam? In nobis certe hujus rei culpa non hæret. Quod vero dicitur, concilii generalis convocationem, et rerum ecclesiasticarum eo concilio ordinationem ad papam pertinere, non aliud est quam si dicatur, papa, una cum aliis conveniens, de rebus ecclesiasticis deliberat. At si papæ tribunal his decernendis sufficit, superfluus ac supervacaneus omnino fuerit sanctorum Patrum conventus. Verum non ita se res habet. Nequaquam. Quandiu Spiritus sanctus per beatos illos loquatur. Nam et papam Agathonem, et divinum illum Celestinum, et Leonem privatim quidem de rebus controversis synodum convocasse videmus; ita tamen ut quæ illic particulariter disceptata fuissent, ad universalem synodum referrentur, et communi sententia veritatem stabiliri postularent. Alioqui si papa privatim synodum cogente, reliquos ejus decretis assentiri necesse esset, nemine contradicente, supervacaneum plane foret œcumenicum tribunal. Si vero multi, imo vero innumeri sunt qui contradicant : quo pacto æquum fuerit medicinam, qua sola salus obtineri potest, repudiare? Adhæc, si e vulgo tantum hominum aliqui dissiderent, prætextum aliquem haberet eorum oratio, atque adeo iniquum censeri posset, tanti quosdam facere, ut ipsorum causa totum orbem concutere velimus. Nunc vero cum capita orbis terrarum propemodum inter se dissentiant : an non valde absurdum fuerit de universali fide aliter quam cum universo orbe simul statuere atque decernere : cum Patres ipsi hoc tum dictis tum factis proclament? Quin et hoc absurdum videtur, cum non tantum ob fidei causam, verum etiam disciplinæ ordinisque ecclesiastici gratia, universalis synodus aliquando convocata fuerit, utpote in qua res ecclesiasticæ judicari soleant : nunc cum de fidei negotio agitur, non necessarium esse censere ut universalis synodus conveniat. Quod si vero Latini idem subinde inculcent, objicientes

στιν ἐκείνῳ καὶ σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀθροίζειν, καὶ καθ' ἑαυτὸν ἰδίᾳ, τῶν ἄλλων χωρὶς, τὰ ἐκκλησιαστικὰ κυροῦν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἰούλιος πάππας ἦν, καὶ Δάμασος, καὶ Κελεστῖνος, καὶ Λέων, καὶ Ἀγάθων, καὶ πολλὴν ἐκείνοις οἱ Πατέρες ἐμαρτύρουν τὴν ἁγιότητα. Ἀλλὰ ταῦτα οὐκ εἶπον· ἀλλὰ τοῖς ἀδελφοῖς συνιόντες, μετὰ τοῦ ἀγαθοῦ Πνεύματος τά τε δόγματα ἐκύρουν, καὶ εἰρήνην ταῖς Ἐκκλησίαις ἐβράβευον. Εἰ δὲ οὕτω μόνως ἐκυροῦντο τὰ δόγματα, τὸ δὲ οὐ νυνὶ γίνεται, οὐ παρὰ τοῦτο μόνον τὸ τῆς διαστάσεως αἴτιον; Παρὰ τίνας δὲ τὸ αἴτιον; οὐ παρ' ἡμᾶς; Τὸ δὲ εἶναι λέγειν τοῦ πάππα σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀθροίζειν, καὶ ταύτῃ κυροῦν τὰ ἐκκλησιαστικὰ, οὐδὲν ἄλλο λέγειν ἐστιν, ἢ, ὁ πάππας μετὰ τῶν ἄλλων συνιὼν, περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν βουλεύεται (9). Εἰ δὲ τοῦ πάππα δικαστήριον ἱκανὸν ἦν ἐν τοῖς τοιούτοις, περιττὸν λοιπὸν καὶ παρέλκον οἱ τοσοῦτοι τῶν μακαρίων Πατέρων σύλλογοι. Ἀλλ' οὐκ ἔστι τοῦτο, οὐκ ἔστιν, ἕως ἂν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ τῶν μακαρίων ἐκείνων φθέγγηται. Ὁρῶμεν δὲ καὶ τὸν πάππαν Ἀγάθωνα, καὶ Κελεστῖνον τὸν θεῖον, καὶ Λέοντα, καὶ τοὺς ἄλλους, κατ' ἰδίαν μὲν ἀθροίζοντας σύνοδον περὶ τῶν ζητουμένων ἑκάστοτε· ἀλλὰ τὰ μερικῶς ἐκεῖ διειλημμένα πρὸς τὴν καθολικὴν ἀπέστελλον σύνοδον, καὶ κυρωθῆναι κοινῇ τὰ τῆς ἀληθείας ἠξίουν. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν ὁ πάππας ἰδίᾳ συστησάμενος σύνοδον, τοῖς παρ' ἐκείνου λεγομένοις ἅπαντας ἔχοι συντιθεμένους, καὶ ὁ τἀναντία λέγων οὐδεὶς, περιττὸν τὸ οἰκουμενικὸν δικαστήριον· εἰ δὲ ἀντιλέγοντες πολλοὶ, καὶ τοσοῦτοι ὡς μηδὲ ἀριθμῷ ὑποπίπτειν δύνασθαι, ποῦ δίκαιον ἀθετεῖσθαι θεραπείαν, δι' ἧς μόνης ἔξεστι σώζεσθαι, καὶ ἣν δικαίαν ἔξεστι προσειπεῖν; Ἔτι εἰ μὲν τυχόντες εἶεν οἱ διιστάμενοι, εἶχεν ἂν πρόφασιν ὁ λόγος, ὡς μὴ δίκαιον φροντίζειν οὕτω τινῶν, ὡς ἐκείνων χάριν τὴν οἰκουμενικὴν (10) κατατείνειν ἐθέλειν· νῦν δὲ τῶν κεφαλαίων τῆς οἰκουμένης σχεδὸν διισταμένων, πῶς οὐ σφόδρα ἄτοπον μὴ μετὰ τῆς οἰκουμένης περὶ τῆς οἰκουμενικῆς συνδιασκέπτεσθαι πίστεως; τῶν Πατέρων ταῦτα, καὶ δι' ὧν εἶπον (11) καὶ δι' ὧν ἔπραξαν, βοώντων. Ἔτι τῶν ἀτόπων δοκεῖ μὴ μόνον περὶ πίστεως, ἀλλὰ καὶ περὶ μόνης ἐκκλησιαστικῆς εὐταξίας τοὺς μακαρίους ἐκείνους σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀθροίζειν (12), ὡς ταύτῃ πεφυκότων τῶν ἐκκλησιαστικῶν διακρίνεσθαι· ἐνταῦθα δὲ, ἔνθα πίστις ἐστὶ τὸ ζητούμενον, οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι νομίζειν οἰκουμενικὴν συνιέναι σύνοδον. Εἰ δὲ πολλάκις Λατῖνοι τὰ αὐτὰ λέγοιεν, ἐπισείοντες ἡμῖν τὴν τοῦ πάππα ἀρχὴν, ἐκεῖνο ἐροῦμεν, ὅτι τὸ ταῦτα ποιεῖν καταλύειν μᾶλλόν ἐστι τὴν ἀρχὴν τὴν αὐτοῦ (13). Τὸ δὲ ἐμμένειν

(9) *Βουλεύεται.* Melius ex Palat. βουλεύσεται, et omnino ita scribendum est.

(10) *Οἰκουμενικήν.* Pro οἰκουμενικὴν corrigendum puto οἰκουμένην. Hoc etiam viderat doctus interpres, ut ex ipsius versione apparet.

(11) *Τῶν Πατέρων ταῦτα καὶ δι' ὧν εἶπον.* Τῶν πατέρων ταῦτα βοώντων καὶ δι' ὧν εἶπον, καὶ δι' ὧν ἔπραξαν. Ita scripti codices. Sed non multum interest, utrum hoc, an illo ordine legantur.

(12) *Σύνοδον—ἀθροίζειν.* In Pal. συναθροίζειν.

(13) *Τὴν ἀρχὴν τοῦ αὐτοῦ.* Repone ex libris, τὴν αὐτὸς αὐτοῦ. Αὐτὸς nempe ὁ πάππας. Τὸ ταῦτα ποιεῖν, quod facit papa scilicet. Qui cum tantum sibi juris arroget ut soli sibi facultatem datam esse dicat œcumenicam indicendi synodum, et in ea tanquam sacra Christi vice, ut ita dicam, judicandi, nimirum hæc faciens αὐτὸς αὐτοῦ τὴν ἀρχὴν καταλύει. Vox, αὐτὸς, omnino hic erat necessaria.

τοῖς ἀρχαίοις ἔθεσι ἀνδρὸς σπουδαίου, καὶ σώζοντος τὰ αὐτοῦ. Καὶ πρόσεστι τῷ τὰ δίκαια ποιεῖν πρᾶγμα, τοσοῦτον. Σκέψασθαι γὰρ δίκαιον, τί μὲν ἂν ἐξέβη κοινῇ ψήφῳ ζητηθέντος τοῦ δόγματος, τί δ' ἐξέβη αὐτονομίᾳ χρησαμένων Λατίνων. Ἐκείνως μὲν γὰρ εἰρήνην ἂν ἦγεν ἡ Ἐκκλησία, καὶ θορύβων ἀπήλλακτο πάντων, οὐδενὸς ῥᾳδίως τοῖς κοινῇ δεδογμένοις ἀντιλέγειν τολμῶντος. Εἰ γὰρ καί τινες τῶν παλαιῶν εἰς τοῦτο μανίας ἀφίκοντο, ἀλλ' ὀλίγοι δή τινες, καὶ ἐπὶ βραχὺ, καὶ προσφανέντες ἀπώλοντο (14). Εἰρήνης δὲ κεχυμένης (15) ἐν Ἐκκλησίᾳ, καὶ ὁ πάππας τῶν αὐτῷ προσηκόντων ἀπηλαύνετ' ἄν· τεσσάρων πατριαρχικῶν θρόνων ἀρχῆς νῦν στερούμενος. Οὕτω δὲ ἔχοντος, εἰρήνη μὲν οὐδαμοῦ· θεραπεῖαι δὲ ἐπινοοῦνται μὲν πολλαὶ, καὶ πολλαὶ διαλέξεις, καὶ πρεσβεῖαι τοσαῦται· ἡ νόσος δὲ ἔτι μένει, καὶ μενεῖ γε εἰς ἀεὶ, ἕως ἂν ἑαυτοῖς Λατῖνοι στοιχῶσιν (16).

nobis papæ primatum, dicemus iis, papam hæc agendo suum ipsius potius primatum evertere; at vero antiquæ consuetudini inhærendo, officium boni viri et sua tuentis atque servantis facere. Si enim quod justum est fiat, tale quid consequitur. Æquum enim est ut consideremus quid eventurum fuisset si communi sententia hæc controversia disceptata fuisset: quid vero nunc evenerit Latinis auctoritatem præscribendi leges sibi arrogantibus. Nam illo modo Ecclesia omnibus motibus et tumultibus libera in pace tranquillitateque degeret, nemine facile contradicere audente iis quæ communi decreto sancita fuissent. Tametsi enim veterum quidam eo dementiæ venerunt, sed et pauci admodum et perquam exiguo tempore visi perierunt. Conturbata vero Ecclesiæ pace, ipse quoque iis quæ ipsi debentur excidit. Quippe qui quatuor partriarchalium sedium primatu sit privatus. Rebus autem ita constitutis, nusquam pax. Remedia vero excogitantur quidem non pauca, colloquia multa, legationes etiam crebræ; morbus autem manet, et mansurus porro est, quandiu Latini in proposito suo perstiterint.

Ἐξουσίαν ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν ἔσχεν ὁ πάππας. Φημὶ κἀγώ. Οὐκοῦν μὴ ἀντιλεγέτω τοῖς τῶν Πατέρων νόμοις. Ἐκεῖνοι οἰκουμενικῷ δικαστηρίῳ τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐκύρουν. Ἕκαστος τῆς παρ' ἑκάστου συμμαχίας ἐδεῖτο. Ἤδεσαν γὰρ τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν. Τοῖς ἐκείνων καὶ ὁ πάππας ἑπέσθω νόμοις· καὶ μὴ πρότερον κυρούτω τὸ δόγμα, πρὶν ἂν μετὰ τῶν ἄλλων περὶ τούτου συνδιασκέψηται. Εἰ δ' οὐ παρὰ τῶν Πατέρων, ἀλλὰ παρὰ τῶν ἀποστόλων τὴν ἐξουσίαν εἴληφεν, ἀκουέτω Παύλου λέγοντος, νῦν μὲν, « Οὐκ ἐχρησάμην τῇ ἐξουσίᾳ, ἵνα μὴ ἐγκοπήν τινα δῶμεν τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ· » νῦν δὲ περὶ τῆς ἐξουσίας « Ἣν ἔδωκεν ἡμῖν ὁ Κύριος εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. » Ἢ τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐξουσίαν ἔχων μὴ κεχρήσθω ταύτῃ ἐφ' οἷς οὐ προκόπτει τὸ Εὐαγγέλιον, ἵνα κατὰ Παῦλον καὶ αὐτὸς τρέχῃ, τὸν ἀποστολικὸν ἄνδρα ἐν πᾶσι δεικνύς· ἢ κεχρήσθω μὲν, πλὴν εἰς οἰκοδομὴν, καὶ οὐκ εἰς καθαίρεσιν. Ὡς νῦν γε, εἴτε εἰς οἰκοδομὴν τὸ πρᾶγμα ἀφορᾷ, εἴτε μὴν εἰς τοὐναντίον, ἀγνοεῖν οὐδένα νομίζω. Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὸν περὶ τούτων τῶν θείων ἀποστόλων κανόνα, λθ' (17) ἀρι-

Atqui potestatem, inquiunt, in rebus ecclesiasticis habuit papa. Aio et ego. Ne igitur Patrum decretis adversetur. Illi universali concilio ecclesiastica negotia stabilierunt. Unusquisque alterius auxilio indigebat. Humanæ enim imbecillitatis erant conscii. Illorum legibus etiam papa obtemperet, neque ante dogma aliquod sanciat, quam una cum aliis de eo disceptatum sit. Quod si vero non a Patribus, sed ab apostolis potestatem accepit, audiat Paulum apostolum dicentem: « Nunc quidem non sum usus hac potestate, ne quod offendiculum demus Evangelio Christi[1]. » Alibi vero: « De potestate quam nobis dedit Dominus in ædificationem, et non in destructionem[2]. » Si ergo etiam ipse potestatem habet, ne utatur illa nisi ad profectum Evangelii, ut Pauli vestigiis insistens apostolicum virum in omnibus se declaret. Aut utatur illa quidem ad ædificationem, et non potius ad eversionem. An vero nunc quidem ad ædificationem, an contra ad destructionem res pertineat, neminem latere puto. Legat autem qui volet, his de rebus canonem apostolicum XXXIV numero:

[1] I Cor., IX, 12. [2] II Cor., XII, 10.

(14) *Καὶ προσφανέντες ἀπώλοντο.* Vel priusquam scriptos libros vidissem, legendum esse videbam, καὶ ἐπὶ βραχὺ καὶ πρὸς μικρὸν φανέντες ἀπώλοντο. Nunc cum et illi accesserint ad meæ conjecturæ confirmationem, nemini dubium esse potest, quin ita reponi debeat, præcipue cum aliter constare sententia vix queat.

(15) *Εἰρήνης δὲ κεχυμένης.* Hæc longe aliter accipienda et vertenda erant, quam putavit doctus interpres. Nam verbum quod sequitur ἀπηλαύνετ' ἂν manifesto corruptum est, pro quo jampridem restituendum videram ἀπήλαυεν ἄν. Igitur, εἰρήνης κεχυμένης ἐν Ἐκκλησίᾳ, non est *perturbata Ecclesiæ pace*, quod verum esset, si legeretur συγκεχυμένης. Ita accipiendum ac si scripsisset, εἰρήνης κεχυμένης εἰς ἐκκλησίαν. Nam ἐν ἐκκλησίᾳ pro εἰς ἐκκλησίαν positum est. Notum est studiosis moris esse Græcis recentioris ævi has duas præpositiones interdum confundere, et alteram pro altera ponere. Dicit igitur Nilus, si per Ecclesiam universam pax *fusa esset*. (ita κεχυμένην interpretamur) Papam ipsum quoque iis quæ ipsi debentur fruiturum esse, cum nunc propter illud dissidium, universa turbata Ecclesia, quatuor patriarchalium sedium primatu ipsi carendum sit, quæ sibi jure deberentur rebus compositis, et pace Ecclesiarum firmata. Hæc hujus loci sententia est.

(16) *Ἕως ἂν ἑαυτοῖς Λατῖνοι στοιχῶσιν.* Ἑαυτοῖς στοιχεῖν. Nilus Constantinopolitanus elegantissimus, et eloquentissimus scriptor dixit: Διαίτῃ στοιχεῖν. Οἱ δὲ πολλοὶ λαχάνων ὠμῶν καὶ ἀκροδρύων στοιχοῦσι διαίτῃ τράπεζαν ἀκαρύκευτον ἀγαπῶντες καὶ ἄτεχνον. Multa de hujus verbi notione in recentioris Græciæ scriptis observavimus, quæ hic libenter omittimus. Non enim commentarios scribimus.

(17) *Ἀποστόλων κανόνα λθ'.* Scribe λδ' ex libris. Hunc numerum agnovit interpres, nec falsus est.

« Episcopos singularum gentium, nosse oportet eum qui inter ipsos est primus eumque censere tanquam caput, neque quidquam curiose facere, absque illius sententia: illa autem sola quemque facere, quæ ad Ecclesiam ipsius, et loca ei subdita attinent. Sed neque ille sine omnium sententia aliquid faciat. Ita enim concordia erit, et Deus glorificabitur per Dominum in sancto Spiritu, Pater et Filius et Spiritus sanctus. » Audisti quid lex aperta voce proclamet: neque episcopis gentium licet quidquam absque ejus qui primus est sententia statuere: eademque plane ratione ne illi quidem qui primus est, non consentientibus iis qui ipsi subditi sunt. Quid ita? quod scilicet, nisi ita fiat, concordia dissolvatur, inimicitiæ contra et schismata ac rixæ introducantur; quodque gravissimum est, divino Numini debitus honos adimatur.

Cum igitur res nostræ miserandum valde in modum se habeant, hortor vos, ne clausulam illam, Ita enim concordia erit, leviter percurratis. Neque enim temere aut fortuito dictum illud fuit a discipulis veritatis: sed cum scirent disceptando simulque inquirendo veritatem inveniri, et pacem conciliari, ita legem protulerunt. An vero soluta sit concordia, ideo quod stabilitum sit dogma, insciis aliis universalibus episcopis, necne, considerate, quæso, per Dominum. Quinam vero sint qui id pro rato habeant, ante communem de eo disceptationem, ne hoc quidem quisquam ignorat. Porro primatus quem episcopus Romanus obtinet in alios universales episcopos, non est æqualis ei quem obtinet episcopus unius gentis in subditos. Illic enim, primatus, ordinis tantum est, et in verbis magis quam in rebus positus; cum in plurimis æqualitas spectetur. At vero in iis qui primatum obtinent alicujus gentis, non item, sed æqualitas quidem in verbis, primatus vero in rebus. Non igitur hæc quidem divini apostoli dixerunt, et veluti regulam ac terminum præfinierunt. Ipsi vero aliter rem instituerunt, auctoritatem præscribendarum legum usurpantes. Sed Paulus quidem quantumvis Christum habens in se loquentem, et vocatus vas electionis: nihilominus tamen ad apostolos ipso priores se refert, communicatque cum eis Evangelium, ne quo modo in vanum curreret vel cucurrisset. Quinetiam sacri illius duodenarii cœtus præsul ille, inquam, apostolorum coryphæus divinus Petrus, etiam corrigi se a Paulo patitur, et reprehensus, silet; cumque justius quam papa dicere posset: Quæ a me facta sunt coryphæo sacri cœtus declarato, lex sunt aliis, hæc nequaquam dixit: imo vero reprehensionem æquo animo amplexus est, et iis quæ Paulo visa sunt, non contradicit. Quid enim ait beatus Paulus ad Galatas

A θμούμενον. « Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἐν αὐτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· ἐκεῖνα δὲ μόνον πράττειν ἑκάστῳ, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. Οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς διὰ Κυρίου ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Ἤκουσας τί διαῤῥήδην ὁ νόμος βοᾷ, οὔτε τοῖς τῶν ἐθνῶν ἐπισκόποις κυροῦν ἔξεστιν οὐδ' ὁτιοῦν ἄνευ τῆς τοῦ πρώτου γνώμης, οὔτ' ἐκείνῳ κατὰ τὸν ὅμοιον τρόπον, μὴ συμφωνούντων τῶν ὑπ' αὐτόν. Διὰ τί; Ὅτι τούτου μὴ γενομένου, λύεται μὲν ὁμόνοια, ἀντεισάγεται δὲ ἔχθρα καὶ σχίσματα καὶ ἔριδες· τὸ δὲ B δεινότατον, ὅτι καὶ τῆς ὀφειλομένης δόξης τὸ Θεῖον στέρεται.

Ἐλεεινότατα οὖν διακειμένων ἡμῶν, μὴ ἁπλῶς παραδράμητε (18) παρακαλῶ τὸ, Οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται. Οὐ γὰρ εἰκῆ καὶ ὡς ἔτυχεν εἴρηται τοῦτο τοῖς μαθηταῖς τῆς ἀληθείας· ἀλλ' εἰδότες, ὡς τὸ διασκέπτεσθαι καὶ συζητεῖν καὶ ἀληθείας εὑρετικὸν, καὶ εἰρήνης αἴτιον, οὕτω τὸν νόμον ἐξήνεγκαν. Εἴτε δὲ λέλυται τὰ τῆς ὁμονοίας διὰ τὸ κυρωθῆναι τὸ δόγμα, ἀγνοούντων τῶν ἄλλων καθολικῶν ἐπισκόπων, εἴτε καὶ μὴ, σκέψασθε πρὸς Θεοῦ. Τίνες δὲ οἱ κύριον τοῦτο νομίσαντες, πρὸ τῆς κοινῆς ἐξετάσεως, καὶ τοῦτο οὐδεὶς ἀγνοεῖ. Καίτοι γε οὐκ ἴσον τὸ πρωτεῖον τοῦ τε Ῥώμης ἐπισκόπου πρὸς τοὺς ἄλλους καθολι- C κοὺς ἱερεῖς, καὶ τοῦ προϊσταμένου ἔθνους ἑνὸς πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτόν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐν τάξει μόνον, καὶ ἐν λόγοις μᾶλλον ἢ πράγμασι τὰ πρωτεῖα, ἰσότητος ἐν πλείστοις θεωρουμένης· ἐπὶ δὲ τῶν πρώτων ἑκάστου ἔθνους οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἡ μὲν ἰσότης ἐν λόγοις, τὸ δὲ πρωτεῖον ἐν πράγμασιν. Οὐ τοίνυν εἶπον μὲν ταῦτα οἱ θεῖοι ἀπόστολοι, καὶ ὡς κανόνα καὶ ὅρον ἐξέθεντο, αὐτοὶ δὲ ἑτέρως ἐποίουν, αὐτονομίᾳ χρώμενοι. Ἀλλ' ὁ μὲν μακάριος Παῦλος, καίτοι τὸν Χριστὸν ἔχων (19) ἐν ἑαυτῷ λαλοῦντα, καὶ σκεῦος κληθεὶς ἐκλογῆς, ὅμως ἀνέρχεται πρὸς τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀποστόλους, καὶ κοινοῦνται αὐτοῖς τὸ Εὐαγγέλιον, μήπως εἰς κενὸν τρέχῃ, ἢ ἔδραμεν. Ὁ δὲ τῆς ἱερᾶς δωδεκάδος ἔξαρχος, ὁ τῶν ἀποστόλων ἄκρος, ὁ θεῖος Πέτρος, καὶ διορθούμενος παρὰ τοῦ Παύλου, ἀνέχε- D ται, καὶ ἐπιτιμώμενος, σιωπᾷ, καὶ δικαιότερον ἢ ὁ πάππας λέγειν ἔχων, ὡς τά γε ἐμοὶ πεπραγμένα νόμος τοῖς ἄλλοις, κορυφαίῳ γε ἀποδειχθέντι τοῦ ἱεροῦ χοροῦ· ταῦτα οὐκ εἶπεν, ἀλλὰ τήν τε ἐπιτίμησιν ἀσμένως ἐδέξατο, καὶ τοῖς παρὰ τοῦ Παύλου κειμένοις οὐκ ἀντιλέγει. Τί γάρ φησιν ὁ μακάριος Παῦλος Γαλάταις γράφων; « Ὅτε δὲ ἦλθε Πέτρος εἰς Ἀντιόχειαν, κατὰ πρόσωπον αὐτῷ ἀντέστην, ὅτι κατεγνωσμένος ἦν. » Καὶ πάλιν, « Ἀλλ' ὅτε εἶδον ὅτι οὐκ ὀρθοποδοῦσι πρὸς τὴν ἀλήθειαν, εἶπον τῷ Πέτρῳ

(18) *Μὴ ἁπλῶς παραδράμητε*. Amplissimi Servini liber addit, τοίνυν, μὴ τοίνυν ἁπλῶς παραδράμητε. Quod si recipimus, expungendum erit τὸ οὖν quod præcedit, hoc modo, ἐλεεινότατα διακειμένων ἡμῶν μὴ τοίνυν ἁπλῶς παραδράμητε, etc. Et sane illud οὖν non comparet in Palatino codice.

(19) *Καίτοι Χριστὸν ἔχων*. Idem liber, καὶ τότε, perperam. Sententia enim postulat, καίτοι.

ἔμπροσθεν πάντων, Εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς καὶ οὐκ Ἰουδαϊκῶς, τί τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις Ἰουδαΐζειν; Ἡμεῖς φύσει Ἰουδαῖοι, καὶ οὐκ ἐξ ἐθνῶν ἁμαρτωλοί· εἰδότες ὅτι οὐ δικαιοῦται ἄνθρωπος ἐξ ἔργων νόμου, ἐὰν μὴ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. » Ἐπεὶ δὲ πάλιν κεκίνηται ὁ τοῦ περιτέμνεσθαι λόγος διὰ τὸν κεκρατηκότα νόμον Μωσέως, καὶ ζήτημα ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ προὐτέθη παρὰ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις πρεσβυτέρων, τί δεῖ ποιεῖν ἀξιοῦσι μαθεῖν· διακονοῦνται δὲ ταῖς ἀποκρίσεσι Παῦλος καὶ Βαρνάβας καί τινες ἄλλοι. Γενομένων δὲ ἐν Ἱερουσαλὴμ, οὐ τὸ πρωτεῖον ἁρπάζει Πέτρος, οὐδ', « Ἐμοὶ, φησὶ, κανονίζειν ἐφεῖται τά γε τοιαῦτα· ἀλλὰ συνάγονται μὲν οἱ ἀπόστολοι, συνάγονται δὲ οἱ πρεσβύτεροι, ἰδεῖν περὶ τοῦ λόγου τούτου. Καὶ οὔτε Πέτρος τοὺς ἀποστόλους ἐλαύνει, ἑαυτῷ τὸ πρωτεῖον ταύτῃ περιποιούμενος (20)· οὔτε οἱ ἀπόστολοι τοὺς ἐν Ἱερουσαλὴμ πρεσβυτέρους. Οὐ γὰρ τοιαῦτα ἐπαιδεύθησαν παρὰ τοῦ Χριστοῦ, οὐδ' οὕτω τὸ πρωτεῖον ζητεῖν· ἀλλὰ καὶ τῶν ἐσχάτων ἀποκαλυφθέντων ὃ ποιητέον ἐστὶ, σιγῶσιν οἱ πρῶτοι. Σημεῖον δέ· συνελθόντων γὰρ τῶν ἀποστόλων καὶ πρεσβυτέρων, καὶ πολλῆς περὶ τοῦ πράγματος γενομένης ζητήσεως, Πέτρος μὲν προκατάρχει τοῦ λόγου· διαδέχεται δὲ τὸν λόγον ὁ θεῖος Ἰάκωβος, καὶ τοῖς παρὰ τοῦ Ἰακώβου ἐπείθοντο πάντες (21), καὶ Πέτρος αὐτὸς, καὶ ἀπόστολοι, καὶ πρεσβύτεροι. Οὕτως ἐφίλουν τὸν Χριστὸν οἱ μακάριοι ἐκεῖνοι· οὕτως ἐκεῖνοι ἀληθείας ἅμα καὶ ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐφρόντιζον. Εἶτα ἀπόστολοι μὲν οὕτω ζητοῦντες τὴν ἀλήθειαν διετέλεσαν, καὶ νόμον περὶ τούτων ἔθεντο· ὑμεῖς δὲ τἀναντία δρῶντες ἐκείνων, ἄλλους τινὰς πρὸ ὑμῶν αὐτῶν, τῆς τοιαύτης διαστάσεως αἰτιᾶσθαι δίκαιοι. Καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγον (22);

A scribens? Cum autem venisset Petrus Antiochiam, in faciem ei restiti, quia reprehensibilis erat. » Et rursus: « Sed cum vidissem quod non recte ambularent ad veritatem Evangelii, dixi Cephæ coram omnibus: Si tu cum Judæus sis, gentiliter vivis et non Judaice, quomodo gentes cogis Judaizare? Nos natura Judæi, et non ex gentibus, peccatores. Scientes autem quod non justificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Jesu Christi [a]. » Rursus vero cum sermo esset motus de circumcisione ex præscripto legis Mosaicæ quæ obtinebat, quæstioque in Ecclesia proposita esset ab apostolis et presbyteris Hierosolymitanis, quid facto opus esset discere cupiunt. Inserviunt vero responsionibus Paulus et Barnabas, ac nonnulli alii. Cum Hierosolymis essent, B non ad se primatum rapit Petrus, neque inquit: Mihi permissum est regulam in his præscribere; sed congregantur apostoli, congregantur et presbyteri, ut de hoc dispiciant: et neque Petrus apostolus arcet, sibi ipsi eo pacto primatum vindicans, neque apostoli presbyteros qui erant Hierosolymis. Nec enim talia edocti erant a Christo, neque sic primatum captare; sed cum postremi quid faciendum esset propalarent, tacent primi. Argumentum vero ac signum, hoc est. Cum enim convenissent apostoli simul et presbyteri, magnaque hac de re quæstio orta esset, Petrus quidem præ aliis sermonem auspicatur; cujus orationem excipit divinus Jacobus, et Jacobi sententiæ assenserunt omnes, et Petrus ipse, et C apostoli ac presbyteri. Adeo beati illi Christum amabant, adeo illis veritas pariter et pax ecclesiastica curæ erant. Deinde apostoli quidem hoc pacto veritatem quærentes, etiam legem de his statuerunt. Vos autem, cum contraria ab illis faciatis, anne alios quospiam potius quam vosmet ipsos hujus tam gravis dissensionis merito incusare possitis?

[a] Galat. II, 11-15.

(20) *Ἑαυτῷ τὸ πρωτεῖον ταύτῃ περιποιούμενος*. Ita etiam Palatinus, ταύτῃ περιποιούμενος. Sed ἔνδοξος ille Servinus elegantem vocem ex scripto suo codice adnotavit, τὸ πρωτεῖον λαύτης, et λαύτην esse vult *loca lautia*, quorum mentio apud Apuleium et Sidonium Apollinarem epistola octava; adde Plutarchum περὶ Ῥωμαϊκῶν, et Polybium περὶ πρεσβειῶν. Quæ sint *loca lautia*, et quam bene vox λαύτης huic loco conveniat non possumus jam ignorare. Itaque nos tanti viri auctoritate permoti λαύτης restituimus et τὸ ταύτῃ expungimus. Qui hanc vocem usurpaverit ex recentioris Græciæ scriptoribus, neminem alium nisi hunc Nilum novi. Sed non nescimus multas peculiares τῶν λέξεων χρήσεις, multas etiam καινοτομουμένας λέξεις apud hunc aut illum reperiri. Quarum usum si quis ex aliis auctoribus firmare satis ageret, frustra esset.

(21) *Ἐπείθοντο πάντες*. Palatinus, ἐπείθονται; puto, πείθονται. Præcedit enim, διαδέχεται, καὶ προκατάρχει. Sic et hoc loco, πείθονται.

(22) *Καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγον;* Post hæc verba, καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγον, multa desunt in vulgatis quæ jampridem ex suo codice suppleverat amplissimus Servinus: quæ nos item exstare in libro Palatino testamur. Quæ quare omittenda fuerint, non video, nec cur reponenda non sint. Ita igitur in scriptis libris habetur: Καὶ πῶς ἂν ἔχοι ταῦτα λόγον; Τί τοίνυν φημί; καὶ ὁρᾶτε ὡς ἁπλᾶ καὶ δίκαια λέγω. Εἰ μέν τις οἰκουμενικὴ σύνοδος περὶ τοῦ, τί δεῖ νομίζειν περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἀπεφήνατο, τοῦτο κρατεῖν, καὶ μὴ τὰ κοινῇ δεδογμένα λύειν. Ἢ ἔνοχος ἂν εἴη πάντως τοῖς ἐκεῖ λαληθεῖσιν ἐπιτιμίοις, D ὁ παρὰ τὰ διωρισμένα δοξάζων. Εἰ δ' οὕτω κοινῇ γνώμῃ περὶ τοῦ προτεθέντος διέκρινεν, ἀναγνώσκεσθαι μὲν τὸ παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἐκτεθὲν σύμβολον, καὶ πιστεύειν ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται· πότερον δὲ ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται, ἢ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ, τούτων δὲ μηδ' ἕτερον κύριον ἡγεῖσθαι, ἕως ἂν αὐτὸ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον διὰ κοινοῦ συλλόγου περὶ ἑαυτοῦ ἀποφήνηται, εἴτε ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς, εἴτε δὴ καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ. Ἀλλ' ὁ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως λόγος τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐκ τοῦ Υἱοῦ φησιν, ἀρχαῖος τῇ Ἐκκλησίᾳ. Quæ data opera fuisse omissa vel cæco appareat. Nec enim hic defectus ex properantia librarii natus est, qui tot versus transilierit, sed de industria resecta ab eo qui ut his omissis continuationem sensus et verborum reconcinnaret, hæc mutavit: Ἀλλὰ τὸ δόγμα περὶ οὗ ἀμφισβητεῖτε φασὶν, ἀρχαῖον τῇ Ἐκκλησίᾳ, etc. Sed ut sese habeant ista, quædam in illis verbis, quæ superius posui-

Cæterum, inquiunt, dogma de quo disceptatis vetus est in Ecclesia, et ab apostolis ac Scripturis traditum; neque justum œcumenicam ob hoc synodum congregari. Primum quidem hoc quæritur, an ab apostolis traditum sit; neque oportet quæsita pro confessis statuere. Præterea quis nescit, quod etiam hoc, Filium esse coessentialem Patri, et Spiritum Patri et Filio, et alia quæcunque œcumenicis actis stabilita sunt, vetera erant, et apostolicæ propheticæque traditiones, imo potius Spiritus sancti oracula. Quæ quidem cum talia essent: nihilominus tamen, universalia concilia Ecclesiæ habenda fuerunt, ut veritas investigaretur, inventaque stabiliretur, omnisque contradicentibus occasio præriperetur. At inquiunt, universalibus conciliis nequaquam proposita fuit inquisitio veritatis, sed convenerunt ut eam confirmarent: ideoque etiam nunc, non in dubium vocari hoc dogma, justum esse, sed stabiliri. Quo pacto vero hoc ais? Si quidem nulla universalium Ecclesiarum contradicat, aut alioquin una sola, aut pauci aliquot, assentior et ego. Si vero, cum quinque sint Ecclesiæ universales, una reliquis contradicit; an non justum sit omnes convenire, et infinitis votis, summaque disquisitione habita dogma stabiliri? Adhæc, quid sibi volunt in conciliis quæ recitantur, quæ proponuntur, quid instantiæ, ac super his solutiones? an non, ut inveniatur veritas? Quo pacto autem inveniatur, nisi prius quæsita? Lege vero etiam Acta primæ synodi. Incides enim ibi in philosophos, prolixe admodum contradicentes; postea, demonstrata veritate, ab omni conflictatione desistentes.

Ἀλλά, Τὸ δόγμα περὶ οὗ ἀμφισβητεῖτε, φασίν, ἀρχαῖον τῇ Ἐκκλησίᾳ, καὶ παρὰ τῶν ἀποστόλων καὶ τῶν Γραφῶν παραδέδοται· καὶ οὐ δίκαιον περὶ τούτου σύνοδον οἰκουμενικὴν ἀθροίζειν. Πρῶτον μὲν τοῦτο ζητεῖται, εἰ παρὰ τῶν ἀποστόλων, εἰ παρὰ τῶν Γραφῶν παραδέδοται· καὶ οὐ χρὴ τὰ ζητούμενα ὡς ὁμολογούμενα ὑποτίθεσθαι· ἔπειτα τίς οὐκ οἶδεν ὅτι καὶ τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, καὶ τὸ Πνεῦμα Πατρὶ καὶ Υἱῷ, καὶ τἄλλα ὅσα γε οἰκουμενικαῖς ἐκυρώθησαν πράξεσιν, ἀρχαῖά τε ἦσαν, καὶ ἀποστολικαὶ καὶ προφητικαὶ παραδόσεις, μᾶλλον δὲ Πνεύματος ἁγίου φωναί; Ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ὄντων (23) συνόδων οἰκουμενικῶν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἐδέησεν, ἵνα τὸ ἀληθὲς ζητηθῇ, καὶ εὑρεθὲν κηρυχθῇ, καὶ τοῖς ἀντιλέγουσι πᾶσα πρόφασις περιαιρεθῇ. Ἀλλ' ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς τῶν συνόδων, φασίν, οὐ πρόθεσις ἦν ζητηθῆναι τὴν ἀλήθειαν, ἀλλὰ συνῄεσαν, ἵνα ταύτην κυρώσωσιν· ὥστε καὶ νῦν οὐ ζητηθῆναι τὸ δόγμα δίκαιον (24), ἀλλὰ κυρωθῆναι. Πῶς τοῦτο λέγεις; Εἰ μὲν μηδεμιᾶς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀντιλεγούσης, ἢ μιᾶς μόνης, ἢ ὀλίγων δή τινων, φημὶ κἀγώ· εἰ δὲ πέντε τῶν καθολικῶν Ἐκκλησιῶν οὐσῶν, ἡ μία ταῖς λοιπαῖς ἀντιλέγει, οὐ δίκαιον συνιέναι πάσας, καὶ μετ' εὐχῶν μυρίων καὶ τοσαύτης ζητήσεως κυρωθῆναι τὸ δόγμα; Ἔπειτα τί βούλονται τὰ ἐν ταῖς συνόδοις ἀναγινωσκόμενα, τὰ προβαλλόμενα, αἱ ἐνστάσεις, αἱ πρὸς ταύτας λύσεις; Οὐχ ἵνα εὑρεθῇ ἡ ἀλήθεια; Πῶς δ' ἂν εὑρεθείη, μὴ ζητηθεῖσα πρότερον; Ἀνάγνωθι δὲ καὶ τὰ ἐν τῇ πρώτῃ συνόδῳ. Ἐντεύξῃ γὰρ ἐκεῖ φιλοσόφοις, μέχρι πολλοῦ τινὸς ἀντιλέγουσιν, εἶτα, τῆς ἀληθείας ἀποδειχθείσης, καταθεμένοις τὴν μάχην.

At quænam, inquiunt, sunt quatuor Ecclesiæ? cum unica enim conflictamur Constantinopolitana. Reliquæ enim tres verba sunt tantum, re vacua, cum sub Barbaris degant, minimeque habeant qui de veritate sciscitentur, utpote sapientia ibi neutiquam locum habente. Sed non hoc, o bone, justitiæ ratio postulat; neque quia judiciis divinis traditæ sunt, contemnendas eas statim censeamus, quamdiu intelligimus proprias Christianis esse tentationes. Præterea, tales Ecclesiæ etiam tempore septimæ synodi sub Barbaris erant, neque tamen idcirco juri ipsarum quidquam derogabatur, sed cum universales metropolitani ipsi non adessent, per vicarios suam quisque sedem obtinebat; et papa Adrianus acta laudavit atque approbavit. Quod vero sapientiæ in illis Ecclesiis

Ἀλλὰ τίνες, φασίν, αἱ τέσσαρες Ἐκκλησίαι; Πρὸς μίαν ἡμῖν ὁ πόλεμος, τὴν ἐν Κωνσταντίνου πόλει. Αἱ γὰρ τρεῖς, λόγος μόνον, πράγματος ἔρημος, ὑπὸ Βαρβάροις τελοῦσαι, καὶ ἥκιστα ἔχουσαι τὸν ὑπὲρ ἀληθείας ἐροῦντα, ἅτε σοφίας μηδαμῶς ἐκεῖ χώραν ἐχούσης. Οὐ τοῦτο, ὦ μακάριε, ὁ τοῦ δικαίου βούλεται λόγος· οὐδὲ, διότι παρεδόθησαν Θεοῦ κρίμασι, καταφρονητέας αὐτὰς εὐθὺς νομιοῦμεν, ἕως ἂν εἰδῶμεν ἴδιον Χριστιανῶν εἶναι τοὺς πειρασμούς. Ἔπειτα αἱ τοιαῦται Ἐκκλησίαι καὶ κατὰ τὴν ἑβδόμην σύνοδον ὑπὸ Βαρβάροις ἦσαν· καὶ παρὰ τοῦτο τῶν αὐταῖς προσηκόντων οὐκ ἐστερήθησαν, ἀλλὰ καὶ τῶν καθολικῶν ἀρχιερέων μὴ παραγενομένων, τοποτηρηταῖς ἕκαστος τὴν ἑαυτοῦ καθέδραν ἐπλήρουν. Καὶ ὁ πάππας Ἀδριανὸς ἐπῄνει τὰ πεπραγμένα. Ὅτι δὲ σοφίας ἐν ἐκείναις ταῖς Ἐκκλησίαις λόγος οὐ-

mus nobis emendanda veniunt. Et primum Εἰ δ' οὕτω κοινῇ γνώμῃ περὶ τοῦ προτεθέντος διέκρινεν, lege, Εἰ δ' οὕτω κοινὴ γνώμη. Et mox ἀναγινώσκεσθαι. Sub finem distingue, Ἀλλ' ὁ περὶ τῆς ἐκπορεύσεως λόγος τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκ τοῦ Υἱοῦ, φησὶν, ἀρχαῖος τῇ Ἐκκλησίᾳ. Φησὶν, subaudi ὁ Λατῖνος. Sic infra ἀλλ' ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς τῶν συνόδων, φησὶν, οὐ πρόθεσις ἦν, et sic alibi sæpe.

(23) *Ἀλλὰ καὶ τοῦτο, ὄντων.* Ita etiam in Pal. Sed legendum est, καὶ τούτων ὄντων, ut et ex amplissimo Servino codex est adnotatum. Paulo post lego, ἵνα τἀληθὲς ζητηθῇ, καὶ ζητηθὲν εὑρεθῇ, καὶ εὑρεθὲν κηρυχθῇ. Vidimus illa deesse, καὶ ζητηθὲν εὑρεθῇ. Et sane deerant. Τἀληθὲς etiam amplissimi Servini liber.

(24) *Οὐ ζητηθῆναι τὸ δόγμα δίκαιον.* Nescio an præferenda scriptura libri præstantiss. Servini, τὸ πρᾶγμα. Ut supra diximus τὸ δόγμα ἐστὶ πρᾶγμά τι κυρωθὲν μετὰ πολλὴν ζήτησιν, καὶ ἀμφισβήτησιν καὶ ἐξέτασιν. Sed quandiu ζητεῖται καὶ ἐξετάζεται καὶ ἀμφισβητεῖται non est δόγμα, sed ζητούμενόν τι καὶ ἀμφισβητούμενον, ut sæpe legitur in hoc Nilo. Sed, ut ut sit, δόγμα non rejicimus, cum etiam codex Palatinus hanc lectionem agnoscat.

δεῖ· ζητῶ περὶ τίνος σοφίας ὁ λόγος, τῆς καθ' ἡμᾶς τῆς πνευματικῆς, ἢ τῆς ἔξωθεν; Εἰ μὲν τῆς ἔξωθεν, ἔστω, καὶ οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον· οὐδὲ γὰρ διὰ ταύτης ἡμεῖς πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἐχειραγωγήθημεν, ἵνα μὴ κενωθῇ ὁ σταυρὸς τοῦ Χριστοῦ· εἰ δὲ περὶ τῆς πνευματικῆς καὶ τῆς ἡμετέρας, οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος. Καὶ μαρτυροῦσι τούτοις πολλοὶ μὲν τῶν ἐκεῖ διαπτύσαντες κόσμον, καὶ πρὸς τὸν οὐρανὸν μόνον βλέποντες· πολλοὶ δὲ καὶ μέχρις αἵματος πρὸς τὴν ἀσέβειαν ἀντικαθιστάμενοι, καὶ αἵμασιν, οὐ λόγοις ἑκάστοτε τὴν Ἐκκλησίαν στηρίζοντες. Ταῦτα δὲ ὡς οὐκ ἄνευ πολλῆς μελέτης Γραφῶν οὐδὲ λόγου δεῖ. Ἐπὶ δὲ τῆς ἕκτης συνόδου ὁ πάππας Ἀγάθων ἀποκλαιόμενος τὴν τῆς Ῥώμης Ἐκκλησίαν, πρὸς τοὺς βασιλέας Ῥωμαίων γράφων, τοιάδε φησί· « Στέλλομεν τοὺς παρόντας συνδούλους ἡμῶν, τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα· » εἶτ' εὐθὺς ἐπάγει· « Παρὰ γὰρ ἀνθρώποις ἐν μέσῳ ἐθνῶν τυγχάνουσι, καὶ ἀπὸ σωματικοῦ μόχθου τὴν τροφὴν μετὰ μεγάλου δισταγμοῦ ποριζομένοις, πῶς εἰς τὸ πλῆρες δυνήσεται εὑρεθῆναι ἡ τῶν Γραφῶν εἴδησις; εἰ μὴ ὅτι κανονικῶς ἀπὸ τῶν ἁγίων τῶν προηγησαμένων, καὶ τῶν ἁγίων πέντε συνόδων, ἅπερ ὡρισμένα εἰσὶν ἐν ἁπλότητι καρδίας καὶ ἀναμφιβόλως, ἀπὸ τῆς παραδοθείσης παρὰ τῶν Πατέρων πίστεως φυλάττομεν, ἓν καὶ ἐξαίρετον διὰ παντὸς ἔχειν εὐχόμενοι καὶ σπεύδοντες, ἵνα μηδὲν παρὰ τὰ κανονικῶς ὁρισθέντα σμειωθῇ, μηδ' ἐναλλαγῇ, ἢ προστεθῇ, ἀλλὰ ταῦτα καὶ ῥήμασι καὶ νοήμασιν ἀπαράτρωτα φυλαχθῶσιν. » Εἰ δὲ κἀκεῖνοι ἐπὶ τὴν κοινὴν ἀκρόασιν καλούμενοι, τὰ αὐτὰ φαῖεν ἅπερ καὶ ὁ μακάριος Ἀγάθων, οὐ δίκαια ἂν εἴποιεν καὶ προσήκοντα τῷ Εὐαγγελίῳ τοῦ Χριστοῦ; Εἰ δὲ ὁ πάππας, διὰ τὸ μὴ τελείως ἔχειν τὴν τῶν Γραφῶν εἴδησιν, καὶ διὰ τὸ ἁπλοϊκῶς τὰ περὶ πίστεως εἰδέναι, καὶ διὰ τὸ ἐξαίρετον ἔχειν ἰδίωμα μήτε ἐναλλάττειν, μήτε προστιθέναι, μήτε ἐν ῥήμασι, μήτε ἐν νοήμασι, καὶ μὴ μόνον ἔχειν τοῦτο ἰδίωμα, ἀλλὰ καὶ εὔχεσθαι διὰ τέλους ἔχειν, ὅμως διὰ ταῦτα οὐκ ἀπεστέρηται τῶν προσηκόντων αὐτῷ· πῶς δίκαιον τὰς ἑτέρας Ἐκκλησίας διὰ ταῦτα τὰ ἑαυτῶν ζημιοῦσθαι; ἢ γὰρ κἀκεῖνος, εἴπερ καὶ αὗται· ἢ μηδ' αὗται, εἴπερ (25) μηδ' ἐκεῖνος. Εἷς γὰρ καὶ ὁ αὐτὸς διὰ πάντων ὁ τοῦ δικαίου λόγος χωρεῖ, κἂν ἄλλοτε ἄλλως ἔχῃ τὰ πράγματα (26).

nulla sit cura, rogo, de quanam sapientia sit sermo, de internane ac spirituali, an vero de externa. Si de externa, sit ita, neque quidquam ad rem facit; neque enim nos per hanc ad divinam veritatem manu ducti sumus, ne evacuetur crux Christi. Si vero de spirituali et interna, non vere dicitur. Testes enim hujus rei sunt multi iis in locis degentes, mundum despuentes, solumque cœlum respicientes; multi vero etiam ad sanguinis profusionem usque impietati sese opponentes, et sanguine, non verbis assidue Ecclesiam fulcientes. Hæc vero quod non sine magna in Scripturis exercitatione præstent, verbis non eget. In sexta vero synodo papa Agathon deflens eam quæ Romæ erat Ecclesiam, ad reges Romanorum scribens, ita ait: « Mittimus hosce conservos nostros N. et N.; deinde statim subjungit: Ab hominibus enim in medio gentium versantibus, et victum ex corporali labore cum magna animi distractione comparantibus, quo pacto plene Scripturarum cognitio inveniri poterit? nisi quod canonice a sanctis antecessoribus, et sanctis quinque synodis quæcunque decreta sunt, in simplicitate cordis et indubitanter, ex tradita a Patribus fide servamus, unum hoc atque eximium perpetuo retinere optantes et laborantes, ut nihil præter ea quæ canonice decreta sunt excipiatur, neque immutetur, vel addatur; sed hæc et verbis et sensibus integra illæsaque conserventur. » Si vero etiam illi ad communem audientiam vocati, eadem dicant quæ et beatus Agathon, an non justa dixerint, et consentanea Evangelio Christi? Si vero Papa, quia Scripturarum cognitione perfecte præditus non est, et quia simpliciter quæ ad fidem pertinent novit; vel propterea quod eximiam hanc proprietatem habet, neque immutandi neque addendi quidquam sive in verbis, sive in sensu; neque solum hanc proprietatem habet, sed et optat in finem usque retinere; propter hæc tamen suo jure non est privatus; quo pacto æquum sit alias Ecclesias propter hæc jure suo fraudari? Aut enim etiam ipse, si quidem et illæ: aut ne illæ quidem, nisi etiam ipse. Una enim atque eadem juris ratio per omnia commeat, tametsi alibi aliter sese res habeant. At vocati, inquiunt, ad synodum,

(25) *Εἴπερ μηδ' ἐκεῖνος*. Μηδὲ ἐκεῖνος.

(26) *Ἄλλως ἔχῃ τὰ πράγματα*. Post hæc verba repone ex scriptis codicibus: Ἀλλ' ἐπεφύησαν ποτὲ τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ, φησὶν ἄνθρωποι, τῆς Ἀρείου παραφορᾶς, οἳ τὸν Υἱὸν τῆς πατρικῆς οὐσίας ἀποστεροῦντες, ἄλλα τε ἔλεγον κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, καὶ δὴ καὶ ἐκ τοῦ μὴ προβάλλειν τὸ Πνεῦμα τὸν Υἱὸν τὸ τῆς ἀνομίας συνῆγον συμπέρασμα. Διὰ ταῦτα καλῶς ποιοῦσα ἡ Ἐκκλησία, τότε δόγμα κύριον ἔκρινε καὶ τῷ συμβόλῳ προστίθησιν. Εἰ μὲν οἰκονομοῦσα ἡ Ἐκκλησία τοῦτο ποιεῖ, δεδόσθω. Καὶ δὴ καιρικήν τινα τὴν οἰκονομίαν εἶναι καὶ τοῦ νέφους παρελθόντος μηκέτι σοφίζεσθαι. Καίτοι γε οὐχ ἁπλῶς οἰκονομεῖν ἔξεστιν, οὐδὲ κακῷ τὸ κακὸν ἰᾶσθαι. Εἰ δὲ καὶ ἀληθὲς ἡγουμένη που δίκαιον ἐφ' ἑτέρᾳ τὴν αἰτίαν πρέπειν ἄλλως τε καὶ ἀληθοῦς ὄντος τοῦ δόγματος, οὐχ οὕτω τῶν ἐναντίων τὸν λόγον λύειν ἐχρῆν. Εἰ γὰρ διότι τὸ προβάλλειν ὁ Υἱὸς ἔχει, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐστὶ τῷ Πατρί, ἀπηλλοτρίωται ἄρα τὸ Πνεῦμα τῆς πατρικῆς οὐσίας, ἐστερημένον τῆς προβολῆς. Οὐ μὴν ἀλλ' εἴγε ἅπερ εἶπον Πατρὶ τοῦ Υἱοῦ, ταῦτα καὶ Πατρὶ τοῦ Πνεύματος ἔλεγον ὡς ἐπειδήπερ μόνον αἰτιατόν ἐστιν, ἔλαττόν ἐστι τῆς πατρικῆς οὐσίας, τί ποτε ἂν πρὸς αὐτοὺς ἐλέγετε, σκῆψις ταῦτα ὦ ἄνθρωποι, καὶ τῆς ἀληθείας ἀποφυγή. Ἄλλως τε πῶς οὐχ ὑπέρδεινόν ἐστι, ὑπὲρ μὲν ἐκείνων καὶ κακῶς λύειν αἱρεῖσθαι, καὶ κινεῖν τὰ ἀκίνητα οἷς ἤρκεσεν ἄν, εἰς ἔλεγχον τὸ παρὰ πασῶν συνόδων ὡς ἀσεβεῖς ἐλαύνεσθαι. Ἡμῶν δὲ μέτρια καὶ ἀληθῆ λεγόντων, καὶ νόμοις ἀποστόλων χρωμένων οἳ οὐκ ἐῶσιν ἰδίᾳ τὰ τῆς Ἐκκλησίας τυποῦσθαι, μηδ' ὁντινοῦν λόγον ποιεῖσθαι, ἀλλὰ τὴν τοῦ πάππα καθάπερ μορμολυκεῖον ἡμῖν ἐπισείειν ἀρχήν. Hæc quantivis erant pretii, et quantivis momenti, vel propter hanc postremam periodum, restat, ut quædam quæ corrupta sunt indicemus, et emendemus, et statim initio καὶ δὴ καὶ ἐκ τοῦ μὴ προβάλλειν τὸ Πνεῦμα τὸν Υἱὸν τὸ

venire detrectastis. Quo pacto vero æquum sit, ad synodum vocatos, tergiversari? soluta vero synodo, rursus eam poscere? Ubi hæc, sub quo rege, quo episcopo Romæ pontificem agente? ubinam sunt exempla litterarum ad regem Romanorum, vel ad nostram Ecclesiam, vel ad alios universales episcopos? Nostræ vero Epistolæ ad illos scriptæ, quibus synodum detrectamus, ubinam sunt? aut enim eas proferant, aut hæc dicere desinant. Ac de eo quidem, quod non liceat Romanorum Ecclesiæ privatim quæ Ecclesiarum communia sunt decernere ac stabilire; quodque hoc Christi Ecclesiam dissipavit, simulque et apostolicis, et Patrum legibus atque institutis repugnet, hæc dicta sufficiant.

Ἀλλὰ κληθέντες, φασὶν, ἐπὶ τὴν σύνοδον ἀπαντῆσαι οὐκ ἠνέσχεσθε. Πῶς οὖν δίκαιον, ἐπὶ σύνοδον μὲν καλουμένους ἀποπηδᾷν, σύνοδον δὲ διαλυθεῖσαν πάλιν αἰτεῖν; Πότε ταῦτα, ἐπὶ τίνος βασιλέως, τίνος ἐπισκόπου Ῥώμης ἱεραρχοῦντος; Ποῦ τὰ ἐπιστολῶν ἀντίγραφα πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων (27), τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν Ἐκκλησίαν, τὰ πρὸς ἄλλους καθολικοὺς τῶν ἐπισκόπων; Αἱ δὲ παρ' ἡμῶν ἐπιστολαὶ ἀποσειόμεναι τὴν σύνοδον ποῦ; Ἢ γὰρ ταῦτα δεικνύτωσαν, ἢ ἐκεῖνα μὴ λεγέτωσαν. Καὶ περὶ μὲν τοῦ μὴ ἐξεῖναι τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ καθ' ἑαυτὴν τὰ κοινὰ τῆς Ἐκκλησίας κυροῦν, καὶ ὡς τοῦτο τὴν Χριστοῦ Ἐκκλησίαν διέῤῥηξε, καὶ ὡς ταῦτα οὔτε οἱ τῶν ἀποστόλων, οὔτε οἱ τῶν Πατέρων βούλονται νόμοι, τὰ παρόντα ἀρκεῖ (28).

EJUSDEM DE PRIMATU PAPÆ. *LIBER II.*

Affirmant Latini, cum beatus Petrus sacri illius duodenarii cœtus princeps sit constitutus, merito etiam ipsi potestatem clavium regni cœlorum traditam, et super ipsum ædificatam esse Ecclesiam, adversus quam portæ inferni non sint prævalituræ; præterea Christum pro fide ipsius orasse, ne deficeret. Illud etiam: « Confirma conversus fratres tuos [a], » et: « Pasce oves meas [b]: » aliaque hujusmodi, eodem spectare aiunt, manifeste Petri primatum declarantia, cujus successor constitutus papa, cum omnem illius primatum acceperit ab ipso Petro, eamdem quoque quam ille in rebus fidei potestatem obtinere, atque idcirco fieri non posse, ut circa integritatem dogmatum labatur. Labente enim ipso, fides ipsa perit atque evane-

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΠΠΑ ΑΡΧΗΣ. *ΒΙΒΛΙΟΝ Β'* (29).

Φασὶν οἱ Λατῖνοι τὸν μακάριον Πέτρον, κορυφαῖον παρὰ τοῦ Κυρίου καταστάντα τῆς ἱερᾶς δωδεκάδος, εἰκότως καὶ τὰς κλεῖς ἐγχειρισθῆναι, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύσουσι (30)· καὶ ὑπὲρ τῆς πίστεως αὐτοῦ δεηθῆναι τὸν Χριστὸν μὴ ἐκλιπεῖν· καὶ τὸ, « Στήριξον δ' ἐπιστραφεὶς τοὺς ἀδελφούς σου, » καὶ, « Ποίμανε τὰ πρόβατά μου, » καὶ ὅσα τοιαῦτα, εἰς ταυτὸ φασὶ φέρειν, δεικνύντα σαφῶς τὴν τοῦ Πέτρου ἀρχήν. Οὗ διάδοχος ὁ πάππας καταστὰς, καὶ τὴν ἐκείνου πᾶσαν ἀρχὴν εἰληφὼς παρ' αὐτοῦ τοῦ Πέτρου, δύναται καὶ αὐτὸς ὅσα καὶ Πέτρος περὶ τὴν πίστιν· καὶ ἀδύνατόν ἐστιν αὐτὸν διὰ ταῦτα καὶ τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων. Ἐκπεσόντος γὰρ, τὰ τῆς πίστεως οἴχεται. Τοῦτο δὲ καὶ ὁ μακάριος Ἀγάθων μαρτυρεῖ λέγων, « Ἡ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία αὐτοῦ

[a] Luc. XXII, 32. [b] Joan. XX, 15.

τῆς ἀνομίας συνῆγον συμπέρασμα. Quodnam sit istud ἀνομίας συμπέρασμα, non video. Corruptum esse puto, et, nisi valde fallor, sic egregie poterit restitui, si legamus τὸ τοῦ ἀνομοίου συνῆγον συμπέρασμα, parva mutatione. Vel, si quis malit, τῆς ἀνομοίου, ut aliquid subintelligatur. Sed illud magis placet. Et manifesta est sententia. Illi de quibus loquitur τὰ τοῦ Ἀρείου φρονοῦντες ita argumentabantur, Filium non posse dici esse τῆς αὐτῆς οὐσίας τῷ Πατρὶ, nisi etiam cum Patre, προβολεὺς τοῦ παναγίου Πνεύματος diceretur. Nihil apertius. Infra, Εἰ γὰρ διότι τὸ προβάλλειν ὁ Υἱὸς ἔχει, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας ἐστὶ τῷ Πατρὶ, ἀπηλλωτρίωται, ἄρα τὸ Πνεῦμα τῆς πατρικῆς οὐσίας, ἐστερημένον τῆς προβολῆς. Nihil igitur certius quam legendum, Τὸ τοῦ ἀνομοίου συμπέρασμα. Paulo post emendandum, Ποῦ δίκαιον ἐφ' ἕτερα τὴν αἰτίαν τρέπειν. Nam male scriptum est, Ἑτέρᾳ et πρέπειν in scripto codice.

(27) *Ἀντίγραφα πρὸς βασιλέα Ῥωμαίων*. Ampliss. Serv. Cod., ἀντίγραφα τὰ πρὸς βασιλέα Ῥωμαίων, τὰ πρὸς τὴν ἡμετέραν Ἐκκλησίαν. Et ita scribendum est. Et paulo post Αἱ δὲ παρ' ἡμῶν ἐπιστολαὶ πρὸς ἐκείνους ἀποσειόμεναι τὴν σύνοδον. Vulgo πρὸς ἐκείνους non legitur, quod reposuimus ex codice Palatino.

(28) *Τὰ παρόντα ἀρκεῖ*. Idem liber, καὶ τὰ παρόντα ἀρκεῖ.

(29) Secundus hic liber est, περὶ τῆς τοῦ πάππα ἀρχῆς, primus erat ἀποδεικτικὸς τῶν αἰτιῶν τῆς ἐκκλησιαστικῆς διαστάσεως. Sed vereor ne hi duo tractatus separandi sint, nec satis scio quam bene hic τοῦ δευτέρου λόγου τάξιν obtineat. Puto sane hos libellos, sive λόγους, sive tractatus esse singulares; idque mihi videor certo deprehendere ex indice codicis Palatini in quo manifesto separantur. Nam neque ille πρῶτος, neque hic δεύτερος ibi vocatur. Alias tertium his duobus librum possemus adjungere, ejusdem Nili ἀπάντησιν σαφῆ τε καὶ σύντομον πρὸς Λατίνους ὥσπερ ἐγχειρίδιόν τι προκείμενον, τοῖς βουλομένοις ἀγωνίζεσθαι πρὸς ἐκείνους. Sed, ut diximus, hic liber non est secundus, sed peculiaris quidam et singularis tractatus, etsi materiam non multum a prioris libri materia diversam habeat. At vero non male conjunguntur hi duo libelli. Argumento enim et materia plane sunt affines.

(30) *Καὶ τὰς κλεῖς ἐγχειρισθῆναι, ἧς πύλαι ᾅδου οὐ κατισχύουσι*. Aliquid deest. Nam quo refertur illud, ἧς; adnotavit præstantiss. Servinus in codice edito Francofurti anno 1555 legi βασιλείας. Nobis illam editionem videre non contigit. Ipse autem in suo codice haberi adnotat, ἐκκλησίας, nos βασιλείας probamus. Nec aliter scriptum in codice Palatino reperi, qui etiam amplius habet, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομηθῆναι. Et hæc etiam in ampliss. Servini ms. Totum igitur hunc locum sic lege. Εἰκότως καὶ τὰς κλεῖς ἐγχειρισθῆναι τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν, καὶ ἐπὶ τούτῳ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομηθῆναι.

οὐδέποτε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας ἐν οἱῳδήποτε μέρει πλάνης ἐκάμφθη. » Καὶ ὅτι διὰ ταῦτα καὶ τὸ πρῶτος εἶναι παρὰ τῶν ἀποστόλων εἰλήφει, καὶ τὴν ἔφεσιν ἔχει λαβών. Καὶ τὸ πρωτεῖον αὐτοῦ τοῦτον τὸν λόγον ἔχει πρὸς τοὺς ἄλλους καθολικοὺς θρόνους, ὃν δὴ καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἔχει πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἱεράρχας. Καὶ ὅτι αὐτῷ μόνῳ ἔξεστιν, οἰκουμενικὴν ἀθροίζειν σύνοδον ὅτε βούλεται. Καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ κανονίζεσθαι ἄνευ τῆς αὐτοῦ γνώμης, οὐ θέμις. Καὶ αὐτὸς πάντας ἀνακρίνων, ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται, οὔτε ἐν δόγμασιν, οὔτε ἐν ἄλλοις ἔθεσι. Καὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ πάππας ἐπίσκοπος τινὸς πόλεως, Ῥώμης τυχὸν ἢ τινος ἄλλης, ὥσπερ ἑκάστης πόλεως ἰδίᾳ ποιμὴν ἕκαστος, ἀλλὰ ἁπλῶς ἐπίσκοπος, ὅπερ οὐκ ἔστιν ἐπ' ἄλλων ἰδεῖν. Διὰ τοῦτό οὐδ' ἐν οἷς γράφει Ῥώμης ἐπίσκοπον ἑαυτὸν καλεῖ. Καὶ ὅτι μόνος ὁ τοῦ πάππα θρόνος ἔσχε τὸ ἀποστολικὸς ὀνομάζεσθαι θρόνος. Ἐν γὰρ τῇ Ῥώμῃ καὶ πολὺν διέτριψε χρόνον ὁ μακάριος Πέτρος, καὶ ἐν ταύτῃ καὶ τὸν βίον κατέλυσε. Καὶ ὅτι πάντα τὰ ἀνωτέρω εἰρημένα παρὰ τοῦ Πέτρου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων ὁ πάππας ἔχει λαβών, καὶ δεῖ πάντας αὐτῷ πείθεσθαι, καὶ μηδένα ἀντιλέγειν, ἐκείνου κελεύοντος. Ταῦτα μὲν ὑπὲρ τῆς ἑαυτῶν Ἐκκλησίας Λατῖνοι φασίν. Ἐγὼ δὲ λόγων πρὸς ταῦτα οὐκ ἀπορῶν, ἀπορῶ πρὸς τίνας τοὺς λόγους ποιήσομαι. Εἰ μὲν γὰρ πρὸς Λατίνους, καὶ πῶς ἔστιν αὐτοῖς τε ἀντιλέγειν, καὶ τῶν λεγομένων καθίζειν κριτάς; ἂν δὲ πρὸς Γραικούς, οὐ δίκαια οὐδὲ μέτρια πάσχειν ἂν φαῖεν Λατῖνοι, κριτῶν καθημένων, οὓς ἐχθροὺς τὰ ἐκκλησιαστικὰ νομίζουσιν. Οὐ μὴν διὰ ταῦτα δίκαιον σιωπῇ τἀληθὲς παρελθεῖν· ἀλλὰ λέγειν μὲν μετὰ παῤῥησίας τὴν ἀγαθὴν προβαλλομένους ἐλπίδα· εὔχεσθαι δὲ, ὥστε τοὺς ἐντευξομένους τῷ συγγράμματι μηδὲν τῆς ἀληθείας πρότερον ἄγειν. Ἴσως γὰρ τοῖς ταύτην ζητοῦσιν ἔσται ἀπὸ τῶν λόγων ὠφέλεια. Λέγωμεν δή

Περὶ μὲν τῆς ἀρχῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου, καὶ ὡς ἔξαρχος κατέστη τῶν ἄλλων ἀποστόλων, καὶ πόσον ἐκείνῳ τὸ συγκεχωρηκὸς παρὰ τοῦ ἱεροῦ χοροῦ ὠφείλετο, ἐν τῷ παρόντι ζητεῖν οὐκ οἶμαι δεῖν· ἔστω δὲ τοσοῦτον, ὁπόσον ἄν τις καὶ βούλοιτο. Οὐ μὴν ἐκεῖνο λέγω, ὡς ὁ πάππας παρὰ τοῦ μακαρίου Πέτρου, τὸ πρῶτος εἶναι τῶν ἄλλων ἐπισκόπων εἰλήφει. Δύο γὰρ περὶ τὸν πάππαν θεωρουμένων, τό τε εἶναι Ῥώμης ἐπίσκοπον, ὡς αἱ σύνοδοι μαρτυροῦσι, καὶ ἔτι τὸ πρῶτον εἶναι τῶν ἄλλων ἐπισκόπων· τὸ μὲν παρὰ τοῦ Πέτρου ἔχει λαβὼν, τὸ εἶναι Ῥώμης ἐπίσκοπος, τὸ δὲ, παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων, καὶ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων, πολλοῖς χρόνοις ὕστερον, διὰ τὸ δίκαιον εἶναι καὶ τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὑπὸ τάξιν τελεῖν, καὶ πολλῷ πρότερον ἢ τὰ πολιτικά. Καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, παρέξομαί σοι μάρτυρας, οὐ δύο ἢ τρεῖς, οὐδὲ δὶς τοσούτους, ἀλλὰ τριάκοντα καὶ ἑξακοσίους, καὶ τούτους ἁγίους Πατέρας.

Ἀνάγνωθι κανόνα τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς

A scit. Quod ipsum testatur beatus Agathon, dicens: « Apostolica ipsius Ecclesia nunquam a via veritatis in qualicunque erroris parte deflexit; » quodque ideo primatus ipsi ab apostolis sit delatus, et summam ad se provocationem usurpat, et primatus ipsius eamdem rationem obtinet ad alias universales sedes, quam habet Constantinopolitana ad episcopos sibi subditos; quodque ipsi soli liceat œcumenicam synodum convocare, quando voluerit; quodque ecclesiasticas sanctiones absque ipsius sententia sancire, nefas sit; quod ipse etiam omnes judicans, a nemine judicatur, neque in dogmatibus, neque in moribus; præterea, quod papa non sit episcopus alicujus civitatis, Romæ videlicet aut alicujus alterius, quemadmodum uniuscujusque B civitatis peculiariter singuli sunt pastores, sed simpliciter atque absolute, episcopus; quod quidem in aliis videre non est: eamque ob causam, neque in iis quæ scribit, Romæ episcopum se vocat; quod etiam sola papæ sedes apostolicæ sedis appellationem obtineat; Romæ enim beatus Petrus per multum tempus egit, ibique e vita decessit; et quod omnia quæ superius dicta sunt, papa a Petro aliisque apostolis accepta obtineat; quodque omnes ipsi obedire oporteat, neminemque contradicere, ipso jubente. Atque hæc quidem sunt quæ Latini pro Ecclesiæ suæ dignitate asserenda afferunt. Ego vero non quid respondeam, sed ad quos orationem meam instituam, ambigo. Nam, si ad Latinos, qui C fieri potest ut et ipsis contradicam, et ipsi eorum quæ a me dicentur judices sedeant? Si vero ad Græcos, iniquum minimeque consentaneum esse dicent Latini, eos judices statui quos in rebus ecclesiasticis hostes censent. Ad non idcirco tamen æquum est ut veritas silentio prætereatur, quin potius libere, bona spe nixos, dicere oportet, optareque ut in quorum manus hoc scriptum pervenerit, nihil veritate prius potiusve habeant. Veritatis enim studiosi indagatores, aliquam ex eo utilitatem reportabunt. Dicamus itaque

De primatu Petri, et quomodo sacri illius cœtus præsul sit constitutus, et quantum illi aliorum apostolorum concessu debitum fuerit, in præsentiarum inquirendum nequaquam censeo. Sit vero D tantum quantum quis voluerit. Illud tamen non dico, quod papa a Petro id juris acceperit, ut aliorum episcoporum primus esset. Cum enim duo circa papam consideranda sint: quod et Romæ episcopus sit, ut et synodi testantur, et præterea, quod sit primus aliorum episcoporum; prius illud a Petro accepit, quod scilicet sit Romæ episcopus; alterum vero, a sanctis Patribus et piis regibus, multo post tempore, quod æquum esset, in ecclesiasticis quoque rebus, et multo quidem magis quam politicis, ordinem statui. Quæ quidem ut vera esse ostendam, producam testes non duos aut tres, aut duplo plures, sed sexcentos et triginta, atque hos quidem sanctos Patres.

Lege canonem sanctæ atque universalis quartæ

synodi, numero vicesimum octavum, qui ait : « Omnino et per omnia, quæcunque a sanctis Patribus definita sunt, sequentes, et modo recitato canone 150 pientissimorum episcoporum congregatorum sub pientissimæ memoriæ magno Theodosio rege in urbe regia Constantinopoli, nova Roma, perpenso : eadem etiam nos statuimus atque decernimus, de honoribus et prærogativis sanctissimæ Ecclesiæ Constantinopolitanæ, novæ Romæ. » Etenim sedi veteris Romæ, quod urbs illa imperatrix esset, merito Patres primatus dignitatem tribuerunt : eademque ratione moti centum quinquaginta episcopi, sedi novæ Romæ parem primatus honorem attribuerunt : consentaneum rationi judicantes, urbem et regia et senatu imperii decoratam, pari etiam cum veteri regia urbe honoris prærogativa fruentem, in rebus quoque ecclesiasticis parem atque illa præminentiam obtinere, cum tamen secunda ab illa exsisteret. » Quid ex his discimus? quidnam aliud, quam non ab apostolis, sed a Patribus datum esse papæ primatum aliarum Ecclesiarum, et quidem idcirco, quod scilicet urbs Roma reliquis urbibus imperaret. Si vero, quia caput imperii urbs illa erat, primatum obtinet papa, certe non eo nomine eum est consecutus, quod sit successor Petri. Si autem a Patribus hoc habet, non ergo ab apostolis. Lege etiam Novellam centesimam Justiniani, ut veritatem omni ex parte congruentem videas : « Sancimus, inquit, juxta sanctarum synodorum decreta, sanctissimum veteris Romæ episcopum, primum esse omnium sacerdotum : beatissimum vero Constantinopoleos, novæ Romæ, episcopum, secundum locum obtinere post sedem veteris Romæ; reliquis vero omnibus honore præire. » Audis aperte, primum omnium sacerdotum esse papam. « Decretum est, inquit, sanctarum synodorum. » At si decretum est sanctarum synodorum, quo pacto papa primatum sacerdotum a Petro accepit?

τετάρτης συνόδου, εἰκοστὸν ὄγδοον ἀριθμούμενον, ὅς φησι· « Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἑπόμενοι, καὶ τὸν ἀρτίως ἀναγνωσθέντα κανόνα τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων, τῶν συναχθέντων ἐπὶ τοῦ εὐσεβοῦς τὴν μνήμην μεγάλου Θεοδοσίου, τοῦ γενομένου βασιλέως ἐν τῇ βασιλίδι Κωνσταντινουπόλει, νέᾳ Ῥώμῃ, γνωρίζοντες, τὰ αὐτὰ καὶ ἡμεῖς ὁρίζομέν τε καὶ ψηφιζόμεθα περὶ τῶν πρεσβείων τῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας τῆς αὐτῆς Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης. Καὶ γὰρ τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην, οἱ Πατέρες εἰκότως ἀποδεδώκασι τὰ πρεσβεῖα. Καὶ τῷ αὐτῷ σκοπῷ κινούμενοι οἱ ἑκατὸν πεντήκοντα θεοφιλέστατοι ἐπίσκοποι, τὰ ἴσα πρεσβεῖα ἀπένειμαν τῷ τῆς νέας ἁγιωτάτῳ θρόνῳ· εὔλογον κρίναντες τὴν βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ τιμηθεῖσαν πόλιν, καὶ τῶν ἴσων ἀπολαύουσαν πρεσβείων τῇ πρεσβυτέρᾳ βασιλίδι πόλει, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκείνην μεγαλύνεσθαι πράγμασιν, δευτέραν μετ' ἐκείνην ὑπάρχουσαν. » Τί διὰ τούτων μανθάνομεν; Τί γε ἄλλο ἢ τὸ μήτε παρὰ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ παρὰ τῶν Πατέρων δοθῆναι τῷ πάππᾳ τὸ πρωτεῖον τῶν ἄλλων Ἐκκλησιῶν, καὶ διὰ τὸ εἶναι τὴν Ῥώμην τῶν πόλεων βασιλεύουσαν; Παρὰ τῶν Πατέρων γὰρ, φησὶν ὁ κανὼν, δέδοται τῷ πάππᾳ τὰ πρεσβεῖα, διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην. Εἰ δὲ διὰ τὸ βασιλεύειν τὴν πόλιν ἐκείνην ἔχει τὰ πρεσβεῖα, οὐκ ἄρα ἔχει ταῦτα διὰ τὸ εἶναι Πέτρου διάδοχος. Εἰ δὲ καὶ παρὰ Πατέρων τοῦτ' ἔχει, οὐκ ἄρα παρὰ τῶν ἀποστόλων. Ἀνάγνωθι καὶ Νεαρὰν ἑκατοστὴν (31) Ἰουστινιανοῦ, ἵνα διὰ πάντων τὴν ἀλήθειαν ἴδῃς συμβαίνουσαν. « Θεσπίζομεν, φησὶ, κατὰ τοὺς τῶν ἁγίων συνόδων ὅρους, τὸν ἁγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπον πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων· τὸν δὲ μακαριώτατον ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως, νέας Ῥώμης, δευτέραν τάξιν ἐπέχειν μετὰ τὸν θρόνον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης, τῶν δ' ἄλλων πάντων προτιμᾶσθαι. » Ἀκούεις τὸ πρῶτον εἶναι τὸν πάππαν πάντων τῶν ἱερέων. « Ὅρος ἐστὶ, φησὶ, τῶν ἁγίων συνόδων. » Εἰ δὲ ὅρος τοῦτο τῶν ἁγίων συνόδων, πῶς ἄρα παρὰ τοῦ Πέτρου τὸ πρωτεῖον τῶν ἱερέων ὁ πάππας εἰλήφει;

Quidnam igitur, dicat aliquis, an non est papa in universum Petri successor? Est quidem, sed ea ratione qua est episcopus, quod ipsum unusquisque episcoporum sibi vindicare potest, qui ab illo ordinati sunt; multi vero sunt qui per ipsius manus hoc beneficii acceperunt. Atqui unusquisque sacerdotum successor hac ratione est cujusque apostoli a quo per traditionem sacerdotium accepit. Hac itaque ratione, multi et Petri, et aliorum apostolorum sunt successores; secundum alia vero, nequaquam. Petrus enim et apostolus est, et apostolorum princeps. Papa vero, neque apostolus (neque enim apostolos, sed pastores et doctores ordinarunt apostoli) multoque minus apostolorum princeps. Et Petrus, doctor totius orbis. Audivit

Τί οὖν, ἄν τις φαίη, οὐκ ἔστι λοιπὸν ὁ πάππας τὸ σύνολον τοῦ Πέτρου διάδοχος; Ἔστι μὲν, ἀλλ' ὡς ἐπίσκοπος· ὅπερ καὶ τῶν ἐπισκόπων ἕκαστος ἔχει τῶν ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντων. Πολλοὶ δὲ οἱ διὰ τῶν χειρῶν ἐκείνου τὴν χάριν δεξάμενοι ταύτην. Καὶ τῶν ἱεραρχῶν δὲ ἕκαστος διάδοχος κατά γε τοῦτο ἑκάστου τῶν ἀποστόλων ὑφ' οὗ κατὰ διαδοχὴν τὴν ἱερωσύνην εἰλήφει. Κατὰ μὲν οὖν τὸν λόγον τοῦτον, πολλοὶ καὶ Πέτρου καὶ τῶν ἄλλων ἀποστόλων διάδοχοι· κατὰ δὲ ἄλλα, οὐδαμῶς. Πέτρος μὲν γὰρ καὶ ἀπόστολος καὶ ἀποστόλων ἔξαρχος· ὁ δὲ πάππας οὔτε ἀπόστολος (οὐδὲ γὰρ ἀποστόλους, ἀλλὰ καὶ ποιμένας καὶ διδασκάλους οἱ ἀπόστολοι ἐχειροτόνησαν), οὔτε πολλῷ μᾶλλον ἀποστόλων κορυφαῖος. Καὶ ὁ μὲν Πέτρος διδάσκαλος πάσης τῆς οἰκουμένης·

(31) *Καὶ νεαρὰν ἑκατοστήν*. Perperam Servini liber τριακοστὴν, v. 17. Ὁ πάππας εἰλήφει. Idem, ἔχει. Sed Palatinus εἰλήφει retinet, et nos cum illo retinemus. Infra, καὶ Πέτρου, idem Serv. lib. καὶ τοῦ Πέτρου.

ἤκουσε γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ αὐτὸς, « Κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει. » Ὁ δὲ πάππας ἐπίσκοπος Ῥώμης καὶ ἔστι καὶ ὀνομάζεται. Καὶ ὁ μὲν Πέτρος ἐν Ἀντιοχείᾳ μὲν τὸν δεῖνα χειροτονεῖ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἕτερον, καὶ ἄλλον ἀλλαχοῦ· τῷ δὲ Ῥώμης οὐκ ἐφεῖται ταῦτα ποιεῖν. Καὶ ὁ μὲν Πέτρος Ῥώμης ἐπίσκοπον χειροτονεῖ· ὁ δὲ Ῥώμης πάππαν ἕτερον οὐ προβάλλεται. Καὶ ὁ μὲν Πέτρος ἁπλῶς ἤκουσεν, « Ὃ λύσεις ἢ δήσεις, ἔσται λελυμένον ἢ δεδεμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· » πρὸς δὲ τὸν Ῥώμης αὐτὸς διαβιβάζων τὴν χάριν, οὐχ ἁπλῶς εἴρηκεν, ἀλλὰ, « Δήσεις ἃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις πάλιν μετὰ τοῦ δέοντος. » Καὶ ἃ μὲν εἶπε Πέτρος, Πνεύματος ἁγίου φωναί· ποῦ δὲ ταῦτα καὶ τῷ πάππᾳ κοινά; Οὐκ ἄρα λοιπὸν κατὰ πάντα ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος τοῦ Πέτρου διάδοχος, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνα μόνον, καθὰ καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντων ἕκαστος· ὥστε δηλονότι δεσμεῖν τε καὶ λύειν, ὥστε βαπτίζειν, ὥστε διδάσκειν, ὥστε ἐπιστρέφειν τοὺς ἐκ τῆς ἀληθείας παρασυρέντας, καὶ τἄλλα ποιεῖν, οἷς ὁ ἱεράρχης χαρακτηρίζεται. Ὅτι δὲ ἀδύνατον τὸν πάππαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων, τοῦτο δὴ καὶ ὑπὲρ τὴν τοῦ Πέτρου διαδοχήν. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ προσέκρουσε, καίτοι γε σφόδρα διατεινόμενος μὴ τοῦτο παθεῖν. Ἐρωτῶ δὲ καὶ τοῦτο· Δύναται ὁ πάππας ψεύδους, φιλοχρηματίας, κενῆς δόξης, καὶ τῶν ἄλλων ἀπειρημένων ἥττων ὀφθῆναι, ἢ καὶ τούτων ἀνώτερος; Εἰ μὲν δὴ κἀκείνων κρείττων, εἰπάτωσαν· εἰ δὲ τοῦτο οὐδὲν λέγειν ἔστι, (σφάλλεται γὰρ κἀκεῖνος πολλὰ περὶ τὴν συνείδησιν, ἄνθρωπος ὤν), δῆλον, ὡς περὶ ταῦτα ἁμαρτάνων, ἐνδέχεται καὶ περὶ τὴν πίστιν ναυάγιον ὑποστῆναι. Τοῦτο καὶ ὁ μακάριος φησὶ Παῦλος Τιμοθέῳ γράφων· « Ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ἥν τινες ἀπωσάμενοι, καὶ περὶ πίστιν ἐναυάγησαν. » Ὁρᾷς ὡς τὸν περὶ συνείδησιν οὐχ ὑγιαίνοντα ἐνδέχεται καὶ περὶ τὴν πίστιν ἀσθενῆσαι; Εἰ δὲ ὁ πάππας οὐ πάντη τὰ περὶ τὴν συνείδησιν ὑγιὴς, τῷ δὲ τοιούτῳ καὶ ἀσθενῆσαι περὶ τὴν πίστιν ἐνδέχεται· ψεῦδος λοιπὸν, ὡς ἀδύνατον τὸν πάππαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων. Αὐτὸ δὲ τὸ περὶ τὴν συνείδησιν ἁμαρτάνειν οὐκ εἶδος ἀθεΐας ἐστί; « Θεὸν γὰρ, φησὶν ὁ Παῦλος, τοῖς μὲν λόγοις ὁμολογοῦσιν, τοῖς δ' ἔργοις ἀρνοῦνται. » Πῶς οὖν ἔργοις μὲν ἐνδέχεται τὸν πάππαν ἀρνεῖσθαι Θεὸν, λόγοις δὲ οὐδαμῶς; Καὶ Ὀνώριος δὲ Ῥώμης ἐπίσκοπος τῶν ὀρθῶν τε ἐξέβη δογμάτων, καὶ παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου ἀποκεκήρυκται. Ὅτι δὲ ταῦτα ἀληθῆ, ἀνάγνωθι ταύτην τὴν μαρτυρίαν·

A enim una cum aliis etiam ipse : « Prædicate Evangelium universæ creaturæ [6]. » Papa vero episcopus Romæ est, et vocatur. Et Petrus quidem, alium in Antiochia, alium in Alexandria ordinat, et alium alibi. Romæ vero episcopo hæc non permittuntur. Et Petrus quidem, Romæ episcopum ordinat; Romæ vero papa, alium papam non creat. Petrus etiam simpliciter audit : « Quidquid solveris aut ligaveris, erit solutum aut ligatum in cœlis [7]. » In Romanum autem papam ipse transferens hanc gratiam, non simpliciter id absoluteque dixit : sed, « Ligabis quod ligari oportet, et solves contra quod solvi par est. » Adhæc, quæ Petrus dixit, voces sunt Spiritus sancti. Ubinam vero hæc etiam papæ sunt communia? Reliquum est, ut non in omnibus B Romæ episcopus Petri sit successor, sed in illis tantum quæ diximus, ut et unusquisque eorum qui ab ipso sunt ordinati : ut solvat et liget, ut baptizet, ut doceat, ut a veritate avulsos in viam reducat, aliaque munia obeat, quibus episcopus est insignitus. Quod vero impossibile sit papam a rectitudine dogmatum aberrare, id ipsius etiam Petri successionem excedit. Ille enim etiam impegit et lapsus est, quantumvis vehementer asseveraret se hoc non admissurum. At ego hoc quoque interrogo : An et papa possit, mendacio, avaritiæ, inani gloriæ, aliisque rebus vetitis esse obnoxius, an vero ab his plane sit immunis? Si ab his immunis est, ita ut hæc in ipsum cadere non possint, dicant C sane. At si hoc vanum est dictu (errat enim etiam ille in multis, testante sua ipsius conscientia, cum sit homo), manifestum profecto est quod, cum in his peccet, etiam circa fidem naufragium facere possit. Quod ipsum beatus Paulus testatur Timotheo scribens : « Habens fidem et bonam conscientiam; quam quidam repellentes, circa fidem naufragium fecerunt [8]. » Videsne, eum qui sana integraque conscientia non sit, etiam circa fidem male affectum esse posse? Si vero papa non in universum sanam habet conscientiam, eaque ipsa ratione etiam circa fidem male affectus esse potest, alienum certe a veritate est, papam a rectitudine dogmatum nulla ratione aberrare posse. Ipsum vero illud, circa conscientiam peccare, an non D species est impietatis defectionisque a Deo? « Deum enim, inquit Paulus, verbis quidem profitentur, operibus autem abnegant [9]. » Quomodo itaque fieri potest ut papa operibus quidem Deum abneget, verbis autem nequaquam? Atqui Honorius Romæ episcopus a rectitudine dogmatum aberravit; et quidem a sancta et universali synodo publice damnatus est. Quod autem hæc ita se habeant, lege hoc testimonium :

Ἀπὸ τῆς ις' πράξεως τῶν Πρακτικῶν τῆς οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· « Τοὺς καθάπαξ κατακρίτους ἀποδειχθέντας, καὶ κατὰ ἀπόφασιν ἡμετέραν ἤδη ἐκβληθέντας ἐκ τῶν ἱερῶν διπτύχων, δέον καθέστηκε καὶ εἰς τὰς ἐκβοήσεις τούτους ὀνομαστὶ

Ex decimo sexto decreto Actorum sextæ œcumenicæ synodi.

Sancta synodus dixit : « Quos semel damnatos declaravimus, nostroque decreto e sacris voluminibus erasimus, eos statuimus oportere etiam per proclamationes publicas nominatim anathemati-

[6] Marc. XVI, 15. [7] Matth. XVIII, 18. [8] I Tim. I, 19. [9] Tit. I, 16.

zari. » Deinde fausta principum acclamatione facta, hæc mox subjiciunt: « Theodoro Pharanitæ anathema: Sergio hæretico anathema: Pyrrho hæretico anathema: omnibus fautoribus hæreticorum, anathema. » Lege etiam aliud testimonium ex iisdem Actis.

Ex oratione qua sacra synodus regem compellat.

« Novas vero vocum inanitates, earumque inventores procul ab ecclesiasticis septis ejicimus, et anathemati juste subjicimus. Quales declaramus Theodorum Pharanitem, Sergiumque et Paulum; simul etiam Pyrrhum et Petrum qui Constantinopoli præsederunt. Præterea Cyrum Alexandrinorum episcopum, simulque cum iis Honorium Romanæ urbis antistitem. » At si Honorius Romæ episcopus est, simulque est hæreticus: fieri itaque potest ut papa a rectitudine dogmatum excidat. Neque tamen ipso circa fidem errante sermo Domini irritus factus est, quem de Ecclesia pronuntiarat: Portas videlicet inferni adversus eam non prævalituras. Potest enim in aliis episcopis et quidem firmiter pietas religionisque integritas conservari. Manifestum vero ex his est, neque hoc Romanæ Ecclesiæ convenire, ut super hanc Petram Ecclesia Dei sit ædificata. Durum enim et grave hoc esset, neque multum a Judaica vilitate distans, Ecclesiam Roma circumscribere. Sed ædificavit quidem Ecclesiam Christus; ædificavit autem eam super Petri de Deo professionem, et super omnes qui ejusdem professionis custodes fuerint. Si vero B. Agathon affirmat Ecclesiam suam nunquam a via veritatis aberrasse, nihil miri est. Velimus autem, eum qui talia dicit, non res ad verba trahere, sed potius verba rebus accommodare: cumque animo suo reputare tropos œconomiæ, quibus sancti utuntur, cum de re aliqua utili ac necessaria quæstio instituitur; et quia raro Ecclesia hæc a veritate in rebus fidei aberrat, B. Agathonem ut talia scriberet inductum fuisse. Alioqui, quomodo interpreteris illud, « Omnes declinaverunt, non est qui faciat bonum, non est usque ad unum [10]. » Præterea cum dixit Ecclesiam Romanorum a via veritatis non deflexisse, de præterito tempore locutus est, futurum non inclusit. Quod vero maximum est ante sextam synodum hæc ab Agathone dicta sunt. Mirum autem videri non debet, si synodus e multis

[10] Psal. xiii, 3.

ἀναθεματισθῆναι. » Εἶτα τῆς εὐφημίας τῶν βασιλέων γεγενημένης, ἐπάγουσι ταῦτα προσεχῶς· Θεοδώρῳ αἱρετικῷ τῷ Φαρανίτῃ ἀνάθεμα· Σεργίῳ αἱρετικῷ (32), ἀνάθεμα· Πύῤῥῳ αἱρετικῷ ἀνάθεμα· πᾶσι τοῖς ἀντιποιουμένοις τῶν αἱρετικῶν ἀνάθεμα. » Ἀνάγνωθι καὶ ἑτέραν μαρτυρίαν ἀπὸ τῶν αὐτῶν Πρακτικῶν.

Ἀπὸ τοῦ προσφωνητικοῦ λόγου τῆς ἁγίας συνόδου πρὸς τὸν βασιλέα.

« Τὰς δὲ καινὰς κενοφωνίας, καὶ τοὺς τούτων ἐφευρετὰς, πόῤῥω που τῶν ἐκκλησιαστικῶν περιβόλων ἐκβάλλομεν, καὶ τῷ ἀναθέματι δικαίως καθυποβάλλομεν. Φαμὲν δὴ Θεόδωρον τὸν τῆς Φαῤῥὰν, Σέργιόν τε, καὶ Παῦλον, Πύῤῥον ἅμα καὶ Πέτρον τοὺς Κωνσταντινουπόλεως προεδρεύσαντας, ἔτι δὲ καὶ Κῦρον τὸν τῆς Ἀλεξανδρέων ἱερατεύσαντα, καὶ σὺν αὐτοῖς Ὀνώριον τὸν τῆς Ῥώμης γενόμενον πρόεδρον. » Εἰ δὲ Ὀνώριος Ῥώμης ἐπίσκοπός ἐστιν, ἔστι δὲ καὶ αἱρετικὸς, δυνατὸν ἄρα τὸν πάππαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων. Οὐκ ἄρα, ἐκλιπόντος αὐτοῦ τὴν πίστιν, ὁ τοῦ Κυρίου διαπέπτωκε λόγος, ὃν περὶ τῆς Ἐκκλησίας εἰρήκει, « Πύλας ᾅδου μὴ δυνηθῆναι ταύτης περιγενέσθαι. » Ἔστι γὰρ ἐν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις καὶ μάλα τὴν εὐσέβειαν σώζεσθαι. Φανερὸν δὲ ἐκ τούτων μηδὲ τῇ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησίᾳ προσήκειν τὸ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ τὴν Ἐκκλησίαν οἰκοδομεῖσθαι. Τοῦτο γὰρ καὶ φορτικὸν, καὶ οὐ πόῤῥω τῆς Ἰουδαϊκῆς ταπεινότητος, περιγράφειν τῇ Ῥώμῃ τὴν Ἐκκλησίαν. Ἀλλ' ᾠκοδόμησε μὲν τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Χριστὸς, ᾠκοδόμησε δὲ αὐτὴν ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ τοῦ Πέτρου, καὶ ἐπὶ πᾶσιν οἱ τῆς τοιαύτης ὁμολογίας φύλακες ἔσονται. Εἰ δὲ ὁ μακάριος Ἀγάθων τὴν ἑαυτοῦ Ἐκκλησίαν οὐδέποτε λέγει ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας παρασυρῆναι, θαυμαστὸν οὐδέν. Ἀξιώσομεν δὲ τὸν ταῦτα λέγοντα μὴ τὰ πράγματα ἕλκειν ἐπὶ τοὺς λόγους, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς λόγους ἐφαρμόζειν τοῖς πράγμασιν. Ἐνθυμεῖσθαι (33) δὲ δεῖ καὶ τρόπους οἰκονομίας, οἷς οἱ ἅγιοι χρῶνται, ὅταν περί τινος τῶν ἀναγκαίων ἡ ζήτησις ᾖ· καὶ τὸ σπανίως δὲ τὴν Ἐκκλησίαν ταύτην τῆς ἀληθείας ἐκπίπτειν, ὅσα γε εἰς πίστιν φέρει (34). Ἢ πῶς ἑρμηνεύσει; τὸ, « Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν, οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός. » Ἄλλως τε εἰπὼν ὅτι οὐκ ἐκάμφθη ἡ Ἐκκλησία τῆς Ῥωμαίων ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας, τὸ παρῳχηκὸς εἴρηκε, τὸ μέλλον δὲ οὐκ ἀπέκλεισε. Τὸ δὲ μέγιστον, πρὸ τῆς ἕκτης ταῦτα συνόδου τῷ μακαρίῳ ἐκείνῳ εἴρηται. Θαυμάζειν δὲ οὐ χρὴ, εἰ σύνοδος πολλῶν ἁγίων συνῆκε, ὅπερ

(32) *Σεργίῳ αἱρετικῷ ἀνάθεμα.* Omissa sunt verba propter quæ maxime hæc ex actis sextæ synodi Nilus producit, sic reponenda ex Palatino: Σεργίῳ αἱρετικῷ, ἀνάθεμα. Κύρῳ αἱρετικῷ, ἀνάθεμα· Ὀνωρίῳ, αἱρετικῷ, ἀνάθεμα. Perperam in libro scriptum, κυρίῳ. Nam est ille Κῦρος τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων ἱερατεύσας, ut paulo post scribit.

(33) *Ἀθυμεῖσθαι δὲ δεῖ.* Δεῖ abest libro scripto. Non male, si ita distinguas, ἀλλὰ μᾶλλον τοὺς λόγους ἐφαρμόζειν τοῖς πράγμασιν, ἐνθυμεῖσθαι δὲ καὶ τρόπους οἰκονομίας. Paulo ante, v. 13, Ἀξιώσομεν δὲ, *lib. Serv.* ἀξιώσομεν γὰρ habet.

(34) *Ὅσα γε εἰς πίστιν φέρει.* Post hæc Palatinus, verba omnino necessaria interserit, τοιαῦτα πέπεικε τὸν μακάριον Ἀγάθωνα γράφειν, ἢ πῶς ἑρμηνεύσεις τὸ, *etc.*, quæ vulgo in editis desunt. Sequitur statim, ἄλλως τε εἰπών, scilicet Ἀγάθων.

τὸν ἕνα ἀγνοῆσαι συμβαίνει. Καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, A ἀνάγνωθι τὴν ἐπιστολὴν Λέοντος πάππα διαδεξαμένου τὸν Ἀγάθωνα προσεχῶς, καὶ τὴν ἕκτην ἀσπαζομένου σύνοδον.

Ἀπὸ τοῦ τέλους τῶν Πρακτικῶν τῆς ἕκτης συνόδου, ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος πάππα πρὸς τοὺς βασιλέας Ῥωμαίων.

« Ὡσαύτως ἀναθεματίζομεν τοὺς ἐφευρετὰς τῆς νέας πλάνης, τοῦτ' ἔστι Θεόδωρον τὸν τῆς Φαρὰν ἐπίσκοπον, Κῦρόν τε Ἀλεξανδρείας, Σέργιον, Πύῤῥον, Παῦλον, Πέτρον τῆς Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως, ὑποκαθιστὰς μᾶλλον ἤπερ καθηγητάς· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ Ὁνώριον, ὅστις ταύτην τὴν ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν οὐκ ἐνεχείρησε διδασκαλίᾳ ἀποστολικῆς παραδόσεως ἡγνίσθαι, ἀλλὰ τῇ βεβήλῳ B προδοσίᾳ τὴν ἄσπιλον παρεχώρησεν. » Τὸ δὲ λέγειν τοῦτον τὸν λόγον ἔχειν τὸν πάππαν πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ὃν αὐτὸς πρὸς τὸν Καισαρείας εἰ τύχοι, ἢ πρός τινα τῶν ὑπ' αὐτὸν ἱερέων, πῶς οὐ κομιδῇ πάνδεινον; Ὁ μὲν γὰρ Ῥώμης πρῶτος πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως λέγεται, ὡς αὐτοῦ γε δευτέραν τάξιν ἐπέχοντος· οὐκέτι δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως πρῶτος οὕτω πρὸς τὸν Καισαρείας, ὡς ἐκείνου γε τὰ δευτερεῖα σώζοντος· ἀλλ' ὁ μὲν τῆς Κωνσταντίνου οὕτω πρῶτος τῶν ὑπ' αὐτὸν, ὡς μονὰς, καὶ ὡς μὴ τοῖς ἄλλοις συντεταγμένος· ὁ δὲ Καισαρείας οὐ δεύτερος ὀνομάζεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πρῶτος, πλὴν ὡς τοῖς ἄλλοις συντεταγμένος, καὶ δεύτερον ἔχων μεθ' ἑαυτὸν καὶ τρίτον. Ὅτι δὲ τοῦ πάππα πρωτεῖον συντεταγμένον ἐστὶ καὶ οὐκ C ἀφετὸν, δῆλον. Ἀνάγνωθι καὶ κανόνα τριακοστὸν ἕκτον τῆς ἕκτης συνόδου, ὅς φησιν· « Ἀνανεούμενοι τὰ παρὰ τῶν ἑκατὸν πεντήκοντα ἁγίων Πατέρων ἐν τῇ θεοφυλάκτῳ ταύτῃ βασιλίδι (35) συνελθόντων, καὶ τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα τῶν ἐν Χαλκηδόνι συναθροισθέντων νομοθετηθέντα, ὁρίζομεν, ὥστε τὸν Κωνσταντίνου πόλεως θρόνον τῶν ἴσων ἀπολαύειν πρεσβείων τοῦ πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνου, καὶ ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς ὡς ἐκεῖνον μεγαλύνεσθαι πράγμασι, δεύτερον μετ' ἐκεῖνον ὑπάρχοντα, μεθ' ὃν ὁ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως ἀριθμείσθω θρόνος, εἶτα ὁ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ μετὰ τοῦτον ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν πόλεως. » Εἰ δὲ ὅτι πρῶτος ἐν τῇ ἀριθμήσει, διὰ τοῦτο καὶ τὴν δεσποτείαν ἁρπάζεις, δὸς τοῦτο καὶ τῷ Κων- D σταντινουπόλεως. Καὶ γὰρ καὶ οὗτος προτάττεται τοῦ τῶν Ἀλεξανδρέων. Ὁ δὲ τῆς Ἀλεξανδρέων ὑπ' αὐτὸν ὁμοίως ἐχέτω τὸν τῆς Ἀντιόχου. Καὶ οὗτος δὲ ὁριστὴς ἔστω τοῦ θρόνου τῶν Ἱεροσολύμων. Καὶ πῶς οὐ ταῦτα θόρυβος ἀτεχνῶς; Οὐ μὴν ἀλλὰ, εἰ μὲν Κωνσταντίνου πόλεως (36) τὸν Καισαρείας χειροτονεῖ, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν, ὁ δὲ Ῥώμης οὔτε τὸν Κωνσταντινουπόλεως, οὔτε ἄλλον οὐδένα τῶν καθολικῶν ἱερέων, πῶς ἔστιν ἀληθεύειν λέγοντα, Οὕτως ἐστὶ πρῶτος ὁ Ῥώμης πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ὥσπερ οὗτος αὐτὸς πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἱε-

sanctis Patribus collecta intellexit, quæ unum ignorasse contigit. Quod vero hæc ita se habeant, lege epistolam Leonis papæ, qui proximus Agathoni successit, sextamque est amplexus.

Ex fine Actorum sextæ synodi, ex epistola Leonis papæ ad reges Romanorum.

« Simili modo anathematizamus auctores novi erroris, hoc est, Theodorum Pharanitanum episcopum, et Cyrum Alexandriæ, Sergium, Pyrrhum, Paulum, Petrum Ecclesiæ Constantinopolitanæ substitutos potius quam præpositos: nec non Honorium, qui hanc apostolicam Ecclesiam doctrina apostolicæ traditioni consentanea non illustravit, sed eam quæ immaculata erat, impuræ profanæque proditioni obnoxiam fecit. » At vero dicere, eamdem esse rationem papæ ad Constantinopolitanum, quæ est ipsius ad Cæsariensem, vel ad alium quemvis episcoporum qui sub ipso sunt, quo pacto non omnino durum sit? Romanus enim episcopus primus respectu Constantinopolitani dicitur, veluti hoc secundum ordinem obtinente: nequaquam vero Constantinopolitanus primus ita respectu Cæsariensis, tanquam illo secundas partes obtinente: sed Constantinopolitanus quidem ita est primus eorum qui sub ipso sunt, tanquam solus, et tanquam aliis non coordinatus. Cæsariensis vero ne ipse quidem secundus vocatur; sed etiam ipse primus; eo excepto, quod sit aliis coordinatus, et secundum post se habens atque etiam tertium. Quod vero papæ primatus coordinatus sit, et non liber atque exemptus, patet ex can. 36 synodi VI, qui sic habet: « Renovantes quæ a 150 sanctis Patribus in hac a Deo custodita regia urbe, et 630 Chalcedone congregatis, decreta fuerunt; decernimus ut sedes Constantinopolitana iisdem honoris prærogativis fruatur, quibus sedes veteris Romæ, et in ecclesiasticis negotiis æque atque illa emineat; cum sit post illam secunda; post quam, magnæ illius Alexandrinorum urbis sedes; deinde, Antiochensium, et post hanc Hierosolymitanæ urbis sedes numeretur. » Si vero, quia primus es in numeratione, idcirco dominatum arripis, concede hoc ipsum etiam Constantinopolitano; nam et hic proponitur Alexandrino. Alexandrinus vero eadem ratione sub se habeat Antiochenum; hic vero rursum Hierosolymitanæ sedi præscribat. At quid hæc, nisi tumultum afferant? At si Constantinopolitanus Cæsariensem, quique eum sequuntur, ordinat, Romanus autem neque Constantinopolitanum, neque alium quemquam ex generalibus patriarchis: quomodo censeri possint veraces, qui dicunt, eadem ratione esse primum Romanum respectu Constantinopolitani, qua hic ipse, respectu antistitum qui sub ipso sunt? Lege præterea canonem sextum sanctæ et universalis synodi

(35) *Θεοφυλάκτῳ ταύτῃ βασιλίδι.* Καὶ βασιλίδι Servini liber. Et paulo post, Τοῦ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης θρόνῳ.

(36) *Ὁ Κωνσταντίνου πόλεως.* Subaudi, θρόνος. Sic infra ὁ δὲ Ῥώμης, et alibi.

primæ; ut videas decretum fuisse, ut parti orbis terrarum Alexandrinus, parti Romanus, parti vero Antiochenus præsit, neque licere alteri, aliena invadere. Canon ita habet: Antiqua consuetudo valeat, quæ in Ægypto, Libya et Pentapoli obtinuit; ut Alexandrinus patriarcha in hæc omnia potestatem habeat. Quandoquidem et Romano episcopo hæc ipsa consuetudo est. Similiter vero etiam in Antiochia, similiter et in reliquis provinciis, suæ cuique Ecclesiæ prærogativæ conserventur. » Audis, quo pacto veterum Patrum decreta canon amplectenda esse censeat, qui singulis ecclesiis prærogativas tribuerunt, ut nimirum aliæ gentes Alexandrino subjectæ essent, aliæ Antiocheno; quæcunque videlicet Syriam, et utramque Ciliciam incolunt, et Cœlo-Syriam et Mesopotamiam, quodque Romano episcopo hoc datum est, videlicet ut Occidentalibus præsit. Hierosolymitanus vero episcopus (ut septimus ejusdem synodi canon definit) urbibus quæ in Palæstina, Phœnicia, et Arabia sitæ sunt, præest. Sub Constantinopolitana vero sede (ut vicesimus octavus quartæ synodi canon definit) omnes Asiæ diœceses, et Ponti, et Thraciæ. Si itaque unusquisque suis finibus sit contentus, ordinem institutum observat. Si quis vero, cum suas retineat, alienas etiam ecclesias iniquis oculis aspicit: is, fieri non potest, quin veterum Patrum instituta violet. At canon hoc non vult, sed, « Antiqua, inquit, consuetudo valeat » Enimvero si climata orbis terrarum canon singulis universalibus episcopis distribuisset, nihil vero præfinite Romanæ sedi attribuisset; sed solum eum dixisset principatum accepisse: verisimiliter utique existimari posset, totum orbem terrarum ipsi subjectum esse, et universales episcopos illius res administrare, quemadmodum Constantinopolitani patriarchæ res administrant, qui ei subsunt episcopi. Nunc vero si illud quidem Romano episcopo distincte attributum est, illud vero Alexandrino, illud Constantinopolitano: nihilo magis Romanus episcopus sub illis, quam illi sub Romano esse censebuntur.

Si vero, quod provocationem in rebus ecclesiasticis habeat, idcirco etiam eum dominum censes: hanc cum etiam Constantinopolitanus habeat, sint ergo eadem ratione aliæ sedes metropolitanæ ei subjectæ. Sed neque Constantinopolitanus eam ob causam jurisdictionem in illas usurpat; neque papa, ob eam prærogativam, juste aliorum patriarcharum ecclesias turbare potest. Lege canonem nonum universalis quartæ synodi, ut videas sedem etiam Constantinopolitanam provocationem habere. Ait enim: « Si cui clerico cum clerico controversia intercedat, ne deserat suum episcopum, et ad mundana tribu-

ράρχας; Ἀνάγνωθι κανόνα ἕκτον τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου, ἵν' εἰδῇς, ὡς μέρους μὲν ὁ Ἀλεξανδρείας, μέρους δὲ τῆς οἰκουμένης ἄρχειν ὁ Ῥώμης ἐκρίθη, μέρους δὲ ὁ Ἀντιοχείας, καὶ ὡς οὐκ ἔξεστιν ἑτέρῳ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιπηδᾷν· ὅς φησι· « Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει· ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν. Ἐπεὶ καὶ τῷ ἐν τῇ Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχου, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις, τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις (37). » Ἀκούεις ὅπως τοὺς ἀρχαίους τῶν Πατρῶν θεσμοὺς ὁ κανὼν στέργειν οἴεται δεῖν, οἳ τῶν ἐκκλησιῶν ἑκάστῃ τὰ πρεσβεῖα ἐνείμαντο· ὡς τὰ μὲν τῶν ἐθνῶν ὑποκεῖσθαι τῷ Ἀλεξανδρείας, τὰ δὲ τῷ Ἀντιοχείας, ὅσα δηλαδὴ τὴν Συρίαν καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν νέμονται, καὶ Κοίλην Συρίαν, καὶ τὴν Μέσην τῶν ποταμῶν· καὶ ὅτι τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ τοῦτο δέδοται, δηλαδὴ τῶν Ἑσπερίων κρατεῖν. Ὁ δὲ τῆς Αἰλίας ἐπίσκοπος, ὡς ὁ ἕβδομος τῆς αὐτῆς συνόδου θεσπίζει, τῶν ἐν Παλαιστίνῃ καὶ Φοινίκῃ καὶ Ἀραβίᾳ κατάρχει πόλεων. Ὑπὸ δὲ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως, ὡς ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος τῆς τετάρτης συνόδου φησὶ, τάς τε Ἀσίας εἶναι διοικήσεις (38), καὶ ὅσαι τοῦ Πόντου καὶ τῆς Θρᾴκης. Εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἀρκεῖται τοῖς ἑαυτοῦ, τὴν γιγνομένην σώζει τάξιν· εἰ δέ τις κατέχων τὰ αὐτοῦ, καὶ τὰς ἑτέρων παροικίας ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ, τοῦτον οὐκ ἔστι μὴ καταλύειν τὰ ἀρχαῖα τῶν Πατέρων ἤθη (39). Ἀλλ' ὁ κανὼν οὐ τοῦτο βούλεται, ἀλλὰ, « Τὰ ἀρχαῖα, φησὶν, ἔθη κρατείτω. » Οὐ μὴν ἀλλὰ, εἰ μὲν τὰ κλίματα τῆς γῆς ἑκάστῳ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων διανενεμημένα, ὡρισμένως οὐδὲν ὑπὸ τὸν τῆς Ῥώμης θρόνον κατέστη, ἀλλὰ μόνον αὐτὸν τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι ἔλεγεν ὁ κανὼν, εἰκὸς ἦν δήπου λογίζεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑπ' αὐτὸν εἶναι, καὶ τοὺς καθολικοὺς ἐπισκόπους τἀκείνου διοικεῖν, ὥσπερ τὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, οἱ ὑπ' αὐτὸν ἱεράρχαι· εἰ δ' ἐκεῖνο μὲν ἀπεκληρώθη τῷ Ῥώμης, ἐκεῖνο δὲ τῷ Ἀλεξανδρείας, τοῦτο δὲ τῆς Κωνσταντίνου (40), οὐ μᾶλλόν γε ὁ Ῥώμης ὑπ' ἐκείνους ἢ ἐκεῖνοι ὑπὸ τὸν Ῥώμης, ὅσα γε εἰς τοῦτο τελέσουσιν.

Εἰ δὲ, ὅτι τὴν ἔφεσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἔχει, διὰ τοῦτο καὶ δεσπότην αὐτὸν ἀξιοῖς· ταύτην καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἔχοντος, ἔστωσαν ὑπ' ἐκεῖνον ὁμοίως οἱ λοιποὶ θρόνοι. Ἀλλ' οὔτε ὁ τῆς Κωνσταντίνου ἐφιστὴς ἐκείνων διὰ τοῦτο κατέστη, οὔτε ὁ πάππας διὰ ταῦτα δίκαιος ἂν εἴη ταῖς παροικίαις τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἐνοχλεῖν. Ἀνάγνωθι κανόνα ἔννατον τῆς οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου, ἵν' εἰδῇς τὴν ἔκκλητον προσοῦσαν καὶ τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως. Φησὶ γάρ· « Εἴ τις κληρικὸς πρὸς κληρικὸν πρᾶγμα ἔχει, μὴ ἐγκαταλιμπανέτω τὸν οἰκεῖον ἐπίσκοπον, καὶ ἐπὶ κοσμικὰ

(37) *Ταῖς ἐκκλησίαις*. Palatinus, τῆς ἐκκλησίας.

(38) *Τὰς Ἀσίας εἶναι διοικήσεις*. Idem, τὰς δὲ τῆς Ἀσίας.

(39) *Τῶν πατέρων ἤθη*. Melius, ἔθη. Et multis aliis locis hoc probari potest. Ita etiam scribendum sequenti canone, τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω.

(40) *Τοῦτο δὲ τῆς Κωνσταντίνου*. Lege, Τοῦτο δὲ τῷ τῆς Κωνσταντίνου. Articulus, τῷ, manifesto deest.

δικαστήρια κατατρεχέτω· ἀλλὰ πρότερον τὴν ὑπόθεσιν γυμναζέτω παρὰ τῷ ἰδίῳ ἐπισκόπῳ, ἢ γοῦν γνώμῃ ἐπισκόπου παρὰ οἷς ἂν τὰ ἀμφότερα μέρη βούλωνται, τὰ τῆς δίκης συγκροτείσθω. Εἰ δέ τις παρὰ ταῦτα ποιήσει, κανονικοῖς ἐπιτιμίοις ὑποκείσθω. Εἰ δὲ κληρικὸς πρᾶγμα ἔχει πρὸς τὸν ἴδιον ἢ πρὸς ἕτερον ἐπίσκοπον, παρὰ τῇ συνόδῳ τῆς ἐπαρχίας δικαζέσθω. Εἰ δὲ πρὸς τὸν τῆς αὐτῆς ἐπαρχίας μητροπολίτην ἐπίσκοπος ἢ κληρικὸς ἀμφισβητείη, καταλαβέτω τὸν ἔξαρχον τῆς διοικήσεως, ἢ τὸν τῆς βασιλευούσης Κωνσταντίνου πόλεως θρόνον, καὶ ἐπ' αὐτῷ δικαζέσθω. » Τὰ αὐτὰ καὶ ὁ ἑπτακαιδέκατος τῆς αὐτῆς συνόδου φησίν. Ὁ δὲ εἰκοστὸς ὄγδοος τῆς αὐτῆς συνόδου, καὶ ὁ τριακοστὸς ἕκτος τῆς ἕκτης, τῶν αὐτῶν ἀξιοῦντες πρεσβείων ἀμφοτέρους τοὺς θρόνους, σαφῶς καὶ τὴν ἔφεσιν τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντίνου διδόασιν.

Ὅτι δὲ, πάντας ἀνακρίνων αὐτὸς, ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται, τοῦτο καὶ ψεῦδος, καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων ἔθεσιν οὐ συμβαίνει. Εἰ γὰρ Παῦλος κοινοῦται τοῖς ἄλλοις τὸ Εὐαγγέλιον, μήπως εἰς κενὸν τρέχει ἢ ἔδραμε, καὶ πάλιν Πέτρος ἐπιτιμῶντος ἀνέχεται Παύλου· πῶς οὗτος καθάπερ τύραννος ἀνεύθυνος ἕξει τὸν βίον, καὶ ταῦτα Πέτρου διάδοχος εἶναι φιλοτιμούμενος; Ὅτι δὲ καὶ ψεῦδος τὸ τοιοῦτον, σαφές. Περὶ μὲν τῶν δογμάτων Ὀνώριος τοῖς παρ' ἡμῖν μαρτυρεῖ, ὃς κριθεὶς παρὰ τῆς ἕκτης συνόδου, τῷ ἀναθέματι παρεδόθη, οὐδὲ τοῦ θανάτου παραιτησαμένου τὸν ἄνθρωπον· περὶ δὲ τῆς ἄλλης πολιτείας καὶ πᾶσι μὲν νόμοις οἷς ἕκαστος τῶν ἐπισκόπων ὑπόκειται, ἐνέχεται καὶ αὐτὸς, εἰς ἐπισκόπους τελῶν. Πολλοὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι τῶν νόμων, οἱ μὲν παρὰ ἀποστόλων, οἱ δὲ παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν ἐκτεθειμένοι συνόδων. Καὶ ἰδίᾳ φαίνεται παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων ἐπιτιμώμενος. Ἀνάγνωθι κανόνα τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου τρισκαιδέκατον, ὅς φησιν· « Ἐπειδὴ ἐν τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν τοὺς μέλλοντας διακόνου ἢ πρεσβυτέρου ἀξιοῦσθαι χειροτονίας, καθομολογεῖν, ὡς οὐκ ἔτι ταῖς αὐτῶν συνάπτονται γαμεταῖς· ἡμεῖς τῷ ἀρχαίῳ ἐξακολουθοῦντες κανόνι τῆς ἀποστολικῆς ἀκριβείας καὶ τάξεως, τὰ τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν κατὰ νόμους συνοικέσια καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν ἐῤῥῶσθαι βουλόμεθα, μηδαμῶς αὐτῶν τὴν πρὸς τὰς γαμετὰς συνάφειαν διαλύοντες. » Εἶτα τὸν λόγον ἐπεξεργαζόμενος ὁ κανὼν ἐπάγει· « Εἴ τις οὖν ὁρμήσει παρὰ τοὺς ἀποστολικοὺς κανόνας κινούμενος, τινὰς τῶν ἱερωμένων, πρεσβυτέρων φαμὲν, ἢ διακόνων, ἢ ὑποδιακόνων, ἀποστερεῖν τὴν πρὸς τὴν γυναῖκα συνάφειαν καὶ κοινωνίαν, καθαιρείσθω. » Καὶ πάλιν τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου κανὼν πεντηκοστὸς πέμπτος φησίν· « Ἐπειδὴ μεμαθήκαμεν, ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει, ἐν τῇ ἁγίᾳ Τεσσαρακοστῆς νηστείᾳ, τοῖς ταύτης Σάββασι νηστεύειν παρὰ τὴν παραδοθεῖσαν ἐκκλησιαστικὴν ἀκολουθίαν· ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὥστε κρατεῖν καὶ ἐπὶ τῇ Ῥωμαίων Ἐκκλησίᾳ ἀπαρασαλεύτως τὸν κανόνα τὸν λέγοντα, Εἴ τις κληρικὸς εὑρεθείη τῇ ἁγίᾳ Κυριακῇ νη-

nalia se conferat : sed prius rem aperiat suo episcopo; vel certe ex arbitrio episcopi, apud quos utrique parti placuerit, controversia ventiletur. Si quis vero contra fecerit, canonicis correptionibus erit obnoxius. Si autem clerico controversia sit cum suo, vel cum alio episcopo, apud synodum provinciæ judicetur. Si vero cum metropolitano controversia intercedat alicui episcopo, vel clerico, adeat præfectum diœcesis, aut regiæ urbis Constantinopoleos sedem, et apud ipsam judicetur. » Idem decèrnit etiam decimus septimus ejusdem synodi canon. Vicesimus vero octavus ejusdem synodi, et tricesimus sextus sextæ, iisdem prærogativis dignantes utramque sedem, manifeste etiam Provocationem Constantinopolitanæ sedi tribuunt.

Quod vero papa omnes judicet, ipse vero a nemine judicetur, falsum est, et apostolicis institutis dissentaneum. Paulus enim communicat aliis Evangelium, ne in vanum currat, aut cucurrerit. Petrus item patitur se a Paulo increpari. Quo pacto vero papa Romanus instar tyranni nullum admittet vitæ suæ censorem? cum alioqui Petri se successorem esse glorietur? At hoc manifeste falsum esse, quod quidem ad dogmata attinet, Honorius testatur, qui judicatus a sexta synodo anathemati traditus fuit, ne morte quidem hominem excusante. Quod vero ad vitæ rationem actionesque attinet, omnibus etiam legibus quibus singuli episcopi sunt obstricti, subditus est et ipse; quippe qui inter episcopos censetur. Multæ porro hujusmodi leges partim ab apostolis, partim a generalibus conciliis sunt constitutæ. Imo vero etiam peculiariter illum a beatis Patribus increpatum fuisse constat. Lege canonem sancti et generalis concilii sexti decimum tertium, qui sic habet : « Quoniam in Romanorum Ecclesia loco canonis traditum esse cognovimus, ut ii qui ordinandi sunt diaconi vel presbyteri, profiteantur, quod non ultra suis copulentur uxoribus : nos, antiquo insistentes canoni apostolicæ disciplinæ, atque ordinationi sacrorum virorum, legitima conjugia ab hoc tempore valere volumus, nulla ratione eorum cum uxoribus suis copulam dissolventes. » Deinde id quod dictum latius persequens atque explicans canon, subdit : « Si quis igitur contra apostolicos canones præsumpserit aliquem ex iis qui sacros ordines acceperit, presbyterum scilicet, vel diaconum, ab uxoris suæ copula societateque dirimere, deponatur. » Ejusdem quoque sancti et œcumenici concilii canon 55 ita habet : « Cum cognoverimus in Romana urbe, in sancto Quadragesimæ jejunio, ejusdem Quadragesimæ Sabbatis jejunari, præter ordinationem ecclesiasticæ traditionis : visum est sancto concilio, ut etiam in Romana Ecclesia firmiter atque inconcusse teneatur canon, qui ait : « Si quis clericus fuerit deprehensus sancto Dominico die aut Sabbato, præterquam uno solo jejunans, deponatur.

Si vero laicus, excommunicetur. » Quod itaque sicut in dogmatibus, ita et in aliis actionibus papa etiam inter eos qui judicantur censeatur, si quid præter statuta decretaque tentare deprehendatur, ex iis quæ diximus constat.

Quod vero majori ordine non sit, quod ad ipsum attinet, quam episcopali, ex dictis liquet. Quo pacto enim si majoris ordinis esset, ab inferioris ordinis hominibus corrigeretur? Constat vero etiam ipsum a Patribus episcopum vocari, vel ex ipsis ad eum scriptis epistolis. Atqui ab episcopis quidem ordinatur. Quod non fieret, si ipse episcopo major esset. Neque enim quisquam alteri impertiri potest, quod ipsemet antea non habuit. At vero hæc ipsa dicere, est ordinem dissolvere. Beatus vero Dionysius, qui apostolorum temporibus vixit, imo potius nonnullorum ex iis auditor, nonnullorum dux atque magister exstitit, in diaconos, sacerdotes et episcopos omnem ecclesiasticam hierarchiam aperte dividit, et majorem episcopali dignitatem ex ejus scriptis nullam vel imaginari possumus. Neque vero vel exsistentem omnino aliam majorem ignoravit, vel data opera prætermisit, cum de universa ecclesiastica hierarchia scripturum se professus esset. At, sint hæc ita, inquiunt. Quo pacto autem justum fuerit canonum sextæ synodi meminisse, cum sexta synodus, quæ de duabus in Christo voluntatibus disseruit, canonum nullam mentionem fecerit? Primum quidem, o bone, ut maxime hæc synodus firma ac rata non esset, propositum tamen nostrum comprobatum est. Si enim non est ulla dignitas episcopali major, sed neque episcopo episcopus major, quatenus episcopus est (omnes enim episcopos ait Dionysius esse ejusdem ordinis ac dignitatis): manifestum utique est papam etiam episcopum esse, et in unum cum aliis ordinem redigi, omnibusque legibus quibus et reliquum episcoporum genus subjacere. Tot vero sunt leges quæ ad episcopos attinent, tantumque de iis curæ fuit œcumenicis conciliis, quibus contradici non potest, ut non facile omnes enumerari queant. Quod autem canones quos supra recitavimus sanctæ œcumenicæque synodi sextæ et dicantur esse et sint, et pro firmis ac ratis habeantur, nemo ignorat qui vel mediocriter in ecclesiasticis rebus est versatus. Cum enim quinta et sexta synodus nullos canones ediderint, synodus quæ hæc dicit, statim post sextam instaurata (œcumenica vero etiam ipsa), illarum defectum supplevit; et sicut illæ de dogmatibus disserentes, nullum de canonibus verbum fecerunt, ita hæc in tractatione de dogmatibus

στεύων, ἢ τῷ Σαββάτῳ, πλὴν ἑνὸς μόνου, καθαιρείσθω· εἰ δὲ λαϊκὸς, ἀφοριζέσθω. » Ὅτι μὲν οὖν ὥσπερ κἀν τοῖς δόγμασιν, οὕτω κἀν τοῖς ἄλλοις ἐπιτηδεύματι, μετὰ τῶν κρινομένων καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος ἕστηκεν, εἴ τι παρὰ τὰ διατεταγμένα εὑρεθείη τολμῶν, ἐκ τῶν εἰρημένων δῆλον.

Ὅτι δὲ καὶ μείζονος τάξεως ἢ κατ' ἐπίσκοπον οὐκ ἔστι τὸ κατ' αὐτὸν, δῆλον μὲν, ἐξ ὧν εἴρηται· πῶς γὰρ, εἰ μείζονος τάξεως ἦν, παρὰ τῶν ἔλαττον ἐχόντων εὐθύνετο ἄν; δῆλον δὲ καὶ ὡς ἐπίσκοπον Ῥώμης αὐτὸν οἱ Πατέρες καλοῦσι, καὶ οἷς αὐτῷ ἐπιστέλλουσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παρ' ἐπισκόπων χειροτονεῖται. Οὐκ ἂν, εἴγε κρείττων ἢ κατ' ἐπίσκοπον ἦν. Οὔτε γὰρ ἄν τις ἑτέρῳ μεταδοίη, ὅπερ οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἔσχε. Καὶ ἅμα τὸ ταῦτα λέγειν, λύειν τὴν τάξιν ἐστίν. Ὁ δὲ μακάριος Διονύσιος ἐπὶ τῶν ἀποστόλων γεγονὼς, μᾶλλον δὲ τῶν μὲν ἀκροατὴς, τῶν δὲ ἡγεμὼν καὶ διδάσκαλος καταστὰς, εἰς λειτουργοὺς καὶ ἱερέας καὶ ἐπισκόπους τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱεραρχίαν διαιρῶν φαίνεται, καὶ μείζονα τῆς τοῦ ἐπισκόπου ἀξίας οὐκ ἔστιν ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων ὑπονοεῖν. Ἀλλ' οὐδ' ἂν ἢ οὖσαν ἠγνόησεν, ἢ εἰδὼς παρέλιπεν ἄν, περὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἐπαγγειλάμενος. Ἀλλ' ἔστω ταῦτα, φασί. Πῶς δὲ κανόνων ἕκτης συνόδου μεμνῆσθαι δίκαιον, τῆς ἕκτης, ἢ περὶ τῶν δύο θελημάτων τοῦ Σωτῆρος διέλαβε, μηδαμῶς κανόνων φροντίδα ποιησαμένης; Πρῶτον μὲν, ὦ βέλτιστε, καὶ μὴ ταύτης τῆς συνόδου τὸ βέβαιον ἐχούσης, τὸ προκείμενον δείκνυται. Εἰ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀξία τῆς τοῦ ἐπισκόπου μείζων, ἀλλ' οὐδὲ ἐπίσκοπος ἐπισκόπου, κατά γε τὸ ἐπίσκοπος εἶναι· πάντας γὰρ ὁμοταγεῖς καὶ ἰσοτίμους καλεῖ ὁ μακάριος Διονύσιος· δῆλον, ὡς ἐπίσκοπος καὶ ὁ πάππας, καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοταγής. καὶ πᾶσι νόμοις ὑπόκειται, οἷς καὶ τὸ τῶν ἐπισκόπων γένος· τοσοῦτοι δὲ οἱ τῶν ἐπισκόπων νόμοι, καὶ οὕτω περὶ τούτων ταῖς οἰκουμενικαῖς ἐμέλησε τῶν συνόδων, αἷς οὐδὲ ἀντιλέγειν ἔστιν, ὡς μηδὲ ῥᾳδίως αὐτοὺς ἀριθμεῖσθαι δύνασθαι. Ὅτι δὲ καὶ οἱ κανόνες, οὓς ἀνωτέρω ἀνέγνωμεν, τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου καὶ λέγονται καὶ εἰσὶ, καὶ τὸ βέβαιον μεθ' ἑαυτῶν ἔχουσιν, οὐδεὶς ἀγνοεῖ, ᾧ καὶ βραχύ τι τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἐμέλησε. Τῆς γὰρ πέμπτης καὶ ἕκτης κανόνων μηδένα λόγον ποιησαμένων, ἡ σύνοδος ἡ ταῦτα λέγουσα παρὰ πόδας τῆς ἕκτης συγκροτηθεῖσα, οἰκουμενικὴ δὲ καὶ αὐτὴ, τὸ ὑστέρημα ἐκείνων ἀναπληροῖ. Καὶ ὥσπερ ἐκεῖναι ποιησάμεναι τὸν λόγον περὶ δογμάτων περὶ κανόνων εἶπον οὐδ' ὁτιοῦν· οὕτως αὕτη περὶ δογμάτων λόγος βραχὺς, τὸν δὲ πάντα λόγον περὶ κανόνων ποιεῖται. Ὅτι δὲ καὶ οἰκουμενικὴ, δῆλον μὲν ἐκ τῆς ἱστορίας Βασιλείου (41),

(41) *Ὅτι δὲ οἰκουμενικὴ δῆλον μὲν ἐκ τῆς ἱστορίας Βασιλείου.* Falsa lectio, et prava distinctio; his enim duobus vitiis locus hic laborat, docto interpreti imposuit. qui sic vertit : *Manifestum est etiam ex historia Basilii habente Gortynes quæ est in Creta episcopum, totus in synodo apud Romam Ecclesiæ locum tenentem*. Prorsus male. Pol. ἐκ τῆς ἱστορίας Βασιλείου ἔχουσα, quam lectionem etiam ex suo adnotavit amplissimus Servinus, ipse autem legit Βασίλειον ἐχούσης. Egregie. Sed ἔχουσα retinendum putamus, et ita distinguimus, Ὅτι δὲ καὶ οἰκουμενικὴ, δῆλον μὲν ἐκ τῆς ἱστορίας, ἔχουσα Βασίλειον Γορτύνης τῆς κατὰ Κρήτην ἐπίσκοπον πάσης ἐν τῇ συνόδῳ τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας

ἐχούσης Γορτύνης τῆς κατὰ Κρήτην ἐπίσκοπον, πάσης ἐν τῇ συνόδῳ τῆς κατὰ Ῥώμην Ἐκκλησίας τὸν τόπον ἐπέχοντα· δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν αὐτὴ περὶ ἑαυτῆς συνεχῶς φθέγγεται, οἰκουμενικὴν ἑαυτὴν ὀνομάζουσα. Οὐκ ἂν δὲ ἠνέσχοντο χορὸς Πατέρων τοσοῦτος ἐπιφανοῦς οὕτω ψεύδους ἁλῶναι. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ἑβδόμη σύνοδος ἐν τῷ πρώτῳ αὐτῆς κανόνι τοιάδε φησίν· « Ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαγωγὴν (42) καὶ ἀσάλευτον κρατύνομεν, τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν σαλπίγγων τοῦ Πνεύματος, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν ἐπὶ ἐκδόσει τοιούτων δογμάτων, καὶ τῶν ἁγίων Πατρῶν ἡμῶν. Ἐξ ἑνὸς γὰρ ἅπαντες καὶ τοῦ αὐτοῦ Πνεύματος αὐγασθέντες, ὥρισαν τὰ συμφέροντα. Καὶ οὓς μὲν ἀναθέματι παραπέμπουσι, καὶ ἡμεῖς ἀναθεματίζομεν· οὓς δὲ τῷ ἀφορισμῷ, καὶ ἡμεῖς ἀφορίζομεν· οὓς δὲ τῇ καθαιρέσει, καὶ ἡμεῖς καθαιροῦμεν· οὓς δὲ ἐπιτιμίῳ παραδιδόασι, καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως ὑποβάλλομεν. Ἀφιλάργυρος γὰρ ὁ τρόπος, ἀρκούμενοι τοῖς παροῦσιν, ὁ βεβηκὼς εἰς τρίτον οὐρανὸν καὶ ἀκούσας ἄῤῥητα ῥήματα, Παῦλος ὁ θεῖος ἀπόστολος διαῤῥήδην βοᾷ. » Εἰ δὲ καὶ κανόνων μέμνηται ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη τῶν πανευφήμων ἀποστόλων, τῶν τε ἓξ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, τῇ δὲ κυρίως ἕκτῃ περὶ κανόνων ἐμέλησεν οὐδαμῶς· πῶς οὐ πρόδηλον, ὡς περὶ τῶν κανόνων τῆς συνόδου ταύτης φησὶν, ἣ τὸ τῆς ἕκτης ἐνδεὲς ἀναπληρώσασα φαίνεται;

Τὸ δὲ καὶ ἀναθέματι παραδεδόσθαι τοὺς τὰ κανονικὰ ἐν οὐδενὶ λόγῳ ποιουμένους θεσπίσματα πῶς οὐ σφόδρα φοβερὸν, καὶ ψυχῆς λιθίνης καθικέσθαι δυνάμενον; Οὕτω δὲ τοὺς κανόνας τούτους κυρίους ἡγεῖτο καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἕως ἂν ἐν εἰρήνῃ τὰ ἐκκλησιαστικὰ διετέλουν ὄντα, ὡς καὶ τὸν πάππαν Ἀδριανὸν Ταρασίῳ γράφοντα, ἐν θαύματος ἄγειν τὰ κατ' αὐτὸν, ἐμμένοντα τοῖς ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου κανονικῶς ὁρισθεῖσιν. Ἀνάγνωθι ἀπὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς ἑβδόμης συνόδου, ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ πάππα Ἀδριανοῦ πρὸς Ταράσιον Κωνσταντινουπόλεως, ταῦτα· « Εὕρομεν δὲ ἐν τῇ προειρημένῃ ἐπιστολῇ τῇ συνοδικῇ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης μετὰ τὸ πλήρωμα τῆς πίστεως τῆς ὁμολογίας τοῦ ἱεροῦ συμβόλου, καὶ πασῶν τῶν ἁγίων ἓξ συνόδων, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν καὶ σεπτῶν χαρακτήρων θαῦμα αἰνέσεως καὶ περιπτύξεως ἄξιον, περιέχον, ὅτι Καὶ τὰ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου δέχομαι μετὰ πάντων τῶν ἐνθέσμως καὶ θειωδῶς ἐκφωνηθέντων παρ' αὐτῆς κανόνων, ἐν οἷς ἐμφέρεται Ἔν τισι τῶν σεπτῶν εἰκόνων γραφαῖς, Ἀμνὸς δακτύλῳ τοῦ Προδρόμου δεικνύμενος ἐγχαράττεται. Ὃς εἰς τύπον παρελήφθη τῆς χάριτος, τὸν ἀληθινὸν ἡμῖν διὰ νόμου προϋποφαίνων ἀμνὸν, Χριστὸν τὸν

A brevis, tota vero in constituendis canonibus fuit. Quod autem etiam œcumenica fuerit, manifestum est etiam ex historia Basilii habente Gortynes quæ est in Creta episcopum, totius in synodo apud Romam Ecclesiæ locum tenentem. Constat etiam ex eo, quod ipsa synodus, de se continue loquens, œcumenicam seipsam vocat. Neque vero commisisset adeo frequens et celebris Patrum cœtus ut in tam aperto mendacio deprehenderetur. Porro sancta etiam atque œcumenica septima synodus primo canone ita ait : « Libenter obviisque ulnis amplectimur sacros canones, firmumque et inconcussum eorum tenorem; roboramus, quæ exposita sunt a tubis Spiritus, et iis qui localiter congregati fuerunt ad edenda ejusmodi dogmata, et sanctis Patribus. B Ex uno enim eodemque Spiritu illustrati, utilia decreverunt. Et quos illi anathemati tradiderunt, nos etiam tradimus; quos segregarunt, et nos segregamus; quos deposuerunt, etiam nos deponimus; denique quos aliis pœnis multarunt, et nos similiter multamus. Mores enim piorum debent esse a pecuniarum cupiditate alieni, contenti sua sorte; quemadmodum in tertium cœlum raptus, quique ineffabilia verba audivit, divinus ille apostolus Paulus, aperte clamat. » Si vero sancta hæc synodus mentionem facit canonum apostolicorum, simulque sex sanctorum atque œcumenicorum conciliorum : sexta autem synodus proprie ita dicta, nullos omnino canones conscripserit; cuinam dubium C esse potest, quod de canonibus hujus synodi loquatur, quæ id quod sextæ deerat supplevisse cernitur?

Quod vero anathemati tradantur canonicarum constitutionum contemptores : quo pacto non sit terribile, et vel saxeum cor penetret? Quin imo etiam ipse Romanus episcopus usque adeo hosce canones ratos habuit, quandiu pax et concordia inter Ecclesias viguit, ut et papa Adrianus Tarasio scribens summopere eum laudaret, quod in sanctæ hujus synodi canonicorum decretorum observatione persisteret. Lege ex Actis septimæ synodi, ex epistola papæ Adriani ad Tarasium Constantinopoleos episcopum scripta in hunc modum : « Invenimus in prædicta synodica epistola Vestræ Sanctitatis, post plenitudinem fidei ex confessione D sacri symboli, et omnium sanctorum sex conciliorum, et circa sacras venerandasque imagines, rem profecto mirum in modum laudabilem atque exosculandam; in qua etiam continetur, quod et illa quæ a sancta sexta synodo statuta sunt recipio, cum omnibus quæ legitime et divine pronuntiata sunt ab ipsius canonibus; in quibus infertur, quod in nonnullis sacrarum imaginum picturis, agnus digito Præcursoris ostensus insculpitur, qui in typum gratiæ assumptus est, verum nobis per legem præmonstrans agnum, Christum Deum

τόπον ἐπέχοντα. Ex eo probat, sextam illam synodum œcumenicam fuisse quod Basilium Gortynes episcopum habuerit, qui Romani episcopi locum in ea tenebat. Ἔχουσα omnino verum est. Nam si ἐχούσης retines, ad ἱστορίας referendum erit, quod non procedit.

(42) Τὴν αὐτῶν διαγωγήν. Alii, διαταγήν.

nostrum. Veteres itaque typos et umbras, tanquam veritatis symbola et lineamenta Ecclesiæ tradita amplectentes, gratiam pluris æstimamus et veritatem ipsam tanquam adimpletionem legis, hanc suscipientes, ut nimirum perfectio adimpletioque illa etiam picturæ artificio omnium oculis subjiciatur, Agni videlicet tollentis peccata mundi, Christi Dei nostri, secundum humanam effigiem. Et in imaginibus, ab hoc deinceps tempore, loco veteris agni erigi statuimus; per ipsum sublimitatem humilitatis Verbi Dei contemplantes, et ad memoriam vitæ ipsius in carne actæ, passionisque ipsius, et salutiferæ mortis veluti manu ducti; simulque redemptionis quam mundus hinc est consecutus. » Quod itaque canon hic etiam a B. Adriano confirmatus, quodque sit synodi de qua nunc sermo est octogesimus secundus, libri testantur. Plane vero absurdum est, Latinos non modo œcumenicis conciliis infensos esse, quibus ipsi præfuerunt, et quorum dignitas in cœlum usque evecta est; verum etiam inter sese dissidere, et modo quidem Adrianum papam hos ipsos canonas rem laude exosculationeque dignam appellare; modo vero Innocentium, aut alium aliquem, in iis ipsis rejiciendis consentire? Si quis vero dicat papam Patrum legibus ac statutis non esse subjectum, is nulla ratione est ferendus. Quamobrem? Quia ipsemet a Patribus prærogativam accepit; minimeque ferendum est, per quos ille evectus est, magnusque esse videtur, eos ipsos nihili facere. Præterea qui ita affectus est, etiam seipsum reprobare possit; siquidem ipse est qui leges statuit. Beatus vero Paulus, prævaricatorem seipsum vocat, si quæ destruxit iterum ædificare in animum inducat. Si vero demonstratum est papam tam in dogmatibus quam in moribus Patrum censuræ obnoxium esse, quo pacto Patrum legibus non sit subjectus? vel quonam tandem modo æquum sit ut alii ipsum tanquam patrem revereantur, qui tam multos sanctos Patres contemnat?

Quod vero aiunt, papam non esse præfiniti alicujus loci, sed simpliciter absoluteque episcopum: quomodo non manifestæ veritati repugnet? Superius enim demonstratum est, ipsum ejusdem cum aliis episcopis ordinis esse. Deinde, quoties cunque in conciliis œcumenicis ejus per occasionem fit mentio, ut quidem fit sæpenumero, Romæ episcopum ipsum appellant. Quo pacto itaque Romæ episcopus non erit episcopus certi alicujus et circumscripti loci; nisi forte quispiam Romam certo loco circumscriptam negare velit. Si vero quia in epistolis suis non Romæ episcopum seipsum appellat, sed absolute episcopum, eamque

A Θεὸν ἡμῶν. Τοὺς οὖν παλαιοὺς τύπους καὶ τὰς σκιάς, ὡς τῆς ἀληθείας σύμβολά τε καὶ προχαράγματα τῇ Ἐκκλησίᾳ παραδεδομένα, κατασπαζόμενοι, τὴν χάριν προτιμῶμεν καὶ τὴν ἀλήθειαν, ὡς πλήρωμα νόμου ταύτην ὑποδεξάμενοι, ὡς ἂν τὸ τέλειον κἀν ταῖς χρωματουργίαις ἐν ταῖς ἁπάντων ὄψεσιν ὑπογράφηται, τὸν τοῦ αἴροντος τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον χαρακτῆρα. Καὶ ἐν ταῖς εἰκόσιν ἀπὸ τοῦ νῦν ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ ἀμνοῦ ἀναστηλοῦσθαι ὁρίζομεν, δι' αὐτοῦ τὸ τῆς ταπεινώσεως ὕψος τοῦ Θεοῦ Λόγου κατανοοῦντες, καὶ πρὸς μνήμην τῆς ἐν σαρκὶ πολιτείας, τοῦ τε πάθους αὐτοῦ, καὶ τοῦ σωτηρίου θανάτου χειραγωγούμενοι, καὶ τῆς ἐντεῦθεν γενομένης τῷ κόσμῳ ἀπολυτρώσεως. » Ὅτι μὲν οὖν ὁ κανὼν B οὗτος καὶ παρὰ τοῦ μακαρίου Ἀδριανοῦ τὸ κύριον ἔχει, καὶ ὅτι τῆς συνόδου ταύτης περὶ ἧς ὁ λόγος νυνὶ ὀγδοηκοστὸς δεύτερος ἀριθμούμενός ἐστι, τὰ βιβλία μαρτυρήσει τῷ λόγῳ. Πάνυ δὲ ἄτοπον μὴ μόνον πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς τῶν συνόδων Λατίνους ἀπεχθῶς ἔχειν, ὧν ἡγεμόνες αὐτοὶ κατέστησαν, καὶ ὧν τὸ σεπτὸν καὶ μέχρις οὐρανοῦ προῆλθεν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς στασιάζειν· καὶ νῦν μὲν τὸν πάππαν Ἀδριανὸν τοὺς κανόνας τούτους θαῦμα αἰνέσεως καὶ περιπτύξεως ἀξίους καλεῖν, νῦν δὲ τὸν Ἰννοκέντιον, ἢ ἕτερον εἰ τύχοι, τοὺς αὐτοὺς ἀποδοκιμάζειν συμφωνεῖν (43). Εἰ δέ τις οὐχ ὑπάγεσθαι τὸν πάππαν τοῖς τῶν Πατρῶν κειμένοις νόμοις (44) ἐρεῖ, οὐκ ἀνεκτὰ πάντως ἐρεῖ. Διά τί; Ὅτι παρὰ τῶν Πατρῶν αὐτὸς τὸ πρεσβεῖον εἰλήφει. Καὶ ἥκιστα C φορητὸν, δι' ὧν ἐκεῖνος ἤρθη τε καὶ μέγας εἶναι δοκεῖ, τούτους ἐν οὐδενὶ τίθεσθαι. Ἄλλως τε τὸν οὕτως διακείμενον, καὶ ἑαυτὸν ἔστιν ἀθετεῖν, εἴπερ αὐτός ἐστιν ὁ τοὺς νόμους θείς. Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος παραβάτην ἑαυτὸν φησιν, εἴ γε ἃ κατέλυσε, ταῦτα πάλιν οἰκοδομεῖν προθυμεῖται. Εἰ δὲ δέδεικται τὸν πάππαν ὥσπερ ἐν τοῖς δόγμασιν, οὕτω δὴ κἀν τοῖς ἄλλοις παρὰ τῶν Πατρῶν εὐθύνεσθαι, πῶς οὐχ ὑπάγεται τοῖς πρὸς τῶν Πατρῶν κειμένοις νόμοις; Ἢ πῶς δίκαιον τοὺς ἄλλους ὡς πατρὶ τούτῳ προσέχειν, Πατέρας τοσούτους αὐτῷ διαγράφοντι;

Τὸ δὲ λέγειν μὴ εἶναι τὸν πάππαν ἀφωρισμένως εἰς τόνδε τὸν τόπον, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπίσκοπον, πῶς οὐ σφόδρα τοῖς φανεροῖς ἀντιλέγειν ἐστί; Πρῶτον μὲν D γὰρ δέδεικται ἀνωτέρω ὁμοταγῆ τοῦτον τοῖς ἄλλοις (45) τῶν ἐπισκόπων· ἔπειτα ἐν πάσαις ταῖς οἰκουμενικαῖς τῶν συνόδων, ὁσάκις ἐκείνου μνησθῆναι καιρὸς (πολλάκις δὲ τὸ τοιοῦτο), Ῥώμης ἐπίσκοπον αὐτὸν ὀνομάζουσι. Πῶς οὖν ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος οὐκ ἔστιν ἐπίσκοπος ὡρισμένου τόπου τινός; εἰ μή τις τὴν Ῥώμην καὶ τὴν τοῦ τόπου περιγραφὴν διαφεύγειν βούλοιτο. Εἰ δὲ ὅτι ἐν οἷς αὐτὸς ἐπιστέλλει, οὐ Ῥώμης ἐπίσκοπον ἑαυτὸν ὀνομάζει, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπίσκοπον, καὶ διὰ ταῦτα οὐδὲ

(43) *Τοὺς αὐτοὺς ἀποδοκιμάζειν συμφωνεῖν.* Aliquid deesse semper suspicati sumus, sed et τὸ συμφωνεῖν aliquando delebamus. Palatinus aliquid deesse fidem fecit, et nobis defectum supplevit, qui ita habet, Ὥσπερ ἀνάξιον ἑαυτὸν ἡγουμένου; τὸ πρὸς ἑαυτοὺς συμφωνεῖν. Lege, Ὥσπερ ἀν. ἑαυτῶν.

(44) *Τοῖς τῶν Πατρῶν κειμένοις νόμοις.* Forte, τοῖς παρὰ τῶν Πατρῶν κειμένοις νόμοις. Aut, πρὸς τῶν Πατρῶν, ut infra.

(45) *Ὁμοταγῆ τοῦτον τοῖς ἄλλοις.* Addendum, εἶναι. Ὁμοταγῆ τοῦτον εἶναι τοῖς ἄλλοις.

ὡρισμένου τόπου ἐπίσκοπον ἑαυτὸν ἀξιοῖ· οὐ λέληθεν ἡμᾶς λόγοις πολὺ τὸ ταπεινὸν ἔχουσι τὰ μεγάλα A ἁρπάζων. Μᾶλλον γὰρ πρὸς ἡμῶν ὁ λόγος, εἴ γε ἀπὸ τοιούτων καθαιρεῖν αὐτοῦ τὸ ἀξίωμα ἐβουλήθημεν ἄν. Τὸ γὰρ ἑαυτὸν ἐπίσκοπον καλεῖν (τοῦτο δὲ κοινότατον ὄνομα) καὶ μὴ πάππαν, οἰκουμενικὸν, καὶ ἄκρον ἀρχιερέα, καὶ τἄλλα οἷς αὐτὸν χαίρουσι καλεῖν ἄνθρωποι, ἑαυτόν ἐστι ταπεινοῦντος. Ἀλλὰ οὐδ' ἡμεῖς διὰ ταῦτα δίκαια ἂν ποιοῦμεν, εἰ τούτοις αὐτὸν καθαιρεῖν ᾠήθημεν· ἐκεῖνός τε ἀπὸ τοιούτων ἑαυτὸν ἐλπίζων ἐξαίρειν, οὐδὲν ἄλλο ποιεῖ, ἢ ἐκ ψάμμου σχοινίον πλέκειν ἐπιχειρεῖ. Οὐ μὴν ἀλλὰ, εἰ διὰ ταῦτα μέγας ὁ πάππας ἐστὶν, ἐχέτω τὰ ἴσα διὰ ταῦτα καὶ Κύριλλος, καὶ πολλῷ πλέον ἐκείνου, ὅσῳ καὶ παρ' ἄλλων τὰ τοιαῦτα ἀκούει. Ἀνάγνωθι B ταύτην τὴν μαρτυρίαν· « Θεοδόσιος ἔνδοξος θριαμβευτὴς, ἀεὶ Αὔγουστος, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ. » Ὁρᾷς, ὅτι οὐ προστίθησι καὶ τίνος ἐπίσκοπος; Οὐ μὴν ἀλλὰ, εἰ καί τις ἐπίσκοπος ὢν, ἐν οἷ, γράφει, οὐδὲ τὸ τοῦ ἐπισκόπου προστίθησιν ὄνομα, ἀλλὰ μόνον, εἰ τύχοι, τοῦ ἰδίου μεμνημένος ὀνόματος, τὰ ἄλλα ἐᾷ, μηδὲ ἐπίσκοπος λοιπὸν ἔστω ὁ τοιοῦτος· ἀλλ' ἂν μὲν γράφει ἐπίσκοπος μόνον, φευγέτω τὴν περιγραφὴν, καὶ καθολικὸς τῆς οἰκουμένης ἐπίσκοπος ἔστω· ἂν δὲ καὶ τοῦτο ἀφῇ, καὶ ὑπὲρ τὸν τοιοῦτον ἔστω. Καὶ πῶς οὐ ταῦτα αἰνίγμασι παραπλήσια; Ὅτι δὲ εἰσὶ καὶ πολλὰ τοιαῦτα, δῆλον· « Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ Πατρὶ Κελεστίνῳ Κύριλλος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. » Καὶ πάλιν· « Τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ συλλειτουργῷ Νεστορίῳ C Κύριλλος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. » Καὶ πολλὰ ἂν εὕροις τοιαῦτα.

Ἀλλ' οὐδὲ, ὡς φασὶ, μόνος ὁ τῆς Ῥώμης θρόνος ἔχει, τὸ ἀποστολικὸς ὀνομάζεσθαι. Κοινὸν γὰρ αὐτὸ τοῦτο καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν καθολικῶν ἀδελφῶν. Δῆλον δὲ ἀπὸ τῆς ἑνδεκάτης πράξεως τῶν Πρακτικῶν τῆς ἕκτης συνόδου· « Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ἀρχιδιάκονος τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας. » Πάλιν, ἀπὸ τῶν αὐτῶν Πρακτικῶν ἐκ τῶν τοῦ ὅρου ὑπογραφῶν· « Πέτρος πρεσβύτερος καὶ τοποτηρητὴς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων μητροπόλεως (46). Γεώργιος ἐλάχιστος πρεσβύτερος, ἐπέχων τὸν τόπον D Θεοδώρου τοῦ Θεοφυλάκτου πρεσβυτέρου καὶ τοποτηρητοῦ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς ἁγίας Χριστοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως Ἱεροσολύμων, ὑπέγραψα. » Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς πρώτης πράξεως τῶν Πρακτικῶν τῆς ἑβδόμης συνόδου, ἧς ἡ ἀρχή· « Ἐν ὀνόματι τοῦ Κυρίου καὶ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, βασιλείας τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν δεσποτῶν. » Εἶτα μετὰ τὸ καταλέξαι τοὺς ἐκ τῆς Ῥώμης ἀποσταλέντας, καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ἐπάγει ῥητῶς οὕτως· « Ἰωάννου καὶ Θωμᾶ τῶν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων, μοναχῶν, καὶ τοποτηρητῶν τῶν ἀποστολικῶν θρόνων

ob causam certi alicujus loci episcopum seipsum nequaquam esse censet, non ignoramus illum, verbis magnam humilitatem præ se ferentibus, magna rapere. Imo vero hæc oratio pro nobis facit, si modo ipsius dignitatem evertere voluissemus. Cum enim se episcopum appellat (quæ quidem appellatio maxime communis est) et non papam, œcumenicum, vel summum pontificem, vel aliis titulis quibus homines plerumque ei blandiuntur: argumentum est humiliantis seipsum. Sed neque nos idcirco juste fecerimus, si his ipsum subvertere velimus. Ille vero sperans ex hisce seipsum extollere, nihil aliud agit quam si ex arena funiculum nectere conetur. Atqui, si ob hæc magnus est papa, idem etiam ob hæc obtineat Cyrillus, et quidem multo æquius illo, quod etiam ab aliis hic titulus ei tribuatur. En tibi testimonium: « Theodosius gloriosus triumphator, semper Augustus, Cyrillo episcopo. » Vides quo pacto non adjiciat cujus loci sit episcopus? Porro si quis etiam episcopus, in iis quæ scribit, ne ipsum quidem episcopi nomen apponat, sed tantum sui nominis mentionem faciat, alia omittat, episcopus ideo non sit? At si se inscribat episcopum tantum, refugiat circumscriptionem et universalis totius terrarum orbis sit episcopus? Si vero etiam hoc omittat, etiam supra talem sit. At quomodo non sint hæc ænigmati similia? Quod autem sint etiam multæ ejuscemodi inscriptiones, manifestum est. Verbi causa: « Sanctissimo et Deo dilectissimo Patri Celestino Cyrillus in Domino salutem. » Et rursus: « Religiosissimo et Deo dilecto comministro Nestorio Cyrillus in Domino salutem, » multaque ejus generis reperias.

Sed neque, ut ipsi affirmant, sola Romana sedes apostolicæ appellationem obtinet. Communis enim hæc ipsa est etiam aliis catholicis fratribus. Manifestum id ex undecima actione Actorum sextæ synodi: « Constantinus pientissimus archidiaconus ejus quæ ibi est sanctissimæ Dei catholicæ apostolicæque Ecclesiæ. » Item, ex iisdem Actis et decreti subscriptionibus: « Petrus presbyter et vicarius apostolicæ sedis Alexandrinorum magnæ urbis. Georgius minimus presbyter, et locum tenens Theodori Theophylacti presbyteri et vicarii apostolicæ sedis sanctæ Christi Dei nostri urbis Hierosolymorum, subscripsi. » Item ex prima actione Actorum VII synodi cujus initium est: « In nomine Domini nostri Jesu Christi, veri Dei nostri, » etc., ubi postquam recensuit eos qui Romæ, quique Constantinopoli missi essent, in hunc modum expresse subjungit: « Joannis et Thomæ reverendissimorum presbyterorum, monachorum, et vicariorum apostolicarum sedium quæ sunt in Orientali diœcesi. » Hoc ipsum reperies statim in initiis omnium Actorum septimæ synodi: et rursus in subscriptionibus determinationis ejusdem

(46) *Τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων μητροπόλεως.* Pal. μεγαλοπόλεως, et ita supra multis locis, τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων μεγαλόπολιν vocat. Falsum igitur, μητροπόλεως.

synodi : « Joannes per Dei misericordiam presbyter et patriarchicus assessor, vicarius et locum tenens trium apostolicarum sedium, Alexandriæ, Antiochiæ, et Hierosolymorum, Patrum dogmata traditionemque universalis Ecclesiæ sequens, decernens subscripsi. Thomas miseratione divina presbyter et præfectus habitationis sancti Patris nostri Arsenii, quæ sita est in Ægypto, ultra Babylonem, locum tenens trium apostolicarum sedium Alexandriæ, Antiochiæ, et Hierosolymorum, Patrum dogmatibus, traditionique universalis Ecclesiæ insistendo, decernens, subscripsi. » Hoc etiam in omnibus ipsorum subscriptionibus reperies. Audisti, quo pacto singulæ universales sedes apostolicæ nominentur? adeo ut si quis rem perpendat, omnibus idcirco sedibus eamdem quam Romanæ dignitatis prærogativam tribuet, neque satis scio in quos sint habituri primatum : aut certe neque Romana sedes propterea eximium aliquid ac prærogativum præ aliis obtineat, quandiu id quod commune est, proprium ac peculiare fieri locum non habeat. Beatus vero Chrysostomus unumquemque episcopum in cathedra Christi sedere ait, sicut legales sacerdotes in cathedra Moysis : et majori eos dignitate præditos esse asserit, quam sint angeli et archangeli, alibi rursus scribens. Adeo ut nihil magni sit, quod Romana sedes ab apostolis appellationem accipiat, cum singuli episcopi in cathedra Christi sedeant, majoremque ipsis angelis dignitatem obtineant.

τῆς ἀνατολικῆς διοικήσεως. » Τοῦτο εὑρήσεις ἐν ταῖς ἀρχαῖς πασῶν τῶν πράξεων τῆς ἑβδόμης συνόδου· καὶ πάλιν ἐκ τῶν ὑπογραφῶν τοῦ ὅρου τῆς αὐτῆς συνόδου· « Ἰωάννης ἐλέῳ Θεοῦ πρεσβύτερος καὶ πατριαρχικὸς σύνεδρος (47), τὸν τόπον ἐπέχων τῶν τριῶν ἀποστολικῶν θρόνων, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, Ἱεροσολύμων, τοῖς τῶν Πατέρων δόγμασιν ἐξακολουθῶν, καὶ τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ὁρίσας ὑπέγραψα. Θωμᾶς ἐλέῳ Θεοῦ πρεσβύτερος, καὶ ἡγούμενος τῆς μονῆς τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀρσενίου, τῆς διακειμένης ἐν Αἰγύπτῳ ἄνω Βαβυλῶνος, ἐπέχων τὸν τόπον τῶν τριῶν ἀποστολικῶν θρόνων, Ἀλεξανδρείας, Ἀντιοχείας, καὶ Ἱεροσολύμων, τοῖς πατρικοῖς ἑπόμενος δόγμασι, καὶ τῇ παραδόσει τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ὁρίσας ὑπέγραψα. » Τοῦτο καὶ ἐν πάσαις αὐτῶν ταῖς ὑπογραφαῖς εὑρήσεις. Ἤκουσας πῶς ἕκαστος τῶν καθολικῶν θρόνων θρόνος ἀποστολικὸς ὀνομάζεται; Ὥστε εἴ τις ἐθέλει τὰ δίκαια λογίζεσθαι, ἢ καὶ πάντας διὰ ταῦτα τῶν ἴσων ἀξιώσει τῷ Ῥώμης θρόνῳ, καὶ οὐκ οἶδα κατὰ τίνων ἕξουσι τὸ πρωτεῖον· ἢ μὴ διὰ ταῦτα ὁ τῆς Ῥώμης θρόνος τὸ ἐξαίρετον κατὰ τῶν ἄλλων ἐχέτω, ἕως ἂν τὸ κοινὸν ἴδιον γενέσθαι χώραν οὐκ ἔχῃ. Ὁ δὲ μακάριος Χρυσόστομος καὶ τῶν ἀρχιερέων ἕκαστον ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ θρόνῳ καθίσαι λέγει, ὥσπερ τοὺς νομικοὺς ἱερέας ἐπὶ τοῦ θρόνου Μωϋσέως· καὶ μείζονα ἀξίαν περιεζῶσθαι τούτους διατείνεται τῆς τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν ἀρχαγγέλων, ἀλλαχοῦ πάλιν γράφων. Ὥστε οὐ μέγα τῷ Ῥώμης θρόνῳ παρὰ τῶν ἀποστόλων καλεῖσθαι, ἑκάστου τῶν ἐπισκόπων ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Χριστοῦ καθημένου, καὶ μείζονα ἀξίαν ἢ κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων περιβεβλημένου.

Quod autem aiunt, ipsi soli licere œcumenicum concilium congregare, papæ nimirum : quo pacto non manifestæ veritati id repugnare censeamus? imo vero quo pacto non sit turpe, episcopum ea ambitiose affectare, quibus par est regem ipsum gloriari? Neque vero hæc ideo a me dicuntur ut regum pusillanimitatem damnem (recte enim illorum res se habent), sed quod Ecclesiæ bonum, quæ nobis apparent despuens, ad ea quæ in cœlis sunt contendat. Ut autem intelligas, regibus potius, non episcopis potestatem indicendi concilia datam, lege hæc.

Τὸ δὲ λέγειν, Αὐτῷ μόνῳ ἔξεστιν οἰκουμενικὴν ἀθροίζειν σύνοδον, δηλαδὴ τῷ πάππᾳ, πῶς οὐ τοῖς λίαν φανεροῖς ἀντιλέγειν ἐστί; μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ ἂν αἰσχύνη ἀπὸ τούτων τὸν ἱερέα καὶ φιλοτιμεῖσθαι, ἀφ' ὧν ἐστι μέγα καὶ τὸν βασιλέα φρονεῖν; Καὶ οὐ δήπου μικροψυχίαν τῶν βασιλέων κατεγνωκὼς ταῦτα λέγω (καλὰ μὲν γὰρ καὶ τἀκείνων), ἀλλὰ τὸ τῆς Ἐκκλησίας ἀγαθὸν τὰ φαινόμενα κάλλη διαπτύον, πρὸς τὰ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἁμιλλᾶται. Ἵνα δὲ εἰδῇς ὅτι βασιλεῦσι μᾶλλον, οὐκ ἐπισκόποις, τὰ τοιαῦτα ἀνεῖται, ἀνάγνωθι ταῦτα·

Ex Actis sancti et œcumenici primi concilii.

« Sancta et magna synodus, sanctæ magnæque Dei gratia Alexandrinorum Ecclesiæ, et per Ægyptum, et Pentapolim, et Libyam, et per universum orbem constitutis dilectis fratribus, clerisque et populis orthodoxis : Nicææ congregati, et sanctam magnamque synodum celebrantes episcopi, salutem in Domino. Quoniam Dei gratia et Deo

Ἀπὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς πρώτης συνόδου.

« Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ Θεοῦ χάριτι Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Πεντάπολιν καὶ Λιβύην, καὶ τοῖς κατὰ τὴν ὑπούρανον (48) ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, κλήροις τε καὶ λαοῖς ὀρθοδόξοις, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν ἁγίαν μεγάλην σύνοδον συγκροτήσαντες ἐπίσκοποι, ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἐπειδὴ

(47) *Καὶ πατριαρχικὸς σύνεδρος*. Idem Palatinus, σύγελος, lege σύγγελλος vel σύγκελλος. Qui sint πατριαρχικοὶ σύγκελλοι non est hujus temporis, aut loci docere. Alias res satis nota est. vel mediocriter eruditis.

(48) *Κατὰ τὴν ὑπούρανον*. Distingue, κατὰ τὴν ὑπ' οὐρανόν.

τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος καὶ τοῦ θεοφυλάκτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν καὶ πόλεων, κ. τ. λ. »

Ἀπὸ τῆς οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου τῶν Πρακτικῶν.

« Τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις Θεοδοσίῳ καὶ Οὐαλεντινιανῷ, νικηταῖς, τροπαιούχοις, ἀεὶ Αὐγούστοις, ἡ ἁγία σύνοδος, ἡ χάριτι Θεοῦ καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει. »

Ἀπὸ τοῦ τέλους τῶν Πρακτικῶν τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τετάρτης συνόδου.

Ἡ ἐπιγραφὴ τῆς ἐπιστολῆς τῆς ἁγίας συνόδου· « Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων B καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συναχθεῖσα ἐν τῇ Χαλκηδονίων μητροπόλει, τῆς Βιθυνῶν ἐπαρχίας, τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ τῆς Ῥωμαίων ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι. »

Ὅτι μὲν οὖν τὸ συνάγειν οἰκουμενικὴν σύνοδον τῶν βασιλέων ἐστὶν, ἐκ τῶν ἀναγινωσκομένων δῆλον. Ὁ δὲ μακάριος Λέων ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ γράφων, ἀντὶ μεγάλου τινὸς αἰτεῖται κατανεῦσαι τὸν βασιλέα ἰδικὴν συγκροτηθῆναι σύνοδον ἐν Ἰταλίᾳ. Οὐκ ἂν δὲ ἐζήτησεν, ὅπερ σὺν τῷ δικαίῳ ἔφθασεν ἔχων. Ἀνάγνωθι καὶ ταύτην τὴν μαρτυρίαν·

Ἀπὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς τετάρτης συνόδου, ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς Λέοντος ἐπισκόπου Ῥώμης, πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων. C

« Πᾶσαι αἱ Ἐκκλησίαι τῶν ἡμετέρων μερῶν, καὶ πάντες ἱερεῖς τὴν ὑμετέραν ἡμερότητα μετὰ δακρύων ἱκετεύουσι, κατὰ τὴν αἴτησιν τοῦ λιβέλλου Φλαβιανοῦ τοῦ ἐπισκόπου, ὥστε κελεῦσαι ἰδικὴν σύνοδον ἐν τῇ τῆς Ἰταλίας ἐπιτελεσθῆναι. »

Εἰ δὲ, ὅτι ὁ Πέτρος ἐν Ῥώμῃ τὸν βίον κατέλυσε, διὰ τοῦτο μέγαν τὸν τῆς Ῥώμης θρόνον ἡγῇ, πάντως ὁ τῶν Ἱεροσολύμων τὸ πλέον ἕξει, ἐκεῖ τοῦ Σωτῆρος τὸν ζωοποιὸν καταδεξαμένου θάνατον.

Εἰ δέ σε θορυβεῖ τὸ τῆς τιμῆς μέγεθος, ὃ παρὰ τῶν μακαρίων Πατρῶν ὁ τῆς Ῥώμης ἐκληρώσατο θρόνος, τάξεως φυλακὴν τὸ τοιοῦτον ἡγοῦ. Μέγα δὲ παρὰ τοῖς ἁγίοις ἡ τάξις, ἣ καὶ τὰ οὐράνια συνέχει, D καὶ τὰ ἐπίγεια. Ἄλλως τε καὶ ἀποστολικὸς αὐτοὺς κατεπείγει νόμος, κελεύων ἀλλήλους τῇ τιμῇ προηγεῖσθαι. Καὶ τὸ τῆς ταπεινώσεως δὲ ὑπόδειγμα, ὃ τοῖς μαθηταῖς ὁ Κύριος παρέδειξεν, ἐν ὑπηρέτου τάξει τοὺς πόδας ἀπονίπτων αὐτῶν, καὶ τἄλλα ὅσα ὑπερφυῶς ἐκεῖνος ἐνήργησε, τὴν ἡμετέραν οἰκονομῶν σωτηρίαν, ἱκανὴ παράκλησις πρὸς ταπείνωσιν. Εἰ δὲ ὁ μακάριος Παῦλος Κορινθίοις γράφων, « Ἐγὼ δὲ δοῦλος ὑμῶν, φησὶ, διὰ Ἰησοῦν Χριστὸν, » καὶ *δοῦλον δὲ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ* ὁ πάπας ἑαυτὸν καλεῖ, καὶ πρόγραμμα δὲ τῶν αὐτοῦ ἐπιστολῶν τὸ τοιοῦτον· τί μέγα, εἰ καὶ οὗτος τὰς ὁμοίας καρποῦται τιμὰς, τὸ πρῶτος εἶναι παρὰ τῶν Πατέρων δεξάμενος;

A dilectissimi regis Constantini qui nos ex diversis urbibus et provinciis congregavit, » etc.

Item, ex Actis tertii concilii œcumenici.

« Pientissimis Deoque dilectissimis Theodosio et Valentiniano, victoribus, triumphatoribus, semper Augustis, sancta synodus, quæ gratia Dei, vestræque potentiæ annutatione congregata est in Ephesiorum metropoli. »

Ex fine Actorum sanctæ et œcumenicæ quartæ synodi.

Subscriptio epistolæ sanctæ synodi: « Sancta et magna atque œcumenica synodus, quæ Dei gratia, et decreto pientissimorum et Christianissimorum nostrorum regum congregata est apud Chalcedonem metropolim, Bithyniæ provinciæ, sanctissimo et beatissimo Romanorum archiepiscopo Leoni. »

Quod itaque convocatio œcumenici concilii ad reges pertineat, ex iis quæ recitata sunt aperte constat. Beatus autem Leo Romæ episcopus, ad Theodosium regem scribens, ingentis beneficii loco petit, annui sibi a rege, ut privatam synodum in Italia cogere possit: at non petiisset profecto, si id juris ipse antea habebat. Lege et hoc testimonium:

Ex Actis quartæ synodi, ex epistola Leonis episcopi Romani, ad regem Romanorum.

« Omnes Ecclesiæ nostrarum partium, et omnes episcopi vestram clementiam suppliciter cum lacrymis orant, juxta petitionem libelli Flaviani episcopi, ut privatam sive particularem synodum in Italia peragi jubeat. »

Si vero, quia Petrus Romæ diem suum obiit, idcirco Romanam sedem Magnam censes: profecto Hierosolymorum sedes major digniorque erit, cum ibi Servator noster Jesus Christus vivificam mortem obierit

At si te turbat magnitudo honoris, quam Romana sedes a beatis Patribus est adepta: ordinis conservandi causa id factum puta. Multum autem valet apud sanctos ordo; quippe quo et cœlestia et terrena constant, et continentur. Præterea etiam apostolica lex eos urgebat, jubens ut invicem honore præveniamus. Quin et ipse Dominus discipulis suis humilitatis exemplum præbuit; instar ministri pedes ipsorum abluens. Et alia quæ ipse eximia edidit, cum nostram in carne degens salutem procuraret, abunde nos ad humilitatis studium adhortantur. Si vero Paulus ad Corinthios scribens, inquit: « Ego servus vester propter Jesum Christum; » et papa seipsum *servum servorum Dei* vocat, quod et inscriptiones epistolarum ejus testantur; quid magni est, si etiam hic tali fruitur honore, quod a Patribus id acceperit, ut sit primus?

A At, non possunt, inquiunt, canones ecclesiastici constitui absque papa. Recte quidem. Sed neque papæ id licet, absque aliis, quandiu certe apostolicis legibus paret. Lege tricesimum quartum canonem apostolorum, qui sic habet: « Episcopos cujusque nationis scire oportet, quisnam inter ipsos sit primus: et habere ipsum pro capite, nihilque novi et operæ pretii agere absque ipsius sententia: illa vero tantum quemque agere oportet, quæ ad ipsius Ecclesiam, locaque ipsis subdita attinet. Sed neque illa citra omnium sententiam quidquam agat. Ita enim concordia constabit, et glorificabitur Deus per Dominum in sancto Spiritu; Pater, et Filius, et Spiritus sanctus. » Si quis vero canonibus apostolorum contradicere velit, nothos illos vocans, et apostolico spiritui nequaquam convenientes, is a sanctis Patribus doceri se patiatur. Quibusnam vero illis? Primæ synodi, tertiæ, quartæ, sextæ et septimæ. Harum enim prima synodus quinto canone duorum apostolicorum canonum mentionem facit: duodecimi videlicet, et tricesimi secundi. Decimo quinto item ejusdem synodi canone meminit etiam apostolici canonis decimi quinti. Tertia vero synodus ad regem Theodosium scribens, septuagesimi quarti apostolici canonis meminit, quo usa, Nestorium deposuit. Eodem canone similiter et quarta synodus usa, Dioscorum deposuit. Rursus vero hæc ipsa quarta synodus in quinto suo canone, de duodecimo, et decimo tertio, et decimo quarto apostolico canone expressis verbis ita ait: « De commigrantibus ex urbe in urbem episcopis et clericis visum est ut de his canones a sanctis apostolis constituti vigorem obtineant. » Canones vero sextæ synodi etiam numerum apostolicorum canonum recensent.

Ex secundo canone sextæ synodi.

« Visum est etiam hoc sanctæ synodo, pulcherrime optimeque ut maneant ab hoc tempore firmi ac rati ad animarum medelam, et curationem affectuum, a prædecessoribus nostris sanctis ac beatis Patribus suscepti et stabiliti, nobisque per manus traditi nomine sanctorum et gloriosorum apostolorum canones numero octoginta quinque. » Septima vero synodus, in suo primo canone, Ecclesiæ leges enumerans, anteponit omnibus canones ab apostolis editos; illud Moysis in omnibus valere cupiens; neque licere quidquam ipsis addere, neque quidquam adimere. Nosne igitur eos qui a tot tantisque approbati sunt rejiciemus, et spurios censebimus, ac tanquam inutiles damnabimus? Quo pacto vero hæc toleranda sint? Summa dictorum hæc est: Quandiu quidem papa ordinem servat, et cum veritate stat; a primo et proprio principatu non removetur, et caput est Ecclesiæ, et summus pontifex, et Petri reliquorumque apostolorum successor; omnesque ei obedire

Ἀλλ' οὐκ ἔστι, φησὶ, τοῦ πάππα χωρὶς τὰ ἐκκλησιαστικὰ κανονίζεσθαι. Καλῶς γε. Ἀλλ' οὐδὲ τῷ πάππᾳ τῶν ἄλλων χωρὶς, ἕως ἂν τοῖς τῶν ἀποστόλων νόμοις πειθόμενος ᾖ. Ἀνάγνωθι ἀποστόλων κανόνα τριακοστὸν τέταρτον, ὅς φησι· « Τοὺς ἐπισκόπους ἑκάστου ἔθνους εἰδέναι χρὴ τὸν ἑαυτοῖς πρῶτον, καὶ ἡγεῖσθαι αὐτὸν ὡς κεφαλὴν, καὶ μηδέν τι πράττειν περιττὸν ἄνευ τῆς ἐκείνου γνώμης· ἐκεῖνα δὲ μόνον πράττειν ἕκαστον, ὅσα τῇ αὐτοῦ παροικίᾳ ἐπιβάλλει, καὶ ταῖς ὑπ' αὐτὴν χώραις. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνος ἄνευ τῆς πάντων γνώμης ποιείτω τι. Οὕτω γὰρ ὁμόνοια ἔσται, καὶ δοξασθήσεται ὁ Θεὸς διὰ Κυρίου ἐν ἁγίῳ Πνεύματι, ὁ Πατὴρ, καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. » Εἰ δέ τις πρὸς τοὺς κανόνας τῶν μακαρίων ἀποστόλων ἀντιλέγειν ἐθέλοι, νόθους B ἀποκαλῶν αὐτοὺς καὶ ἥκιστα πρέποντας ἀποστολικαῖς ψυχαῖς, παρὰ τῶν μακαρίων παιδευέσθω Πατρῶν. Τίνων τούτων; Τῆς πρώτης συνόδου, τῆς τρίτης, τῆς τετάρτης, τῆς ἕκτης, τῆς ἑβδόμης. Τούτων γὰρ ἡ μὲν πρώτη σύνοδος, ἐν τῷ πέμπτῳ αὐτῆς κανόνι μέμνηται ἀποστολικῶν δύο κανόνων, δωδεκάτου καὶ τριακοστοῦ δευτέρου· ἐν δὲ τῷ πεντεκαιδεκάτῳ πάλιν αὐτῆς, μέμνηται ὡσαύτως ἀποστολικοῦ πεντεκαιδεκάτου. Ἡ δὲ τρίτη σύνοδος πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον γράφουσα, ἑβδομηκοστοῦ τετάρτου ἀποστολικοῦ κανόνος μέμνηται, ᾧ χρησαμένη καθεῖλε Νεστόριον. Τῷ αὐτῷ κανόνι ὁμοίως καὶ ἡ τετάρτη σύνοδος χρησαμένη Διόσκορον καθεῖλε. Πάλιν δὲ ἡ αὐτὴ τετάρτη ἐν πέμπτῳ αὐτῆς C κανόνι περὶ τοὺς ιβ' καὶ ιγ', καὶ ιδ', καὶ ιε' τῶν ἀποστολικῶν κανόνων, ῥητῶς οὕτω λέγει· « Περὶ τῶν μεταβαινόντων ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν ἔδοξε τοὺς περὶ τούτων τεθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ Πατρῶν ἔχειν τὴν ἰσχύν. » Οἱ δὲ κανόνες τῆς ἕκτης συνόδου καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἀποστολικῶν νόμων φασίν.

Ἀπὸ τοῦ δευτέρου κανόνος τῆς ἕκτης συνόδου.

« Ἔδοξε καὶ τοῦτο τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ κάλλιστά τε καὶ σπουδαιότατα, ὥστε μένειν καὶ ἀπὸ τοῦ νῦν βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς πρὸς ψυχῶν θεραπείαν καὶ ἰατρείαν παθῶν τοὺς ὑπὸ τῶν πρὸ ἡμῶν ἁγίων καὶ μακαρίων Πατρῶν δεχθέντας καὶ κυρωθέντας, ἀλλὰ D μὴν καὶ παραδοθέντας ἡμῖν, ὀνόματι τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων ἀποστόλων, ὀγδοήκοντα πέντε κανόνας. » Ἡ δὲ ἑβδόμη ἐν τῷ πρώτῳ αὐτῆς κανόνι, τοὺς τῆς Ἐκκλησίας καταλέγουσα νόμους, προτίθησι πάντων τοὺς ὑπὸ τῶν ἀποστόλων ἐκτεθέντας, τὸ τοῦ Μωσέως ἐκεῖνο κατὰ πάντων κρατεῖν ἀξιοῦσα· Ἐν αὐτοῖς οὐκ ἔστι προσθεῖναι, καὶ ἀπ' αὐτῶν οὐκ ἔστιν ἀφελεῖν. Τοὺς ὑπὸ τοσούτων οὖν καὶ τοιούτων μαρτυρουμένους ἐκβαλοῦμεν, εἰπέ μοι, καὶ νόθους νομιοῦμεν, ἀχρηστίαν κατεγνωκότες αὐτῶν; Καὶ πῶς ταῦτα ἀνεκτά; Κεφάλαιον τῶν λεγομένων. Ἕως μὲν ὁ πάππας σώζῃ τὴν τάξιν, καὶ μετὰ τῆς ἀληθείας ἕστηκε, καὶ τῆς πρώτης καὶ κυρίως ἀρχῆς οὐκ ἀφίσταται, καὶ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ ἀρχιερεὺς ἄκρος, καὶ Πέτρου καὶ πάντων ἀποστόλων διάδοχος·

καὶ δεῖ πάντας αὐτῷ πείθεσθαι, καὶ οὐδὲν ὃ τὴν τιμὴν ἐκείνου χωρεῖ· εἰ δὲ τῆς ἀληθείας ἀποχωρήσας, οὐ βούλεται πάλιν πρὸς ἐκείνην ἐπανιέναι, τὰ τῶν καταδίκων πείσεται.

Εἴρηται ταῦτα κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν. Ἄγε, ἀληθῆ μὲν ὄντα, ὑπὲρ τοῦ πάππα ἔσται ἀρχῆς· εἰ δὲ ψευδῆ, θεραπεύειν λοιπὸν τὸν οὐκ ἐθέλοντα νοσεῖν. Ἔστηκα γὰρ μετ' ἐκείνων οἷς ἔργον ψάλλειν· « Μὴ περιέλῃς ἐκ τοῦ στόματός μου τὸν λόγον ἀληθείας. »

A oportet, nihilque est quod ipsius honori detrahat. Si vero, cum semel a veritate recesserit, ad eam redire noluerit, damnatorum pœnis erit obnoxius.

Hæc de primatu papæ pro meis viribus dixi, et quidem veritati consentanea. Sin minus, medicina adhibeatur ægrotare nolenti. Ego enim ab illorum etiam partibus sto quibus curæ est canere : « Ne auferas de ore meo verbum veritatis. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ
ΠΡΟΣ ΝΕΙΛΟΝ
ΤΟΝ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ
ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΧΗΣ ΤΟΥ ΠΑΠΠΑ.

—

CONFUTATIO
NILI THESSALONICENSIS
DE PRIMATU PAPÆ,
AUCTORE JO. MATTHÆO CARYOPHYLLO ARCHIEPISCOPO ICONIENSI.

(Parisiis, apud ADRIANUM TAUPINART, via Jacobæa sub signo Sphæræ. MDCXXVI.)

—

ΤΩ ΜΑΚΑΡΙΩΤΑΤΩ ΠΑΤΡΙ ΚΑΙ ΟΙΚΟΥΜΕΝΙΚΩ ΑΡΧΙΠΟΙΜΕΝΙ ΟΥΡΒΑΝΩ ΤΩ ΟΓΔΟΩ.

Τῆς ἀποστολικῆς ἀκροπόλεως τὸ ἄμαχον κράτος, Πάτερ μακαριώτατε, τρισὶ μάλιστα προσβολαῖς ὥρμησε διακλονεῖν ἡ πολύτροπος φιλαρχία. Πρῶτα μὲν γὰρ ἔδοξε τιμᾶν πόλει πόλιν ἁμιλλωμένην, παλαιᾷ νέαν· καὶ ἡ τῆς μιᾶς τιμὴ ταῖς πολλαῖς περιγέγονεν εἰς ἀτιμίαν, καὶ ἡ πρόσφατος τάξις τὴν ἀρχαίαν διέλυσε, Δαμάσου τοῦ πάνυ κοσμοῦντος τὸν Πέτρου θρόνον τῇ τε ἱεροπρεπεστάτῃ τοῦ βίου σεμνότητι, καὶ τῇ πανευσεβεῖ φιλομουσίᾳ. Εἶτα ἐπαρθείσης τῆς νεωτέρας, κατὰ τὸν ἀμφικέφαλον τῆς βασιλείας ἀετὸν, δύο σκηπτούχους ἀνηγόρευσαν πόλεις, ἰσοτίμους τε καὶ ἰσοδυνάμους τὰ θεῖα. Λέοντος C *τοῦ γενναιοτάτου ἱεραρχοῦντος, δι' ὃν ἡ πρεσβῦτις Ῥώμη καὶ πολέμους ἔθραυσε ψυχῶν καὶ πολέμους τῶν Βαρβάρων. Τέλος κορυφωθεῖσα ἡ τόλμα τὴν διχόνοιαν ἤνεγκε, πολλὰ κατὰ τῆς ἀποστολικῆς ἀκρότητος ῥαψῳδήσασα, Νικολάου πηδαλιουχοῦντος τὴν Πέτρου ὁλκάδα,*

B *BEATISSIMO PATRI URBANO VIII, UNIVERSALIS ECCLESIÆ SUMMO PASTORI.*

Inexpugnabilem apostolicæ summitatis arcem, Pater beatissime, tribus potissimum machinamentis labefactare conata est ambitiosa elatio: primo enim urbem urbis æmulam antiquæ novam, novis placuit honoribus augeri, ex quo factum ut unius honor multarum esset imminutio, et recens invectus ordo antiquum everteret ordinem, quo tempore Damasus sedem ornabat, et innocentis vitæ sanctimonia, et sacrarum studio musarum. Inde ornatam privilegiis novam urbem eo usque provehere libuit, ut instar bicipitis imperatorum aquilæ, duæ quoque viderentur urbes pari in rebus divinis potestate conspicuæ. C *Leo cum primus excelsi vir animi sedi apostolicæ præerat : cujus opera æterna urbs, et animarum bella sustulit, et Barbarorum impetus compressit. Demum increbrescente in cumulum audaciæ consecutum dissidium, multisque impetita scriptis fuit sublimitas apostolica, summo pontifice Nicolao I, qui, tantam ut reprimeret impudentiam, multos sane*

excepit labores. Quis adeo pecors, ut uni tibi debitas neget lucubrationes pro sede Petri et singulari urbis imperio? cum ille sis pontifex qui et sacrarum carmine musarum præcellis, et bellorum tumultus sedas, et fugas perniciem schismatis. Accipe, Pater beatissime, munus quod sponte offertur et jure defertur, Nilum hunc triumpho edomitum, proque confictis majorum suorum exemplo in tuam sedem mendaciis jure explosum. Sic tu barbaris Thraciam occupantibus fies domitor Damasus: et bellorum amantibus Leo rugitu tuo leoniano conterritis, et iis qui schisma sequuntur Nicolaus, victor fortissimus, tum illa tua placidissima lenitate animi, tum magnanimi pectoris nunquam interituris operibus.

Beatudinis Vestræ humillimus servus,
archiepiscopus Iconiensis.

καὶ πολλοὺς καταβαλομένου ἀγῶνας, ἐφ' ᾧ καταστα.ῆναι τὸ τοῦ τολμήματος. Τίς νοῦν ἔχων οὐκ ἂν εἴποι, τοὺς ὑπὲρ τοῦ Πέτρου, καὶ τῆς ἀρχεγόνου Ῥώμης ἱδρῶτας ὀφείλεσθαι τῷ φιλομουσοτάτῳ ἀρχιερεῖ, τῷ κατευναστῇ τῶν πολέμων, τῷ φυγαδευτῇ τοῦ σχίσματος Οὐρβανῷ τῷ ὀγδόῳ; Δέχου, Πάτερ μακαριώτατε, τὰ σοὶ κομιζόμενα καὶ νομιζόμενα δῶρα, Νεῖλον τόνδε θριαμβευόμενον, καὶ ὑπὲρ ἀναιδῶς καὶ αὐτῷ κατὰ σοῦ συμπλασθέντων ἐκκηρυττόμενον. Καὶ γένοιο τοῖς ἐν Θρᾴκῃ Βαρβάροις δαμάζων Δάμασος· τοῖς φιλοπολέμοις Λέων, λεοντείῳ ἐκπλήττων βρυχήματι· τοῖς ἀποσχιζομένοις Νικόλαος, νικητὴς ἄκρος καὶ τῷ φιλανθρώπῳ τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ μεγαλοψύχῳ τῶν πράξεων.

Τῆς ὑμετέρας μακαριότητος δοῦλος
ὁ ταπεινὸς Ἰκονίου ἀρχιεπίσκοπος.

ΤΟΙΣ ΑΠΡΟΣΠΑΘΩΣ ΕΝΤΕΥΞΟΜΕΝΟΙΣ ΚΑΙ ΣΠΟΥΔΑΣΤΑΙΣ ΤΗΣ ΑΜΩΜΗΤΟΥ ΟΡΘΟΔΟΞΙΑΣ.

CANDIDO ET VERITATIS ORTHODOXÆ STUDIOSO LECTORI.

Post magni Patris Nili plenam sanctimoniæ Historiam (1), accipe, lector, Nili Thessalonicensis nuper elaboratam confutationem: ut simul videre possis non par hominum pulchra similitudine comparandorum, sed omni dissimilitudine inter se dissidentium. Scribebat autem Nilus iste, si ex ipsiusmet scriptis ducenda conjectura est, sub Andronico juniore et Joanne ejus filio Palæologis, ut plane trecentesimum non attingat annum. Quo tempore apud Græcos vulgatissima illa de Spiritu sancto et ad oppugnandum papæ primatum disputatio: nimirum novitates illæ quas imbiberant ex ipsis Photii temporibus: ansas dabat ferventioribus ad plurima scriptitandum. Cum enim germana Patrum theologia jam defecisset, paulatimque evanuisset, sola humaniorum litterarum studia vigebant: ut sane in illis Græci sermonis elegantiam, et dictionis curiosæ flosculos videas, profundæ vero mentis aciem desideres in dogmatibus explicandis, et eruendo abdito sensu, et mendacio a veritate discernendo. Nam æquivocis plurimum gaudent, tortuosisque ambagibus, et contra Latinos spuria proferunt, et ascriptitia pro certis et indubitatis, quæ vel imperatores, vel patriarchæ Constantinopolitani pro varietate temporum multa calliditate machinati sunt, cum se Petri sedi subjectos esse non paterentur, sed comparare sibi vellent novum hierarchiæ apicem, et unum corpus Ecclesiæ multis capitibus adornarent. Hoc enim erat, in quod omni studio, omni conatu in-

Μετὰ τὴν ἱερὰν τοῦ μεγάλου Πατρὸς Νείλου ἱστορίαν δέχου, φίλε, τὴν ἀρτίως πονηθεῖσαν πρὸς Νεῖλον τὸν Θεσσαλονίκης ἀντίῤῥησιν, ἵν' ἔχῃς ἐν ταυτῷ ὁρᾷν οὐ μιᾶς ξυνωρίδος ὡραίαν ἀντιπαράθεσιν, ἀλλ' ἀνδρῶν τοῖς ὅλοις διεστηκότων ἀντίθετον σύγκρισιν. Ἔγραφε δὲ ὁ Νεῖλος οὗτος, εἰ δεῖ λαβεῖν ἐξ ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος λέγει τεκμήριον, ἐπὶ Ἀνδρονίκου καὶ Ἰωάννου τῶν Παλαιολόγων, ὡς μήπω τὸ τριακοσιοστὸν συμπληροῦσθαι ἔτος· ἡνίκα παρὰ Γραικοῖς τὸ περὶ τοῦ παναγίου Πνεύματος πολυθρύλλητον ζήτημα, καὶ τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα ἀντιλεγόμενον, κατὰ τὴν παραδοθεῖσαν αὐτοῖς ἐκ τῶν Φωτίου χρόνων καινοτομίαν, ἀφορμὰς τοῦ πολλὰ ῥαψῳδεῖν ἐδίδου τοῖς θερμοτέροις· τῆς ἀκριβοῦς δηλαδὴ τῶν Πατέρων θεολογίας κατὰ μικρὸν διαῤῥυείσης, τῆς δὲ περὶ τὰ ἐγκύκλια τῶν μαθημάτων ἀκμαζούσης τότε σπουδῆς· ἴδοις μὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς ἔντεχνον συνθήκην ἑλληνισμοῦ καὶ κομψότητα, καὶ περίεργον φράσιν, οὐδαμῶς δὲ τοῖς δόγμασιν ἐμβαθύνοντας, καὶ τὴν ὄντως ἰθεῖαν αὔλακα τέμνοντας, ὥστε διευκρινῆσαι τἀληθὲς, καὶ διελέγξαι τὸ ψεῦδος· ἀλλὰ τὸ πλεῖστον ὁμωνυμίαις καὶ διαστρόφοις περιπλοκαῖς χαίροντας, καὶ προφέροντας κατὰ Λατίνων τὰ νόθα καὶ παρέγγραπτα ὡς δῆλα καὶ ἀναντίῤῥητα ἅπερ οἱ Κωνσταντινουπόλεως κατὰ καιροὺς ἄρξαντες βασιλεῖς καὶ πατριάρχαι κατὰ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ποικιλοτρόπως ἐμηχανήσαντο, μὴ φέροντες ὑποκεῖσθαι τῷ Πέτρου θρόνῳ, ἀλλὰ κορυφὴν ἄλλην ἑαυτοῖς ἱεραρχικὴν περιποιούμενοι, καὶ τὸ ἁπλοῦν τῆς Ἐκκλησίας σῶμα πολυκέφαλον ἐργαζόμενοι. Τοῦτο γὰρ ἦν

(1) Intellige Vitam S. Nili Junioris quam primus Græce et Latine edidit Caryophyllus, postea in Septembri Bollandiano, denique in tomo nostro CXX recusam. Edit. Patr.

αὐτοῖς τὸ παντὶ σθένει, πάσῃ μηχανῇ σπουδαζόμενον, κατεδαφίσαι τὴν θεοπρόβλητον κορυφαίαν ἀρχὴν τοῦ πάππα, καὶ πεντακέφαλον ὕδραν καταστῆσαι τὴν Ἐκκλησίαν, καὶ τὴν πολυύμνητον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἀκρότητα καταγαγεῖν εἰς ψιλὸν ὄνομα πρωτοκαθεδρίας, καὶ γυμνὸν προτιμήσεως ἀποσκίασμα. Τοῦτο τῆς διχονοίας τὸ αἴτιον· ἐντεῦθεν αἱ περὶ δογμάτων ἀμφισβητήσεις, καὶ ἡ σκῆψις διὰ τὴν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην. Καὶ οὐκ ᾐδέσθησαν τῇ σφῶν αὐτῶν εὐσεβείᾳ προφανὲς οὕτω ψεῦδος θεμέλιον ὑποστησάμενοι ἄνδρες ἱστοριῶν ἐμπειρότατοι, καὶ πολλῶν ἱστοριῶν αὐτοὶ πατέρες γενόμενοι. Εἰ γὰρ Λατίνοις τὴν προσθήκην πρῶτος ἀντεπεξήγαγε Φώτιος, δῆλον ὅτι παρὰ Ῥωμαίοις τότε τὸ σύμβολον μετὰ τῆς καλουμένης προσθήκης ἐλέγετο. Εἰ δὲ κατέβαλε μὲν Φώτιος τὰ σπέρματα τοῦ σχίσματος, οὔπω δὲ πειθομένους εἶχε τοὺς πλείστους, ἀλλ' ἐφύλαττε τέως ἡ Ἀνατολικὴ Ἐκκλησία τὴν πρὸς τὸν πάππαν εὐλάβειαν καὶ ὁμόνοιαν, ὡς μαρτυρεῖ τὰ Πρακτικὰ τῆς οἰκουμενικῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ὀγδόης συνόδου, πῶς οὐ καταφανὲς καὶ προδηλότατον ἕτερόν τι γεγονέναι τοῦ σχίσματος τὸ αἴτιον, ἀλλ' οὐχὶ τὴν καλουμένην προσθήκην; Ὁποῖον δ' ἂν εἴη τὸ ἀληθὲς αἴτιον, διδάσκουσι τοῦ σχίσματος οἱ προασπισταὶ, πρὸς ἐκεῖνο μᾶλλον ἀντιτεινόμενοι ὃ πλέον καθικνεῖτο μέσης αὐτῶν τῆς καρδίας, καὶ οὗ χάριν τὰς εὑρεσιλογίας περὶ τὰ δόγματα ἠρανίζοντο· τῶν γὰρ μάλιστα ἀμφισβητουμένων περὶ μὲν τῆς ἐκπορεύσεως πολλὴ παρ' αὐτοῖς ἡ διαφωνία, τῶν μὲν δυαρχίαν παρεισάγεσθαι νομιζόντων, καὶ βλάσφημον τὸ δόγμα ὀνειροπολούντων, τῶν δὲ μὴ τοσοῦτον κατατολμώντων αἰδοῖ τῆς προφανοῦς γενέσθαι βεβαιουμένων. Εἰσὶ δὲ οἳ καὶ ἐπέχουσι περὶ τοῦ δόγματος, αἴτιον φάσκοντες εἶναι τοῦ σχίσματος, τὸ μὴ βούλεσθαι τὸν πάππαν ἐπιτρέψαι τὴν διάγνωσιν τοῦ δόγματος οἰκουμενικῇ συνόδῳ. Εἶτα γενομένων τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων προφάσεις καὶ φυγοδικίας προϊσχόμενοι, ὅτι Λατῖνοι κατεδυνάστευσαν, ἢ δώροις καὶ ἐπαγγελίαις τὸ φανῆναι κρείττους ὠνήσαντο· τὴν δὲ ἀρχὴν καὶ ἐξουσίαν τοῦ πάππα μιᾷ πάντες γνώμῃ, μιᾷ γλώσσῃ, μιᾷ φωνῇ παραγράφουσι, πενταρχίᾳ λέγοντες ὑποκεῖσθαι τὴν καθολικὴν Ἐκκλησίαν· ταύτης δὲ τῆς πεντάδος πρῶτον εἶναι μὲν τὸν πάππαν μόνῃ τῇ τάξει, ἐν ταῖς ἀναφοραῖς δηλαδὴ τῶν ὀνομάτων, ἐν ταῖς καθέδραις ὅτε συνέλθοιεν, ἐν ταῖς ὑπογραφαῖς ὅταν δέῃ. κατὰ δὲ τὴν ἐξουσίαν ὁμοταγεῖς εἶναι πάντας καὶ ἰσοδυνάμους. Εἶναι δὲ καὶ ταῦτα ὀρθοδοξοῦντος τοῦ πάππα, νῦν δὲ κατ' αὐτοὺς παραδογματίζοντος ἐκείνου, ἀργεῖ καὶ ἡ τάξις.

Τοιαύταις ματαιολογίαις ἐπιστηρίζονται, ἵνα μὴ δοκῶσι σχίζεσθαι παραλόγως, ἐκ τῶν προγενεστέρων τὰς ἀρχὰς λαβόντες, προσεξεργασάμενοι δὲ καὶ αὐτοὶ ὅσα οἴκοθεν τὸ φιλεριστικὸν ἐπεχορήγησεν. Τούτων εἷς καὶ Νεῖλος οὗτος ὁ Θεσσαλονίκης, γράψας περὶ τῶν αἰτίων τῆς διαστάσεως τῶν Ἐκκλησιῶν μάλα σοφιστικῶς καὶ ὑπούλως· περὶ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάππα, αὐτὸ δὴ τοῦτο τὸ διακωδωνισθὲν ἡμῖν συγγραμμάτιον· καὶ ἄλλ' ἄττα κατὰ Λατίνων,

cumbebant, ut coryphæam papæ potestatem, licet a Deo institutam, prosternerent; et quinque prominentibus capitibus hydram Ecclesiam efficerent : quo præcellentissima sedis apostolicæ summitas eo redigeretur, ut solum per illos habeat jus præsidentiæ, et nudam amplioris umbram honoris. Hæc fuit dissidii causa. Hinc ortæ dogmatum quæstiones, et prætextus ob additamentum Symbolo factum. Nec puduit homines peritissimos historiarum, et multarum ipsos historiarum scriptores, fundamentum suæ religionis ponere adeo falsum. Nam si primus Photius additamentum Latinis objecit, certe Symbolum id temporis cum additamento quod vocant, a Latinis recitabatur, si Photius jecit quidem semina schismatis, sed habebat plurimos sibi non audientes, exhibente adhuc Orientali Ecclesiæ consuetam reverentiam papæ, et unionem servante; ut octavæ generalis synodi Constantinopolitanæ Acta testantur; manifestissimum plane est, aliam exstitisse causam schismatis, non quod ipsi vocant additamentum. Veram porro causam propugnatores schismatis declarant. Illud enim esse innuunt, in quod acrius invehuntur, quo vehementius animi angebantur, et cujus causa discrepantiam in dogmatibus comminiscebantur. Si quidem ex duobus, quæ præcipua fuere quæsita, de processione Spiritu sancti non eodem modo omnes ambigebant. Quidam binarium principiorum induci opinantes, blasphemum esse dogma somniabant. Alii aperta doctorum testimonia reveriti non adeo procaces fuere, sed factum audacter symbolo additamentum affirmabant. Nonnulli etiam certam sententiam nullam proferebant; sed causam schismatis esse dicebant, eo quod papa nollet disquisitiones dogmatis permittere synodo œcumenicæ. Deinde celebratis generalibus synodis refugia devitationesque obtendebant, quod vi prævaluissent Latini, aut donis promissisque emissent victoriam. At fuere primatum papæ uno sensu omnes, una lingua, una voce circumscribunt. Quinque statuentes Ecclesiæ universalis capita, et quinarii hujus primas obtinere quidem papam, sed solo ordine : nimirum quando ejus mentio facienda esset, quando considere illos contingeret, in subscriptionibus cum opus sit; quoad vero auctoritatem, idem omnibus valor, eadem potentia; idque quando, aiunt, orthodoxus papa est; nunc autem illo, inquiunt, perversa defendente dogmata, ordo etiam cessat.

Hujusmodi vaniloquentia innituntur, ne temere schismatici esse videantur, ex antiquioribus quidem accepta, sed per ipsos etiam aucta ob insitum animo studium contentionis. Ex eorum numero Nilus quoque Thessalonicensis præsul scripsit de causis dissidii Ecclesiarum, sophismatis et fraudibus plenum libellum : scripsit de primatu papæ alterum libellum quem et alii doctissimi viri, et nos examinavimus : et quædam opuscula contra Lati-

nos, sub eorum nomine propter odium in Latinos evangelicam turbans sanctionem, et orthodoxiæ ab antiquissimis temporibus traditæ veritatem: illa consarcinans et ipse, quæ ejusdem farinæ homines alter ex altero repetit; per quæ apud simpliciores aucupantur sapientiæ opinionem, prudentibus admirationem movent, dum considerant, ex quibus ad quæ erudita Græcorum natio devenit.

Cæterum propositum nostrum est, quoniam cum Græco homine disputamus, et familiare illis est jactare sese, quod non humanas ratiocinationes, sed synodicas sequantur sententias: non omnia congerere, quæ de tam vasta materia coacervari possent ex auctoribus (præstitit hoc egregie multorum doctorumque industria), sed ea tantum proferre, ex quibus argumenta sua Nilus desumit, et per quæ ille vim veritati infert, per ea dissolvere machinas, et compendiariæ oppugnationi compendiariam opponere defensionem; denique fictitiis dictis synodorum objicere voces, ut palam fiat omnibus, nudam esse veritatem, et si mendacium breviloquentia decipit, multo magis veritatem elucere breviloquentia.

A ὑπὸ τῷ Λατίνων ὀνόματι διὰ τὸ κατὰ Λατίνων μῖσος κυκῶν τὴν εὐαγγελικὴν θεσμοθεσίαν, τὴν ἀρχαιοπαράδοτον ὀρθοδοξίαν· ἐκεῖνα καττύων, ἐν οἷς ἅπαντες οἱ τῆς αὐτῆς συμμορίας ταυτολογοῦσιν· ἃ τοῖς μὲν ἀφελεστέροις ἐμποιεῖ σοφίας δόκησιν, τοῖς δὲ ξυνετοῖς ἔκπληξιν φέρει, λογιζομένοις ἐξ οἵων εἰς οἷα τὸ σοφὸν ἐκεῖνο γένος μεταπέπτωκεν.

Σκοπὸς δὲ ἡμῖν πρὸς ἄνδρα τοιοῦτον διαλεγομένοις περὶ τῆς τοῦ πάππα ἀρχῆς, φίλον δὲ αὐτοῖς ἐγκαυχᾶσθαι, ὅτι συνοδικαῖς ἀποφάσεσιν, οὐκ ἀνθρώπων ἐπινοίαις ἀκολουθοῦσι, μὴ πάντα συνείρειν, μηδ' ὅσα περὶ τηλικαύτης ὑποθέσεως εἰπεῖν δυνατὸν, πανταχόθεν ἐπισωρεῦσαι (ἦ γὰρ ἂν πολύστιχον ἐγίνετο τεῦχος ὅπερ ἤδη πολλοῖς καὶ σοφοῖς ἀνδράσι σπουδαίως πεφιλοπόνηται), ἀλλ' ἐκεῖνα ἀντεπάγειν, B ἐξ ὧν ὁ Νεῖλος ἐπιχειρεῖ· καὶ οἷς βιάζεται τὴν ἀλήθειαν, αὐτόθεν ἀναμοχλεῦσαι τὰς συσκευάς· καὶ συντόμῳ ἀντιλογίᾳ σύντομον ἀντιτάξαι ἀπολογίαν· καὶ ὅλως συνοδικαῖς κατὰ τὸ φαινόμενον ῥήσεσι συνοδικὰς τῷ ὄντι φωνὰς ἀντιθέσθαι· ἵν' ᾖ τοῖς πᾶσι κατάδηλον, ὅτι γυμνὴ ἡ ἀλήθεια· καὶ εἰ τὸ ψεῦδος βραχυλογίᾳ σοφίζεται, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια τῇ βραχυλογίᾳ διαλάμπει.

ΠΡΟΣ ΝΕΙΛΟΝ

ΤΟΝ ΘΕΣΣΑΛΟΝΙΚΗΣ

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΡΧΗΣ ΤΟΥ ΠΑΠΠΑ

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

NILI THESSALONICENSIS

DE PRIMATU PAPÆ

CONFUTATIO.

NILUS (Cap. I).

Asserunt Latini, papam, cum sit Petri successor, ab illo ipso quoque omnem ejus potestatem accepisse. Ego vero dico papam non accepisse primatum a Petro. Cum enim duo considerentur in papa, quod scilicet episcopus Romæ sit, et cæterorum episcoporum primus, illud quidem a Petro habet; alterum vero multis post annis a beatis Patribus et piis imperatoribus. Quod autem hæc vera sint, legatur vicesimus octavus quarti generalis concilii canon: « Sanctorum Patrum constitutiones ubique sequentes » etc. Ex quo patet papam non

C ΝΕΙΛΟΣ.

« Φασὶν οἱ Λατῖνοι διάδοχον ὄντα τοῦ Πέτρου τὸν πάππαν, καὶ τὴν ἐκείνου πᾶσαν ἀρχὴν παρ' αὐτοῦ ἐκείνου εἰληφέναι. Ἐγὼ δὲ λέγω, ὡς ὁ πάππας τὸ πρωτεῖον οὐκ εἴληφε παρὰ τοῦ Πέτρου. Δύο γὰρ ἐν τῷ πάππα θεωρουμένων, τοῦ εἶναι Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ πρῶτον τῶν ἄλλων ἐπισκόπων, τὸ πρῶτον ἔχει παρὰ τοῦ Πέτρου, τὸ δεύτερον παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων, καὶ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων πολλοῖς χρόνοις ὕστερον. Καὶ ὅτι ταῦτα ἀληθῆ, ἀνάγνωθι τὸν κη' κανόνα τῆς οἰκουμενικῆς δ' συνόδου· « Πανταχοῦ τοῖς τῶν ἁγίων Πατέρων ὅροις ἑπόμενος, »

καὶ τὰ ἑξῆς. Ὅθεν δῆλον, ὅτι οὐ παρὰ τῶν ἀποστό- A λων, ἀλλὰ παρὰ τῶν Πατέρων ἔχει τὸ πρωτεῖον ὁ πάππας διὰ τὸ εἶναι τὴν Ῥώμην τῶν πόλεων βασιλεύουσαν.»

ab apostolis, sed a Patribus habere primatum, eo quod Roma sit regina urbium. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ τὸ προφέρειν, ὦ θαυμάσιε, κανόνας ἀκύρους καὶ ὑποβολιμαίους, καὶ καθάπαξ ἀποδοκιμασθέντας, ἐξεταζομένης οὕτω λαμπρᾶς ὑποθέσεως, καὶ πρὸς ψυχικὴν σωτηρίαν ἀνηκούσης, δοκεῖ σοι πρὸς τὸ ἀποφήνασθαι, αὔταρκες, οἴχεταί σου πρὸς τὸ μηδὲν ἡ προκομισθεῖσα μαρτυρία, καὶ ὡς ἀράχνης ἱστὸς τὸ ῥητὸν αὐτοῦ διασκεδάζεται. Ὤφελες καὶ σὺ ἀναγνῶναι, τίσι μηχαναῖς, καὶ πῶς, καὶ ὑπὸ τίνων συῤῥαφεὶς ὁ προκομισθεὶς οὗτος κανὼν, πρῶτον μὲν ἀντιλέγοντας ἔσχε τοὺς πρέσβεις τοῦ πάππα, B εἶτα τοὺς ἀνατολικοὺς ἐπισκόπους οὐ πάντας συμφερομένους, καὶ τὸν πάππαν αὐτὸν σφοδρῶς ἀποδοκιμάζοντα. Ἑξακόσιοι τριάκοντα Πατέρες ἦταν τῆς συνόδου. Οἱ δὲ τῷ κανόνι αὐθαιρέτως ὑπογράψαι δοκοῦντες οὐ πολλῷ πλείους εἰσὶ τῶν διακοσίων. Πῶς οὗτος κανὼν τῆς τετάρτης ἂν εἴη συνόδου; Ἐγὼ δέ σοι τοὺς παραχθέντας ὑπὸ σοῦ μάρτυρας προβαλλόμενος ἀποδείξω σαφέστατα, κοινὴν καὶ σύμφωνον ὁμολογίαν τῶν ἑξακοσίων τριάκοντα Πατέρων, καὶ διὰ τοῦτο τῆς Ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας φρόνημα γενέσθαι καὶ κήρυγμα, μόνον τὸν πάππαν ἔχειν τὴν οἰκουμενικὴν ἐξουσίαν ὡς τοῦ Πέτρου διάδοχον, καὶ τοῦτο οὐ παρὰ τῶν Πατέρων, οὐ παρὰ βασιλέων, ἀλλὰ παρ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ.

CONFUTATIO.

Si proferre canones spurios et supposititios et omnino improbatos, satis tibi videtur, egregie vir, ad ferendam sententiam in re tam gravi et spectante ad salutem animæ, testimonium quod attulisti evanuit, dictumque tuum instar telæ aranearum dissipatum est. Debebas tu quoque legere, quibus machinis, qua arte et a quibus canon a te prolatus consutus est : primo quidem contradicentibus papæ legatis, deinde Orientalibus episcopis non consentientibus universis, et papa ipso vehementer illum improbante. Sexcenti et triginta Patres erant synodi ; qui vero sponte subscripsisse videntur non multi supra ducentos numerantur. Quomodo ergo quartæ synodi sit iste canon ? Ego vero per testes a te prolatos probabo apertissime, communem et unanimem confessionem sexcentorum triginta Patrum, ac proinde totius Orientalis Ecclesiæ sensum et dogma fuisse, solum papam tanquam Petri successorem habere potestatem œcumenicam, non a Patribus, non ab imperatoribus, sed ab ipso Christo.

Γράφουσα τοίνυν ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος πρὸς C Λέοντα τὸν πάππαν, καὶ τὴν ἀναφορὰν ποιουμένη τῶν ἐνθέσμως πεπραγμένων περὶ τὸ δόγμα τῆς πίστεως, φησὶ περὶ Διοσκόρου· « Καὶ τοὺς μὲν τὰ ποιμένων φρονοῦντας ἀπέτεμε, τοὺς δὲ λύκους ἀποδεδειγμένους τοῖς προβάτοις ἐπέστησε· καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἔτι καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀμπέλου τὴν φυλακὴν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιτετραμμένου τὴν μανίαν ἐξέτεινε, λέγομεν δὴ τῆς σῆς ὁσιότητος, καὶ ἀκοινωνησίαν κατὰ τοῦ τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας ἑνοῦν σπουδάσαντος ἐμελέτησεν. »

Scribens ad Leonem papam sancta synodus quarta de iis quæ circa dogma fidei legitime gesta erant, subjungit de Dioscoro : « Et eos quidem qui pastorum propria sapiebant, præcidit; eos vero qui se lupos ostenderant, ovibus præfecit ; et ad hæc omnia etiam in ipsum, cui vineæ custodia demandata est a Salvatore, furorem extendit, videlicet contra Tuam Sanctitatem, et excommunicationem tulit in eum qui studuit unire corpus Ecclesiæ. »

Σὺ μὲν οὖν, Νεῖλε, τὸν πάππαν λέγεις εἰληφέναι τὸ πρωτεῖον οὐ παρὰ τοῦ Πέτρου, ἀλλὰ παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων, καὶ τῶν εὐσεβῶν βασιλέων· ἡ δὲ ἁγία σύνοδος τὸν πάππαν ἐπιτετράφθαι φησὶ τὴν φυλακὴν τῆς ἀμπέλου παρὰ τοῦ Σωτῆρος. D

Tu papam dicis non a Petro, sed a sanctis Patribus et piis imperatoribus habuisse primatum; sancta vero synodus demandatam ait papæ vineæ custodiam a Salvatore.

Σὺ λέγεις, τὸν πάππαν εἶναι τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον παρὰ τοῦ Πέτρου καὶ πρῶτον τῶν ἐπισκόπων παρὰ τῶν Πατέρων καὶ βασιλέων. Ἡ δὲ ἁγία σύνοδος τῷ μακαριωτάτῳ τῆς Ῥωμαίων ἀρχιεπισκόπῳ Λέοντι ἐπιστέλλουσα, τὸν αὐτὸν καὶ Ῥώμης οἶδεν ἐπίσκοπον, καὶ ἀμπελουργὸν διὰ Πέτρου παρὰ τοῦ Σωτῆρος καταστάντα.

Tu papam dicis esse episcopum Romæ a Petro, sed primum episcoporum a Patribus et imperatoribus : sancta vero synodus scribere se ait Leoni beatissimo Romæ archiepiscopo, eumdemque novit Romæ episcopum, et per Petrum vineæ custodem a Salvatore.

Σὺ λέγεις, ὅτι πρῶτος ὁ πάππας κατὰ τὸν ψευδώνυμον ἐκεῖνον κανόνα, διὰ τὸ εἶναι τὴν Ῥώμην τῶν πόλεων βασιλεύουσαν. Ἡ δὲ ἁγία σύνοδος διὰ τὴν ἐπιτροπὴν τῆς ἀμπέλου προσαγορεύει ἐν τῇ ἐπιστολῇ τὸν πάππαν καὶ κορυφὴν καὶ κεφαλὴν τῶν μελῶν ἡγεμονεύουσαν. Ὥστε τοῦ μὲν κανόνος ἀκύρου ὄντος, ὡς ψευδολογίας καὶ καινοτομίας μεστοῦ, καὶ μηδὲ πρὸς τὰς ὁπωσοῦν δεήσεις τῆς συνόδου ἐπι-

Tu juxta pseudocanonis sensum asseris papæ primatum ex eo esse quod Roma sit regina urbium. At sancta synodus in epistola vocat papam verticem et caput membrorum ducem propter custodiam vineæ. Itaque cum canon irritus sit, utpote falsitatis et novitatis plenus, nec etiam adnitentibus utcunque synodi Patribus a papa approbatus ; imo vero rejectus atque damnatus· cui-

stola vero puram et sinceram universi sacri concilii detegat mentem, cur tu, posthabitis manifestis et claris, e spuria doctrina infers quæ libet?

χυρωθέντος παρὰ τοῦ πάππα, μᾶλλον δὲ ἀποβληθέντος τε καὶ ἀποσκορακισθέντος· τῆς ἐπιστολῆς δὲ εἰλικρινῆ καὶ καθαρὰν ὅλης τῆς ἁγίας συνόδου ἀποκαλυπτούσης τὴν ἔννοιαν· πῶς σὺ τὰ δῆλα ἐάσας καὶ προφανῆ, ἐκ διδασκαλίας σκοτίου ἐπιφέρεις ἃ σοι δοκεῖ;

Nam si sancta synodus ita sentiebat, nimirum papæ primatum esse a Patribus; cur ipsa, quæ Patribus constabat et œcumenica erat (qua certe conditione carebant illi qui per te detulerunt papæ primatum, cum papa etiam ante Nicænam primam synodum habuerit semper primatum, ut ipsa prima synodus fatetur sexto suo canone): cur, inquam, sua utens auctoritate Constantinopolitanum non honoravit, sicut antiquiores per te papam, sed rogabat papam ut ejus canonem approbaret? Et tu quidem dicis primatum papæ pendere a Patribus; sancta vero synodus per epistolam clamat, honorem Constantinopolitani pendere ab auctoritate papæ. Itaque ordinem subvertis, tuoque de primatu papæ tractatui sophisticum fundamentum jacis, ex quo multa, et magna sequantur absurda; et sanctos Patres calumniaris, quod canonem ediderint asserentem a Patribus concessum senioris Romæ sedi primatum. Si enim hoc esset, secum ipsi pugnarent, sed quia impossibile hoc est omnino, aut canon falsus est, aut epistola: sed epistolam non esse falsam indicat consensio synodi, quæ canonem suscepisset si approbatus a papa fuisset; canonem vero non esse ratum declarat dissensio. Deprehenderis igitur falso canone fultus invalidum jecisse structuræ tuæ fundamentum.

Εἰ δὲ ὅλως ἐφρόνει ἡ ἁγία σύνοδος παρὰ τῶν Πατέρων εἶναι τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα, διατί μὴ Πατέρες καὶ αὐτοὶ ὄντες, καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον συγκροτοῦντες (ὅπερ οὐκ εἶχον οἱ τιμήσαντες κατὰ σὲ τῷ πρωτείῳ τὸν πάππαν, ὃς καὶ πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα, ὥς φησιν αὐτὴ ἡ πρώτη σύνοδος ἐν τῷ ϛ' αὐτῆς κανόνι)· διατί μὴ τῇ οἰκείᾳ ἐξουσίᾳ χρησάμενοι τὸν Κωνσταντινουπόλεως καὶ αὐτοὶ ἐτίμησαν, ὥσπερ οἱ πάλαι κατὰ σὲ τὸν Ῥώμης, ἀλλ' ἐδέοντο τοῦ πάππα κυρωθῆναι αὐτοῖς τὸν κανόνα; Σὺ μὲν οὖν, Νεῖλε, φῂς ἠρτῆσθαι τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα τῆς αὐθεντίας τῶν Πατέρων· ἡ δὲ ἁγία σύνοδος διὰ τῆς ἐπιστολῆς βοᾷ, ὅτι τὰ πρεσβεῖα Κωνσταντινουπόλεως ἤρτηται τῆς ἐξουσίας τοῦ πάππα· ὥστε ἀνατρέπεις τὴν τάξιν, καὶ βάσιν καταβάλλεις τῇ σῇ πραγματείᾳ κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάππα σεσοφισμένην, καὶ πολλῶν καὶ μεγάλων ἀτοπημάτων ὑπόθεσιν· καὶ καταψεύδῃ τῶν ἁγίων Πατέρων, ὡς κανόνα ἐξενεγκόντων διαγορεύοντα, παρὰ τῶν Πατέρων ἀποδεδόσθαι τὰ πρεσβεῖα τῷ θρόνῳ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, ἑαυτοῖς ἂν ἐμάχοντο. Εἰ δὲ ἀδύνατον τοῦτο, ἀνάγκη ἢ νόθον εἶναι τὸν κανόνα, ἢ ψευδῆ τὴν ἐπιστολήν· ἀλλὰ μὴν τῆς ἐπιστολῆς τὸ αὔθεντον συμμαρτυρεῖ ἡ κοινὴ ψῆφος τῆς συνόδου, ἥτις ἐδέξατο ἂν τὸν κανόνα, εἰ παρὰ τοῦ πάππα ἐκυροῦτο· ἡ ἀσυμφωνία δὲ τὸ νενοθευμένον τοῦ κανόνος· οὐ γνήσιος ἄρα ὁ κανών. Καὶ ἑάλως τῇ σῇ οἰκοδομίᾳ σαθρὸν καταβαλλόμενος θεμέλιον.

Neque dicas, demandatam esse vineæ custodiam a Salvatore, commune quid esse episcopis juxta Pauli dictum in Actis: *Attendite vobis, et universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos*[1]. Nam sancta synodus, ubi in epistola narrasset multa perperam a Dioscoro facta, quod deposito Flaviano S. mem. episcopo, præcisisque iis qui recte sentiebant, lupos præposuisset ovibus: ubi hæc de cæteris episcopis dixisset, intulit quæ spectant ad papam: nec illum nominatim exprimit, sed circumscriptione usa ait: « Et ad hæc omnia in ipsum etiam, cui demandata est a Salvatore custodia vineæ, furorem extendit. » Et circumscribendo amplificat, expressiusque designat audaciam Dioscori, et obstupescit facinus. Itaque quod distinctionis ergo dictum est, non potest esse commune episcopis, quos providentia communi ponit Spiritus sanctus; at vero papa sanctæ synodi testimonio, custos universalis Ecclesiæ positus est speciali Christi lege.

Καὶ μὴ λέγε, τὸ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιτετράφθαι τὴν φυλακὴν τῆς ἀμπέλου κοινὸν εἶναι τοῖς ἐπισκόποις κατὰ τὸ ῥητὸν τοῦ Παύλου ἐν ταῖς Πράξεσιν· *Προσέχετε ἑαυτοῖς, καὶ παντὶ τῷ ποιμνίῳ, ἐν ᾧ ὑμᾶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔθετο ἐπισκόπους*. Ἡ γὰρ ἁγία σύνοδος ἐν τῇ ἐπιστολῇ διηγησαμένη περὶ Διοσκόρου, ὅτι πολλὰ εἰργάσατο δεινὰ, τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν τὸν Κωνσταντινουπόλεως καθελὼν, καὶ Εὐσέβιον τὸν ἐπίσκοπον, καὶ τοὺς ὀρθὰ φρονοῦντας ἀπέτεμε, τοὺς δὲ λύκους τοῖς προβάτοις ἐπέστησεν· ταῦτα περὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων εἰποῦσα, ἐπιφέρει τὰ περὶ τὸν πάππαν· καὶ οὐκ ὀνομαστὶ τοῦτον προφέρει, ἀλλ' ὑπογραφῇ χρησαμένη· « Καὶ πρὸς τούτοις ἅπασι, φησὶν, ἔτι καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀμπέλου τὴν φυλακὴν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιτετραμμένου τὴν μανίαν ἐξέτεινεν. » Καὶ ἐπαύξει διὰ τῆς ὑπογραφῆς ἐμφατικώτερον τὴν τόλμαν τοῦ Διοσκόρου, καὶ ἐκπλήττεται τὸ ἀνόσιον ῥῆγμα. Οὕτω δὲ τὸ πρὸς ἀντιδιαστολὴν ῥηθὲν οὐ δύναται κοινὸν εἶναι τοῖς ἐπισκόποις, οὓς κοινῇ προνοίᾳ τίθησιν ἐπισκόπους τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· ὁ δὲ πάππας κατὰ τὴν ἁγίαν σύνοδον ἐξ ἰδικῆς τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίας φύλαξ ἐτέθη τῆς οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας.

Alioquin deposito etiam Flaviano idem flagitium admisisse videretur Dioscorus: nunc vero sancta

Ἦ γὰρ ἂν καὶ ὅτε Φλαβιανὸν καθεῖλε Διόσκορος, τὸ αὐτὸ πλημμελήσας ἐφαίνετο· νῦν δὲ ἡ ἁγία

[1] Act. xx, 28.

σύνοδος τὸ μὲν κατὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως καὶ τῶν λοιπῶν ἐπισκόπων ἐγχείρημα τυραννίδος εἶναι ψήφους φησὶ, τὸ δὲ κατὰ τοῦ πάππα φοβερὸν τόλμημα παρανομίαν εἶναι κατὰ τῆς θεσμοθεσίας τοῦ Σωτῆρος βοᾷ. Εἰ γοῦν καὶ τὸ μικρὸν παραβῆναι τῆς ἀληθείας κατὰ τὴν ἀρχὴν γίνεται πόῤῥω μυριοπλάσιον, ἡ τοσαύτη τῆς ἀληθείας παρατροπὴ κατ' αὐτήν σου τὴν ἀρχὴν, ὦ Νεῖλε, πόσων ἔσται ῥίζα παραλογισμῶν, πόσων καταβολὴ σοφισμάτων; Καὶ δὴ ἐπιφέρεις.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Ἀνάγνωθι καὶ Νεαρὰν ρλα' Ἰουστινιανοῦ, ἵν' εἰδῇς τὴν ἀλήθειαν· Θεσπίζομεν, φησὶ, κατὰ τοὺς τῶν ἁγίων συνόδων ὅρους, τὸν ἁγιώτατον τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐπίσκοπον πρῶτον εἶναι πάντων τῶν ἱερέων. Ἀκούεις; Τὸ πρῶτον εἶναι τὸν πάππαν ὅρος ἐστὶ, φησὶ, τῶν συνόδων. Εἰ δὲ ὅρος τῶν συνόδων, πῶς παρὰ τοῦ Πέτρου τὸ πρωτεῖον εἴληφεν ὁ πάππας; »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὥσπερ τὸ παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων εἶναι τοῦ πάππα τὸ πρωτεῖον ἀποδεῖξαι προθέμενος οὐκ ἀπέδειξας, οὕτω καὶ παρὰ θεσπίσματος βασιλικοῦ αὐτὸ τοῦτο τὸ πρωτεῖον κατασκευάσαι βουλόμενος οὐδὲν συμπεραίνεις, μᾶλλον δὲ δύο καὶ μεγάλα ἁμαρτάνεις· ἓν μὲν, ὅτι ὁμωνύμῳ χρώμενος φωνῇ, ὡς ἁπλῆς οὔσης ἐπιφέρεις τὸ συμπέρασμα· ἕτερον δὲ, ὅτι προκομίζων τὴν Ἰουστινιανοῦ Νεαρὰν, ἵν' ὅπερ ἔφης ἀνωτέρω, τὸ πολλοῖς ὕστερον χρόνοις δεδόσθαι τὴν ἀρχὴν τῷ πάππᾳ διδάξῃς, ἀσύστατα καὶ κακεντρεχῆ καὶ ἀνάρμοστα λέγεις. Ἔγραφεν ὁ ἀοίδιμος Κύριλλος ἐπιστέλλων Ἰωάννῃ τῷ Ἀντιοχείας ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ· « Κατ' οὐδένα τρόπον σαλεύεσθαι πρός τινων ἀνεχόμεθα τὴν ὁρισθεῖσαν πίστιν, ἤτοι τὸ τῆς πίστεως σύμβολον, παρὰ τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιροὺς μεμνημένος τοῦ λέγοντος· *Μὴ μέταιρε ὅρια αἰώνια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου*. Καὶ τὴν πίστιν καὶ τὸ σύμβολον τῆς πίστεως καλεῖ ὁ θεῖος Πατὴρ ὅρια αἰώνια, εἴτουν ὅρους αἰωνίους. Συλλογιζέσθω οὖν, ὦ Νεῖλε, ὁ βουλόμενος οὑτωσί πως· Ὅρος ἐστὶ τῶν ἁγίων Πατέρων εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ ὁμοούσιον· καὶ ὅρος ἐστὶ τῶν ἁγίων Πατέρων, πάντων τῶν ἱερέων εἶναι πρῶτον τὸν πάππαν. Ἀλλὰ μὴν κατὰ σὲ μὴ ἔχοντι τὸ πρωτεῖον τῷ πάππᾳ δεδώκασιν οἱ Πατέρες· ἄρα καὶ τῷ Υἱῷ μὴ ἔχοντι τὸ ὁμοούσιον δεδώκασιν οἱ Πατέρες. Ὁρᾷς, οἷα φιλοσοφεῖς διὰ τὴν ὁμωνυμίαν τῆς λέξεως; Ὅρος, ὦ θαυμάσιε, ἐν ταῖς ἱεραῖς συνόδοις οὐ μόνον τὴν πρόσφατον νομοθεσίαν καὶ πρὸς εὐταξίαν συντείνουσαν δηλοῖ, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον τὴν σαφήνειαν καὶ ἀνάπτυξιν τῶν πρὸς τὰ καιριώτατα τῆς πίστεως συμβαλλομένων. Καὶ τοῦτο ἄνω καὶ κάτω ἴδοις ἂν ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῶν συνόδων. Οὔσης οὖν τῆς φωνῆς ὁμωνύμου, καὶ σημαινούσης πολλῷ μᾶλλον τὰ ἀρχαῖα καὶ θεοπαράδοτα ἢ τὰ

[a] Prov. xxii, 28.

synodus, quæ ille in alios scelera edidit, decreta tyrannidis vocat; ingens vero crimen contra papam, esse parricidium clamat contra sanctionem Christi. Si ergo vel minimum principio aberrare a veritate, crescit deinde in immensum: tantum initio a veritate declinasse quot paralogismorum radix erit, quot fundamentum sophismatum? Itaque infers.

NILUS. (Cap. II.)

« Legito et Novellam Justiniani 131, ut veritatem addiscas. Statuimus, inquit, juxta constitutiones sanctarum synodorum, sanctissimum senioris Romæ episcopum esse primum omnium sacerdotum. Audis? Ut sit primus papa, statutum est, inquit, synodorum. Si ergo statutum, seu decretum est synodorum, quomodo papa primatum habet a Petro? »

CONFUTATIO.

Sicut a sanctis Patribus primatum papæ probare volens non probasti, ita e sanctione imperatoria conatus illum ostendere, nihil concludis, sed potius duo peccas, et magna. Primum quidem quia, posita voce æquivoca, concludis trahendo illam ad unum significatum; deinde prolata Justiniani Novella, ad probandum quod dixisti, nimirum multis post temporibus datum fuisse primatum papæ, non cohærentia, non convenientia, non congruentia dicis. Scribebat beatus Cyrillus ad Joannem Antiochenum: « Nullo modo patimur a quibusdam convelli definitam fidem, sive fidei symbolum a sanctis nostris Patribus qui olim Nicææ convenerunt (1), memores ejus qui dixit: *Ne transferas terminos antiquos, quos posuerunt patres tui.* » Ubi sanctus Pater nomine *terminorum antiquorum* appellat fidem et fidei symbolum. Arguat ergo per te hoc pacto qui vult. Decretum est sanctorum Patrum, Filium esse consubstantialem Patri; est etiam decretum sanctorum Patrum papam esse omnium sacerdotum primum: sed per te Patres primatum dederunt papæ non habenti illum; ergo et Filio non habenti consubstantialitatem dederunt Patres. Vides quæ tua sit argumentatio propter æquivocam vocem? Vox ista apud sanctas synodos non solum significat novam constitutionem de re aliqua spectante ad mores, sed multo magis explanationem declarationemque eorum quæ ad summam fidei pertinent; idque passim videre est in Actis synodorum. Cum ergo æquivoca sit, et frequentius usurpetur ad signandum antiqua et divinitus tradita, quam recentia et ea quæ juris humani sunt, cur tu decretum Patrum de primatu papæ trahis ad imbecilliorem significatum, et nudam assumens vocem, detorques lectorem ad alteram partem? Secundum decreta Patrum primus est papa, inquit

(1) Conc. Ephes. III, cap. 34.

Justinianus, qui in illa Novella suscipit sanctarum quatuor synodorum decreta ut sanctam Scripturam. Atqui et Cyrillus in tertia synodo, ut planum fiet, et quartæ synodi Patres fatentur papam esse Ecclesiæ judicem, et custodem vineæ a Salvatore constitutum. Ergo decretum eorum de papa non habet vim novæ constitutionis, sed dogmatis ad fidem spectantis explicationem et dilucidationem. Secundum quod peccas, est, quod ad probandum primatum papæ non esse ab initio statutis imperatoriis firmatum, confugisti ad Justinianum, contentiosa sane malignitate. Certe enim tuus Photius, princeps et antesignanus schismatis, ad Aurelianum hoc referebat; nec adeo sordidus erat papæ æstimator. Alii vero ex iis qui tecum sentiunt tribuunt hoc Constantino Magno; veritatem quidem offuscantes omnes, sed maxime omnium tu, qui cum synodica legisses, procul dubio vidisti etiam imperatorum epistolas tertiæ synodo præfixas, in quibus mirum in modum elucet imperatorum reverentia erga sedem Petri : ut futile omnino sit quod ais, primum ex imperatoribus Justinianum sanxisse primatum papæ. Dicimus ergo, sanctos Patres per sua decreta nequaquam dedisse, sed testatum reddidisse primatum papæ; et pios imperatores, præsertim Justinianum, non fundasse, sed fideliter enarrasse primatum papæ.

A πρόσφατα καὶ ἀνθρώπινα, διατί σὺ τὸν ὅρον τῶν Πατέρων περὶ τοῦ πρωτείου τοῦ πάππα καθέλκεις ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον τῶν σημαινομένων, καὶ ψιλῇ τῇ φωνῇ χρώμενος ἐκ τῶν δύο συναρπάζεις εἰς θάτερον τὴν διάνοιαν; Κατὰ τοὺς ὅρους τῶν Πατέρων πρῶτος ὁ πάππας, φησὶν Ἰουστινιανὸς, ὁ κατὰ τὴν Νεαρὰν ἐκείνην τὰ δόγματα τῶν ἁγίων τεσσάρων συνόδων ὡς θείαν γραφὴν ἀποδεχόμενος· ἀλλὰ μὴν καὶ Κύριλλος ἐν τῇ τρίτῃ ὡς εἰρήσεται κατωτέρω, καὶ οἱ Πατέρες τῆς τετάρτης συνόδου τὸν πάππαν ὁμολογοῦσι κριτὴν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ φύλακα τῆς ἀμπέλου παρὰ τοῦ Σωτῆρος. Ὁ τοίνυν ὅρος αὐτῶν περὶ τοῦ πάππα οὐκ ἔχει προσφάτου νομοθεσίας δύναμιν, ἀλλὰ δόγματος εἰς πίστιν ἀνήκοντος ἀνάπτυξιν καὶ σαφήνειαν. Δεύτερον B ἁμαρτάνεις, ὅτι τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα μὴ ἀπ' ἀρχῆς ὂν δεῖξαι βουλόμενος θεσπίσμασι βασιλικοῖς κυρωθὲν, κατέφυγες ἐπὶ Ἰουστινιανὸν, κακοήθως μάλα καὶ φιλονείκως. Καίτοι γε ὁ σὸς Φώτιος, ὁ τοῦ σχίσματος πρωτοστάτης, ἐπὶ Αὐρηλιανὸν τοῦτο ἀνέφερε, καὶ τοσοῦτον γλίσχρος οὐκ ἦν πρὸς τὸν πάππαν. Ἕτεροι δὲ τῶν σοὶ ὁμοφρόνων Κωνσταντίνῳ τῷ Μεγάλῳ τοῦτο ἀποδιδόασι, πάντες μὲν τὴν ἀλήθειαν ὑποσκιάζοντες· πάντων δὲ μάλιστα σὺ, ὅστις τὰ τῶν συνόδων ἀναγνοὺς, ἐνέτυχες πάντως καὶ ταῖς προηγουμέναις τῆς τρίτης συνόδου βασιλέων ἐπιστολαῖς, ἐν αἷς λάμπει μάλιστα ἡ τῶν βασιλέων αἰδὼς καὶ εὐλάβεια περὶ τὸν θρόνον τοῦ Πέτρου· ὥστε λῆρος ἄντικρυς ὃ λέγεις, πρῶτον ἐν βασιλεῦσι τὸν Ἰουστινιανὸν θεσπίσαι τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα. Καὶ τοὺς Πατέρας οὖν φαμὲν τοῖς οἰκείοις ὅροις οὐ δεδωκέναι, ἀλλὰ δεδηλωκέναι τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα· καὶ τοὺς εὐσεβεῖς τῶν βασιλέων, μάλιστα δὲ τὸν Ἰουστινιανὸν, οὐ προτετιμηκέναι, ἀλλὰ μεμαρτυρηκέναι τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα.

NILUS (Cap. III).

Quid ergo? Non est ullo modo papa successor Petri? Est ille quidem, sed ut episcopus; quod episcopus etiam quisque habet eorum qui ab illo consecrati sunt. Nam et quilibet hierarcha, quod attinet ad hoc, illius apostoli successor est a quo per successionem habuit sacerdotium. Qua ratione multos habet Petrus et reliqui apostoli successores; qui vero ad alia, nequaquam. Petrus enim et apostolus est et apostolorum princeps; at papa nec apostolus est, nec apostolorum coryphæus.

Petrus magister est orbis terrarum, papa episcopus Romæ.

Petrus ordinavit episcopum Antiochiæ talem, et Alexandriæ talem, et alibi alium: Romano episcopo non licet hæc facere.

Petrus episcopum Romanum designat, papa non designat alium papam.

Petro simpliciter dictum est: *Quodcumque solveris, aut ligaveris, erit ligatum aut solutum in cœlis.* Dum vero ille gratiam transfunderet in episcopum Romanum, non absoluto sermone est usus, sed Ligabis, inquit, quod ligari oportet, et solves quod decet.

Petrus quæ dixit sunt voces Spiritus sancti :

C ΝΕΙΛΟΣ.

Τί οὖν; οὐκ ἔστιν ὁ πάππας τὸ σύνολον τοῦ Πέτρου διάδοχος; Ἔστι μὲν, ἀλλ' ὡς ἐπίσκοπος, ὅπερ καὶ τῶν ἐπισκόπων ἕκαστος τῶν ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντων. Καὶ τῶν ἱεραρχῶν δὲ ἕκαστος διάδοχος κατά γε τοῦτο ἑκάστου τῶν ἀποστόλων, ὑφ' οὗ κατὰ διαδοχὴν τὴν ἱερωσύνην εἰλήφει. Κατὰ μὲν οὖν τὸν λόγον τοῦτον πολλοὶ καὶ τοῦ Πέτρου καὶ τῶν ἀποστόλων διάδοχοι, κατὰ δὲ τὰ ἄλλα οὐδαμῶς. Πέτρος μὲν γὰρ καὶ ἀπόστολος καὶ ἀποστόλων ἔξαρχος· ὁ δὲ πάππας οὔτε ἀπόστολος, οὔτε ἀποστόλων κορυφαῖος.

Πέτρος διδάσκαλος πάσης τῆς οἰκουμένης, ὁ δὲ πάππας ἐπίσκοπος Ῥώμης.

D Πέτρος ἐν Ἀντιοχείᾳ τὸν δεῖνα χειροτονεῖ, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἕτερον, καὶ ἄλλον ἀλλαχοῦ· τῷ δὲ Ῥώμης οὐκ ἐφεῖται ταῦτα ποιεῖν.

Πέτρος ἐπίσκοπον Ῥώμης χειροτονεῖ, ὁ δὲ Ῥώμης πάππαν ἕτερον οὐ προβάλλεται.

Πέτρος ἁπλῶς ἤκουσεν, *Ὃ λύσεις ἢ δήσεις, ἔσται δεδεμένον ἢ λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς*· πρὸς δὲ τὸν Ῥώμης αὐτὸς διαβιβάζων τὴν χάριν, οὐχ ἁπλῶς εἴρηκεν· ἀλλὰ, Δήσεις ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις μετὰ τοῦ πρέποντος.

Πέτρος ἃ εἶπε, Πνεύματος ἁγίου φωναί· τοῦ

δὲ τοῦτο καὶ τῷ πάπᾳ κοινόν; Οὐκ ἄρα κατὰ πάντα ὁ Ῥώμης τοῦ Πέτρου διάδοχος, ἀλλὰ κατ' ἐκεῖνα μόνον, καθ' ἃ καὶ τῶν ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντων ἕκαστος.

A quis habere hoc dicat et papam? Non est igitur in omnibus papa successor Petri, sed in iis tantum in quibus successor etiam est quilibet episcoporum a Petro ordinatorum.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Πολλὰ συμπλέκεις, πολλὰ συμφύρεις, καὶ πολλὰς ἐπισωρεύων διαφορὰς, καθ' ἓν μόνον λέγεις καὶ τοῦτο μερικὸν, κοινωνεῖν τὸν Πέτρον καὶ τοὺς διαδόχους. Εἶτα τὸ καιριώτατον τῆς ὑποθέσεως καὶ κυριώτατον παραλιπὼν, συγχύσεως καὶ ἀταξίας ἐμφαίνῃ διδάσκαλος. Διάδοχον λέγεις τοῦ Πέτρου τὸν πάπαν καθὸ ἐπίσκοπος, ὡς καὶ ἕκαστος τῶν ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντων ἐπισκόπων· ἀπόδειξιν δὲ ταύτης σου τῆς θέσεως οὐδεμίαν φέρεις· ἀλλ' ἔοικας τῷ διδασκαλικῶς ἀποφαινομένῳ καὶ νομοθετοῦντι. Ἀντιτάξομεν οὖν ἡμεῖς οὐχὶ τὰ ἡμέτερα, ἀλλὰ τὰ τῆς ἁγίας τετάρτης συνόδου, ἐξ ὧν ἐπέστελλε πρὸς τὸν πάπαν· « Τί γὰρ πίστεως πρὸς εὐφροσύνην ἀνώτερον, ἣν αὐτὸς ὥσπερ χρυσῆν σειρὰν τῷ προστάγματι τοῦ θεμένου καταγομένην εἰς ἡμᾶς διεφύλαξας, πᾶσι τῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνῆς ἑρμηνεὺς καθιστάμενος; Ὅθεν καὶ ἡμεῖς ὡς ἀρχηγῷ σοι τοῦ καλοῦ πρὸς ὠφέλειαν χρησάμενοι, τοῖς τῆς Ἐκκλησίας τέκνοις τὸν κλῆρον τῆς ἀληθείας ἐδείξαμεν. » Ἐν τούτοις ἡ ἁγία σύνοδος καλεῖ τὸν πάπαν τῆς χρυσῆς σειρᾶς πίστεως φύλακα, καὶ ἑρμηνέα τῆς φωνῆς τοῦ Πέτρου, καὶ τὴν πίστιν ἐν τῷ πάπᾳ κλῆρον εἶναι τῆς ἀληθείας. Καὶ κατωτέρω περὶ τῆς ὁμηγύρεως τῶν ἐπισκόπων τῆς ἁγίας αὐτῶν συνόδου γράφουσιν οἱ Πατέρες· « Ὧν σὺ μὲν ὡς κεφαλὴ μελῶν ἡγεμόνευες, ἐν τοῖς τὴν σὴν τάξιν ἐπέχουσι τὴν εὔνοιαν ἐπιδεικνύμενος· » Ἐν τούτοις ἡ ἁγία σύνοδος ὁμολογεῖ τὸν πάπαν κεφαλὴν, τοὺς ἄλλους ἐπισκόπους μέλη. Παρῆν δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ συνόδῳ καὶ Ἀνατόλιος Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Μάξιμος Ἀντιοχείας, καὶ Ἰουβενάλιος Ἱεροσολύμων. Καὶ κατωτέρω· « Καὶ πρὸς τούτοις ἅπασιν ἔτι καὶ κατ' αὐτοῦ τοῦ τῆς ἀμπέλου τὴν φυλακὴν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐπιτετραμμένου τὴν μανίαν ἐξέτεινε, λέγομεν δὴ τῆς σῆς ὁσιότητος. » Ἐν τούτοις ἡ ἁγία σύνοδος ἄμπελον εὐαγγελικῶς τὴν Ἐκκλησίαν, ἀμπελουργὸν λέγει τὸν πάπαν, παρὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ λαβόντα τὴν ἀμπελουργίαν. Καὶ κατωτέρω· « Πεπεισμένοι, ὡς τῆς ἀποστολικῆς παρ' ὑμῖν κρατούσης ἀκτῖνος, καὶ ἐπὶ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίαν συνήθως κηδόμενοι πολλάκις ταύτην ἡπλώσατε, διὰ τὸ ἄφθονον ὑπάρχειν ἡμῖν τὴν τῶν οἰκείων ἀγαθῶν πρὸς τοὺς γνησίους μετάδοσιν. » Καὶ κατωτέρω· « Εἰδότες, ὡς πᾶν παρὰ τῶν τέκνων γινόμενον κατόρθωμα εἰς τοὺς οἰκειουμένους Πατέρας ἀνατρέχει· παρακαλοῦμεν τοίνυν, τίμησον καὶ ταῖς σαῖς ψήφοις τὴν κρίσιν· καὶ ὥσπερ ἡμεῖς τῇ κεφαλῇ τὴν ἐν τοῖς καλοῖς συμφωνίαν εἰσενηνόχαμεν, οὕτω καὶ ἡ κορυφὴ τοῖς παισὶν ἀναπληρώσει τὸ πρέπον. »

CONFUTATIO.

Multa connectis, multa confundis, et multis differentiis positus unum tantum esse ais commune Petro et successoribus, idque privatum; et præteris quod maximum et præstantissimum est in hac materia, fisque confusionis et inordinationis magister. Successorem Petri ais papam, ut episcopum, ut quilibet episcoporum a Petro ordinatorum, et hujus tuæ positionis nullum affers testimonium B quo probetur; sed magistri auctoritate pronuntias, et statuis more legislatoris. Opponemus ergo nos tibi non nostra, sed voces sanctæ synodi quartæ ex epistola ejus ad papam : « Quid enim ad ferendam lætitiam fide sublimius, quam tu velut auream catenam, præcepto legislatoris deductam ad nos servasti, omnibus beati Petri vocis constitutus interprés? Quapropter et nos tanti boni te duce et auctore usi ad utilitatem, Ecclesiæ filiis hæreditatem veritatis ostendimus. » In his sancta synodus vocat papam aureæ fidei catenæ asservatorem, et Petri vocis interpretem; et fidem ait esse in papa veritatis hæreditatem. Et infra, ubi sermo est de Patribus synodi : « Quibus tu, inquit, dux eras, ut caput membris, in iis qui tuas voces ge- C rebant benevolentiam præferens. » In his sancta synodus fatetur papam caput, cæteros episcopos membra. Aderant autem in illa synodo Anatolius Constantinopolitanus, Maximus Antiochenus, et Juvenalis Hierosolymitanus. Et infra : « Et ad hæc omnia insuper et contra ipsum, cui vineæ custodia a Salvatore commissa est, extendit insaniam, id est contra tuam (apostolicam) sanctitatem : » ut Latinus interpres legit. In his sancta synodus Ecclesiam evangelice vineam vocat, custodem vineæ papam, et præfecturam hanc esse inquit illi datam a Christo. Et infra : « Plane scientes apostolicum in vobis quidem radium suam sedem habere; sæpe vero ad Constantinopolitanam quoque Ecclesiam, D more vestro curam gerentes illum sparsisse, eo quod consueveritis bonorum vestrorum participatione vobis conjunctos abunde ditare. » Et infra : « Agnoscentes, omne egregium natorum factum recurrere ad proprios parentes. Rogamus igitur, decreto tuo nostrum honora judicium, et sicut nos capiti consensum præbuimus in re præclara, ita et vertex adimpleat filiis quod decorum est. »

Ἐν τούτοις ἡ ἁγία σύνοδος ὁμολογεῖ τὴν ἀποστολικὴν ἀκτῖνα ἐν τῷ πάπᾳ καθιδρυμένην ἁπλωθῆναι πολλάκις καὶ εἰς Κωνσταντινούπολιν· καὶ ὅτι ὁ πάπας ἐστὶ κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας τοιαύτη, ἐξ ἧς

In his sancta synodus fatetur, apostolicum radium esse in papa collocatum et inde sæpe Constantinopolim sese fudisse, et papam esse tale caput Ecclesiæ, ut ex eo pendeat honor et privile-

piorum emanatio in filios. Si ergo papa per sanctam synodum et Petri fidei est hæres, et membrorum Ecclesiæ caput, et custos vineæ a Salvatore constitutus, et vas apostolici radii, et episcoporum Pater, honores et privilegia largiens, unde tu, Nile, paradoxam sumpsisti assertionem, quod papa sit Petri successor, sicut hierarcha quilibet a Petro ordinatus? Esse igitur papam Petri successorem, fateris et ipse, qua Romæ est episcopus; quod vero in præteriisti commune Petro et papæ, summum et maxime ad rem nostram spectans, est quod quarta synodus docet, et reliqua testantur, ut dicemus, generalia concilia, quæcunque suscipiunt Græci: illud porro est pastoralis auctoritas in oves Christi, quam variis nominibus illa synodus expressit. Tu vero, prætermisso eo, quod unum successionis rationem perficit, numeras quæ minus ad rem faciunt. Nec enim ad vim successionis requiritur, ut ea omnia successor habeat quæ fuere in antecessore, sed illa in quibus ratio successionis consistit. Exempli gratia: successit in imperio Romano Constantius magno Constantino, non tamen opus est, ut ex successione Constantius et crucis signum in cœlo conspexerit, et Byzantium in Constantini urbem crexerit, et œcumenicarum synodorum primam celebrandam curaverit. Et papa similiter succedit Petro ut Romanus episcopus, ut vineæ custos, ut caput membrorum dux; sed non ideo necesse est ut papa sit apostolus, aut princeps apostolorum, aut ipse per se semper consecret patriarchas, aut alterum designet papam, aut canonicos libros conscribat; non enim pertinent hæc ad rationem successionis. Cæterum loco apostoli vocatur apostolicus, estque magister universalis ut caput omnium dux, et fidei interpres omnibus, et potestatem habens a Salvatore in Petro ligandi et solvendi omnia, utpote custos vineæ a Salvatore constitutus. Itaque per synodicas voces habemus, papam esse Petri successorem, non tantum qua Romæ est episcopus, sed etiam qua præsul universæ Christi Ecclesiæ, et custos et caput.

ἤρτηται τὸ τιμᾶν καὶ μεταδιδόναι τοῖς ἄλλοις προνόμια ὡς τέκνοις καὶ παισίν. Εἰ γοῦν ὁ πάπας κατὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς ἁγίας συνόδου καὶ κληρονόμος ἐστὶ τῆς πίστεως τοῦ Πέτρου, καὶ τῶν μελῶν τῆς Ἐκκλησίας κεφαλὴ, καὶ φύλαξ τῆς ἀμπέλου τεταγμένος ὑπὸ τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῆς ἀποστολικῆς ἀκτῖνος δοχεῖον, πατὴρ τῶν ἐπισκόπων, πρεσβεῖα καὶ τιμὰς διανέμων· ποῦ σου, Νεῖλε, τὸ παράδοξον τῆς θέσεως, ὅτι διάδοχος τοῦ Πέτρου ὁ πάπας ὡς τῶν ἱεραρχῶν ἕκαστος τῶν ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντων; Ὅτι μὲν οὖν διάδοχος τοῦ Πέτρου ὁ πάπας, καθὸ Ῥώμης ἐπίσκοπος, συνομολογεῖς καὶ αὐτός· ὃ δὲ σὺ παρέλιπες κοινὸν τῷ Πέτρῳ καὶ τῷ πάπᾳ, καιριώτατον, ἐκεῖνό ἐστιν, ὃ διδάσκει ἡ τετάρτη σύνοδος, καὶ συμμαρτυροῦσιν αἱ λοιπαὶ ἅγιαι σύνοδοι, ἃς οἱ Γραικοὶ δέχονται, ὡς ἐροῦμεν. Ἔστι δὲ τοῦτο ἡ ποιμαντικὴ αὐθεντία τῶν προβάτων τοῦ Χριστοῦ, ἣν ποικιλοτρόπως διὰ τῶν φωνῶν ἐκείνων ἡ σύνοδος ἐξηγήσατο. Ἀλλὰ σὺ, τὸ καίριον καὶ οὐσιῶδες τῇ διαδοχῇ παραδραμὼν, ἀπαριθμεῖς τὰ μὴ καίρια καὶ ἥκιστα οὐσιώδη· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον εἰς τὸν διαδοχῆς λόγον, πάνθ' ὅσα ἐνῆν τῷ προηγησαμένῳ, ἐνθεωρεῖσθαι κἀν τῷ διαδόχῳ, ἀλλ' ἐκεῖνα ἐν οἷς ὁ λόγος τῆς διαδοχῆς· οἷον διεδέξατο εἰς τὰ Ῥωμαϊκὰ σκῆπτρα Κωνστάντιος τὸν μέγαν Κωνσταντῖνον, ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη τὸν Κωνστάντιον τῷ λόγῳ τῆς διαδοχῆς καὶ τοῦ σταυροῦ τὸ σύμβολον φωτοειδῶς ἐν οὐρανῷ ἑωρακέναι, καὶ τὸ Βυζάντιον εἰς Κωνσταντινούπολιν ἐγηγερκέναι, καὶ τὴν ἐν συνόδοις οἰκουμενικαῖς πρώτην συγκεκροτηκέναι· ὡσαύτως διαδέχεται ὁ πάπας τὸν Πέτρον ὡς ἐπίσκοπος Ῥώμης, ὡς φύλαξ τῆς ἀμπέλου, ὡς κεφαλὴ ἡγεμονεύουσα τῶν μελῶν πάντοτε· ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη διὰ τοῦτο καὶ τὸν πάπαν εἶναι ἀπόστολον, ἢ κορυφαῖον τῶν ἀποστόλων, ἢ χειροτονεῖν αὐτοπροσώπως τοὺς πατριάρχας, ἢ πάπαν ἕτερον προβάλλειν, ἢ κανονικὰ βιβλία συγγράφειν· ταῦτα γάρ ἐστιν ἔξω τοῦ λόγου τῆς διαδοχῆς· ἀλλ' ἀντὶ ἀποστόλου καλεῖται ἀποστολικὸς, καὶ διδάσκαλος τῆς οἰκουμένης, ὡς πάντων ἡγεμονεύουσα κεφαλή· καὶ παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἐν τῷ Πέτρῳ ἐξουσίαν ἔχων τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἅπαντα, εἴπερ φύλαξ τῆς ἀμπέλου παρὰ τοῦ Χριστοῦ· ὥστε διὰ συνοδικῶν φωνῶν ἔχομεν τὸν πάπαν τοῦ Πέτρου διάδοχον, οὐ μόνον ᾗ Ῥώμης ἐπίσκοπός ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ὡς ἁπάσης τοῦ Χριστοῦ τῆς Ἐκκλησίας προστάτης, καὶ φύλαξ, καὶ κεφαλή.

NILUS (Cap. IV).

Quod autem papa errare non possit in fide, hoc et supra successionem est Petri; ille enim certe lapsus est. Quæro, potestne papa labi in mendacii, avaritiæ, inanis gloriæ crimen, atque in cætera perperam facta; an vero his etiam superior est? Quod si hoc ne dicere quidem fas est, multa enim et ille peccat labente conscientia, cum homo sit, liquet in his peccantem posse etiam in fide naufragium facere. Hoc enim et Paulus Timotheo scribens ait: *Habens fidem et bonam conscientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragaverunt* [1]. Ipse etiam conscientiæ lapsus nonne genus abuc-

ΝΕΙΛΟΣ.

Ὅτι δὲ ἀδύνατον τὸν πάπαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων, τοῦτο δὴ καὶ ὑπὲρ τὴν Πέτρου διαδοχήν· ἐκεῖνος μὲν γὰρ καὶ προσέκρουσεν. Ἐρωτῶ δὲ καὶ τοῦτο· Δύναται ὁ πάπας ψεύδους, φιλοχρηματίας, κενῆς δόξης, τῶν ἄλλων ἀτοπημάτων ἥττων ὀφθῆναι, ἢ καὶ τούτων ἀνώτερος; Εἰ δὲ τοῦτο οὐδὲ λέγειν ἔστι, σφάλλεται γὰρ κἀκεῖνος πολλὰ περὶ τὴν συνείδησιν, ἄνθρωπος ὤν, δῆλον ὡς περὶ ταῦτα ἁμαρτάνων ἐνδέχεται καὶ περὶ τὴν πίστιν ναυάγιον ὑποστῆναι· τοῦτο γὰρ καὶ Τιμοθέῳ φησὶν ὁ Παῦλος· *Ἔχων πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ἥν τινες ἀπωσάμενοι περὶ τὴν πίστιν ἐναυάγησαν.*

[1] I Tim. I, 19.

Αὐτὸ δὲ τὸ περὶ τὴν συνείδησιν ἁμαρτάνειν οὐκ εἶδος ἀθεΐας ἐστί; *Θεὸν γὰρ*, φησὶν ὁ Παῦλος, *τοῖς μὲν λόγοις ὁμολογοῦσι, τοῖς δὲ ἔργοις ἀρνοῦνται*· πῶς ἔργοις μὲν τὸν πάπαν ἐνδέχεται ἀρνεῖσθαι τὸν Θεὸν, λόγοις δὲ οὐδαμῶς;

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἐκ πεπλανημένης ἀρχῆς ἀρξάμενος, ὁδῷ προβαίνων παρεκτρέπῃ μᾶλλον τῆς ἀληθείας. Ἐν τούτοις σου τοῖς λόγοις τρία σοφίζῃ.

Πρῶτον· Πέπτωκεν ὁ Πέτρος, ἄρα δύναται πεσεῖν καὶ ὁ πάπας.

Δεύτερον· Ὁ δυνάμενος περὶ τὴν συνείδησιν σφάλλεσθαι δύναται καὶ περὶ τὴν πίστιν ναυαγῆσαι, κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον. Ἀλλὰ μὴν ὁ πάπας ἄνθρωπος ὢν οὐ πάντῃ περὶ τὴν συνείδησιν ὑγιής, ἄρα δύναται καὶ περὶ τὴν πίστιν ἀσθενῆσαι.

Τρίτον· Τὸ περὶ τὴν συνείδησιν ἁμαρτάνειν εἶδος ἀθεΐας ἐστὶ, κατὰ Παῦλον· ἀλλὰ μὴν ἐνδέχεται τὸν πάπαν κατὰ τὴν συνείδησιν ἁμαρτεῖν, ἄρα ἔργοις ἀθεΐαν νοσεῖν. Εἰ δὲ ἔργοις δύναται ἀρνεῖσθαι τὸν Θεὸν, δύναται καὶ λόγοις· ψεῦδος λοιπὸν, ὡς ἀδύνατον τὸν πάπαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων.

Ἀπαντᾷ πρὸς ταῦτά σου τὰ σοφίσματα ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος ἐν τῇ πρὸς Λέοντα τὸν πάπαν ἐπιστολῇ· πρὸς μὲν τὸ πρῶτον ἐν οἷς λέγει, ὅτι Λέων τὴν πίστιν ὥσπερ χρυσῆν σειρὰν καταγομένην διεφύλαξε, πᾶσιν ἑρμηνεὺς γενόμενος τῆς φωνῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου, καὶ ὅτι τοῦτον τῆς πίστεως τὸν κλῆρον ἔδειξεν ἡ σύνοδος τοῖς τέκνοις τῆς Ἐκκλησίας ἀρχηγῷ τοῦ καλοῦ χρησαμένη τῷ πάπᾳ· πέπτωκεν ὁ Πέτρος, ἀλλὰ πρὸς αὐτὸν ὁ Χριστός· *Καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου.* Εἴπερ ἡ ἁγία σύνοδος ἐκ τῆς φωνῆς τοῦ πάπα ἔδειξε τὴν πίστιν τοῖς τέκνοις τῆς Ἐκκλησίας, ἔστιν ἄρα ὁ πάπας, κατὰ τὴν ἁγίαν σύνοδον, ἑρμηνεὺς τῆς φωνῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου στηρίζοντος τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τὰ τέκνα τῆς Ἐκκλησίας. Εἰ δὲ τοῦτο, ὁ πάπας ᾗ πάπας ἑρμηνεύς ἐστι καὶ διάδοχος τοῦ Πέτρου, οὐ καθὸ ἐκεῖνος ἀνθρωπίνῳ ἀσθενείᾳ πέπτωκεν, ἀλλὰ καθὸ τοὺς ἀδελφοὺς στηρίζει τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ὀρθῆς πίστεως. Κατὰ δὲ τοῦτο ἀδύνατον πεσεῖν ποτε τὸν Πέτρον, εἴπερ ἀδύνατον ψεύσασθαι τὴν ἀλήθειαν. Ὥστε διττῶς θεωρουμένου τοῦ Πέτρου, καὶ ὡς ψιλοῦ ἀνθρώπου, καὶ ὡς προστάγματι τοῦ Χριστοῦ τοὺς ἀδελφοὺς στηρίζοντος, καὶ τοῦ πάπα διαδεχομένου τὸν Πέτρον, κατὰ τὴν ἁγίαν σύνοδον, τῷ γε δευτέρῳ τούτῳ τρόπῳ, ἀπεσκέδασταί σου τὸ σόφισμα· Πέπτωκε Πέτρος, ἄρα καὶ ὁ πάπας· ὥσπερ γὰρ ἀδύνατον, μετὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν δέησιν τοῦ μήποτε ἐκλεῖψαι τὴν Πέτρου πίστιν, πεσεῖν τὸν Πέτρον, οὕτως ἀδύνατον πεσεῖν καὶ τὸν πάπαν.

Τὸ δεύτερον σόφισμα πάσης ἀτοπίας γέμει. Λέγει Τιμοθέῳ ὁ μακάριος Παῦλος, ὅτι ἀπωσάμενοί τινες τὴν ἀγαθὴν συνείδησιν ἐναυάγησαν περὶ τὴν πίστιν· ἄρα καὶ ὁ πάπας δυνάμενος ἀπώσασθαι τὴν συνείδησιν, δύναται ναυαγῆσαι καὶ περὶ τὴν πίστιν. Οὐ συνορᾷς, ὦ θαυμάσιε, ὅτι κατὰ τῶν ἑτεροδιδασκα-

A gationis Dei? *Deum enim*, inquit Paulus, *confitentur se nosse, factis autem negant*[4]. Quomodo igitur papa factis quidem potest negare Deum, verbis autem minime?

CONFUTATIO.

E fallaci orsus principio, dum progrederis, plus plusque a veritate recedis. Tria hic sophismata proponis.

Primum: Lapsus est Petrus, ergo labi potest et papa.

Secundum: Qui potest conscientiæ lapsu peccare, potest etiam naufragium fidei facere, secundum Pauli dictum. Sed papa, cum homo sit, non B est a conscientiæ labe immunis, ergo poterit etiam facere naufragium fidei

Tertium, conscientiæ lapsu peccare, genus infidelitatis est juxta Paulum; at papa potest conscientiæ lapsu peccare, ergo et laborare hoc infidelitatis genere, nimirum per prava opera. Sed si potest operibus negare Deum, poterit et verbis: falsum igitur est, fieri non posse ut papa erret in fide.

Ad hæc respondet sancta synodus quarta in epistola ad Leonem papam. Ad primum, dum ait: Quod Leo fidem deductam veluti auream catenam servavit, constitutus omnibus interpres vocis beati Petri; quodque hanc fidei hæreditatem synodus ostendit Ecclesiæ filiis, usa boni duce et auctore C papa. Lapsus quidem est Petrus, Christus tamen ad ipsum, *Et tu*, inquit, *aliquando conversus confirma fratres tuos*[5]. Si sancta synodus ex voce papæ ostendit fidem Ecclesiæ filiis, papa per sanctam synodum est interpres vocis beati Petri confirmantis fratres et filios Ecclesiæ. Ergo papa ut papa interpres est et successor Petri, non ut humana ille fragilitate lapsus est, sed ea ratione qua fratres confirmat per confessionem rectæ fidei. Sed hoc sensu non poterat errare Petrus, quoniam impossibile est Veritatem mentiri. Itaque cum dupliciter Petrus consideretur, ut purus homo, utque mandato Christi fratres confirmans, et papa succedat Petro juxta sanctam synodum, hoc secundo modo, tuum sophisma dilutum est: Lapsus D est Petrus, ergo et papa. Sicut enim impossibile est, post mandatum et preces Christi, ut non deficiat fides ejus, labi Petrum, ita etiam impossibile est labi papam.

Secundum sophisma quanta absurditate scatet! Scribit Paulus Timotheo, multos, repulsa bona conscientia, naufragatos esse in fide. Ergo et papa, cum possit repellere bonam conscientiam, potest et in fide naufragium facere. Nonne vides Apostolum de iis loqui qui volunt peregrinam tradere

[4] Tit. I 16. [5] Luc. XXII, 32.

doctrinam : quos repulsa prius bona conscientia, naufragari quoque ait in fide, eo quod ambitio illos et in hæreses et in blasphemias transversos agat? Hi enim pravitate sua et conscientiam et fidem repulerunt. At vero de papa sancti Patres quartæ synodi aiunt, quod servata per successionem fide, omnibus exstiterit beati Petri vocis interpres, quam ut veritatis hæreditatem habebat papa; quomodo ad hæc locum habere possit instantia tua, dum ex propria et humana fragilitate inferre vult imbecillitatem divinæ Christi virtutis, a quo fidem deduci veluti catenam auream sancti Patres aiunt, ut fiat vox Petri, et papam esse interpretem vocis Petri, et hæredem veritatis? Potest papa in privatis suis et humanis actionibus peccare : hoc fragilitatis humanæ est; potest ergo etiam errare in fide; hoc est inferre injuriam Salvatori. Et claudicat enthymema, quoniam papa aliter in antecedente sumitur, aliter in consequente : in illo, qua homo operans; in hoc, qua papa vocis Petri interpres. Ut si dicam, Potest Hippocrates labi errore conscientiæ, potest ergo et arte medicinæ : nam in antecedente sumitur ut homo, in consequente ut artifex; non debent autem voces æquivoce sumi.

Huc tendit etiam tertium sophisma tuum, licet callidius et obscurius. Genus abnegationis Dei est secundum Paulum conscientiæ lapsu errare; sed papa potest conscientiæ lapsu errare, ergo hujus generis abnegationis Dei reus esse. Deinde a majori ad minus : Genus abnegationis lapsu conscientiæ fit aliquid agendo, sed majus est peccare opere quam verbo; ergo qui peccare potest opere, potest et verbo : papa peccare potest opere, ergo et verbo; non est igitur impossibile papam errare in fide.

Verum, quod tu genus abnegationis Dei vocas, commune est cunctis operibus quæ fiunt præter rationem rectam; at abnegatio Dei per verba est infidelitatis actus et speciale peccatum, tantoque majus, quanto major fides, quippe ut fundamentum virtutum. Decipis ergo, vir egregie, duplici sophismate : primo quidem, ut diximus, quia consequentia hæc non valet : Potest errare papa contra rectam rationem in aliqua sua morali actione, ergo et in fide. Ostensum quippe est, falsum id esse, eo quod papa aliter se habeat ad morales actiones, et aliter ad dogmata fidei. Nam suarum ipse actionum est principium, dogmatum vero Christi est custos, nempe ut Petri hæres; secundo, quia quod majus est, fecisti minus, et quod minus, majus. Tu majus esse ais abnegare opere quam verbo, quod in re proposita falsum aperte est. Abnegat opere fur, abnegat verbo qui Christo renuntiat; majus ergo furtum quam apostasia? Absit. Non ergo qui potest minus abnegando opere,

A λεῖν ἐλλημένων λέγει ὁ Ἀπόστολος, οὓς πρότερον ἐκπεσόντας τῆς ἀγαθῆς συνειδήσεως λέγει καὶ περὶ τὴν πίστιν ναυαγῆσαι, οἷα δὴ τῇ φιλοτιμίᾳ παρασυρέντας ἐπὶ αἱρέσεις καὶ βλασφημίας; Οὗτοι μὲν γὰρ τῇ οἰκείᾳ φαυλότητι καὶ τὴν συνείδησιν ἀπώσαντο καὶ τὴν πίστιν· περὶ δὲ τοῦ πάπα φασὶν οἱ ἅγιοι τῆς τετάρτης συνόδου Πατέρες, ὅτι ἐκ διαδοχῆς φυλάξας τὴν πίστιν κατέστη πᾶσιν ἑρμηνεὺς τῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου φωνῆς, ἣν ὡς ἀληθείας κλῆρον ὁ πάπας εἶχεν. Ποῦ τοίνυν ἔχει χώραν ἡ σὴ ἔνστασις, ἐκ τῆς οἴκοθεν ἀνθρωπίνης ἀσθενείας ἐπιφέρουσα ἀσθένειαν καὶ τῆς θείας δυνάμεως τοῦ Χριστοῦ, παρ' οὗ φασιν οἱ ἅγιοι Πατέρες τὴν πίστιν κατάγεσθαι ὥσπερ χρυσῆν σειράν, ὥστε γίνεσθαι φωνὴν τοῦ Πέτρου, καὶ τὸν πάπαν εἶναι τῆς B φωνῆς τοῦ Πέτρου ἑρμηνέα, καὶ κληρονόμον τῆς ἀληθείας; Δύναται περὶ τὰς οἰκείας καὶ ἀνθρωπίνας πράξεις σφαλῆναι ὁ πάπας· τοῦτο ἀνθρώπινον ἐλάττωμα· ἄρα δύναται καὶ περὶ τὴν πίστιν ἀσθενῆσαι· τοῦτο ὕβρις, εἰς τὸν Σωτῆρα Χριστὸν ἀνατρέχουσα. Καὶ χωλαίνει τὸ ἐνθύμημα, ὅτι ἄλλως ἐν τῇ προσλήψει λαμβάνεται ὁ πάπας, ἤγουν ᾗ ἄνθρωπος ἐνεργῶν, καὶ ἄλλως ἐν τῷ συμπεράσματι, ἤγουν ᾗ πάπας καὶ ἑρμηνεὺς τῆς φωνῆς τοῦ Πέτρου· οἷον εἰ φαίην, Δύναται Ἱπποκράτης σφαλῆναι περὶ τὴν συνείδησιν, ἄρα καὶ περὶ τὴν ἰατρικὴν τέχνην· ἐκεῖ μὲν γὰρ Ἱπποκράτης ᾗ ἄνθρωπος, ἐν τούτῳ δὲ νοεῖται ᾗ τεχνίτης· χρὴ δὲ τοὺς ὅρους μὴ ὁμωνύμως λαμβάνεσθαι.

Τῆς αὐτῆς ἐννοίας ἔχεται καὶ τὸ τρίτον σου σόφισμα, πλὴν πανουργοτέρως καὶ ἀσαφεστέρως. Εἶδος ἀρνησοθεΐας, κατὰ Παῦλον, ἔστι τὸ περὶ τὴν συνείδησιν ἁμαρτάνειν· ἀλλὰ μὴν ὁ πάπας δύναται περὶ C τὴν συνείδησιν ἁμαρτάνειν, ἄρα καὶ τῷ εἴδει τούτῳ τῆς ἀρνησοθεΐας ἔνοχος εἶναι. Εἶτα ἐκ τῶν μᾶλλον καὶ ἧττον· Ἡ ἀρνησοθεΐα κατὰ τὴν συνείδησιν γίνεται ἔργοις· μεῖζον δὲ τὸ ἁμαρτάνειν ἔργοις ἢ λόγοις· ἄρα ὁ δυνάμενος σφαλῆναι ἔργοις δύναται σφαλῆναι καὶ λόγοις· ὁ πάπας δύναται σφαλῆναι ἔργοις, ἄρα καὶ λόγοις· καὶ οὐκ ἀδύνατον τὸν πάπαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων.

Ὃ μὲν οὖν σὺ λέγεις εἶδος ἀρνησοθεΐας, τοῦτο κοινὸν πᾶσι τοῖς ἔργοις, ἃ μὴ κατὰ τὸν ὀρθὸν γίνεται λόγον· ἡ δὲ διὰ λόγων ἀρνησοθεΐα ἐνέργεια τῆς ἀπιστίας ἐστὶ, καὶ ἰδικὸν ἁμάρτημα, καὶ μεῖζον, ὅσῳ μείζων ἡ πίστις, ὡς θεμέλιον τῶν ἀρετῶν. Φρεναπατᾷς οὖν, ὦ θαυμάσιε, διπλῷ τῷ σοφίσματι· D πρῶτον μὲν, ὡς εἰπόντες ἔφθημεν, ὅτι οὐκ ἔῤῥωται αὕτη ἡ ἀκολουθία· Δύναται παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον ἔν τινι πράξει ἠθικῇ σφαλῆναι ὁ πάπας, ἄρα καὶ τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐκπεσεῖν· ἐλήλεγκται γὰρ τοῦτο ψευδὲς ἐκ τοῦ διαφόρως ἔχειν τὸν πάπαν πρός τε τὰς ἠθικὰς πράξεις καὶ τὰ δόγματα. Τῶν γὰρ ἑαυτοῦ πράξεων αὐτός ἐστιν ἀρχὴ, τῶν δὲ δογμάτων ἐστὶ φύλαξ παρὰ Χριστοῦ, ἅτε δὴ κληρονόμος τοῦ Πέτρου. Δεύτερον, ὅτι τὸ μᾶλλον ἧττον ἐποίησας, καὶ τὸ ἧττον μᾶλλον. Λέγεις μεῖζον εἶναι ἀρνεῖσθαι ἔργοις ἢ λόγοις· ὃ προφανὲς ψεῦδος ἐν τῷ παρόντι· ἀρνεῖται ἔργοις ὁ κλέπτης, ἀρνεῖται λόγοις ὁ τὸν Χριστὸν ἐξομνύμενος· μείζων ἄρα ἡ κλοπὴ τῆς ἀποστασίας; Ἄπαγε. Ὥστε οὐχ ὅτε ἧττον δυνά-

μενος, τὸ δι' ἔργων πλημμελῆσαι, πλημμελήσει καὶ τὸ μεῖζον, τὸ διὰ λόγων ἀρνήσασθαι τὸν Θεόν. Μᾶλλον δὲ εἰ τὸν λόγον ἐφαρμόσαις τῷ πάπᾳ, δύναται τὸ ἧττον ἐκεῖνος ᾗ μετέχει φύσεως ἀνθρωπίνης, οὐ δύναται παντελῶς τὸ μεῖζον, ᾗ κληρονόμος καὶ φύλαξ ἐστὶ τῆς πίστεως τοῦ Πέτρου. Τὸ δὲ δύο περὶ τὸν πάπαν ἕνα ὄντα θεωρεῖσθαι, καὶ αὐτὸς ἂν συνομολογήσαις, δύο κατ' ἀρχὰς ἐν τῷ πάπᾳ θέμενος, τὸ εἶναι παρὰ τοῦ Πέτρου Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ τὸ πρῶτον εἶναι τῶν ἄλλων ἐπισκόπων παρὰ τῶν Πατέρων. Ὥσπερ οὖν σὺ, παρὰ Φωτίου τὴν διδασκαλίαν λαβὼν, δύο καὶ ἀσύμβλητα ἐν τῷ ἑνὶ πάπᾳ ὁμολογεῖς, τὸ μὲν μερικὸν, τὸ δὲ καθόλου· τὸ μὲν κτηθὲν, τὸ δὲ προσκτηθέν· τὸ μὲν διὰ τὸ κλίμα, τὸ δὲ διὰ τὴν τάξιν· οὕτω καὶ ἡμεῖς τοῖς εὐαγγελικοῖς, καὶ ἀποστολικοῖς, καὶ συνοδικοῖς ἑπόμενοι δόγμασι δύο περὶ τὸν ἕνα θεωροῦμεν, τὸ εἶναι τὸν πάπαν καὶ αὐτὸν ἄνθρωπον, τὴν ἡμετέραν ἀσθένειαν περικείμενον, καὶ τὸ εἶναι ἑρμηνέα τῆς φωνῆς τοῦ Πέτρου, καὶ κληρονόμον τῆς ἐκείνου πίστεως. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα τὰ δύο διάφορα καὶ ἀσύμβλητα, ἐξασθενεῖ τῶν σῶν ἐπιχειρημάτων ἡ δύναμις, ἐκ θατέρου εἰς θάτερον μεταπίπτουσα, καὶ ἀπονέμουσα τὸ πτωτικὸν τῆς ἀνθρωπότητος τῷ ἀπτώτῳ τῆς ἀξίας· καὶ ὅλως ἁμαρτάνεις κατ' ἐκείνου τοῦ κανόνος, ὃν ὁ Φιλόσοφος ἐν τῷ *Περὶ ἑρμηνείας* διδάσκει· Ἔστιν ὁ δεῖνα ἀγαθὸς, καὶ σκυτεὺς, ἀλλ' οὐχὶ διὰ τοῦτο καὶ σκυτεὺς ἀγαθός· τὸ γὰρ εἶναι σκυτέα καὶ ἀγαθὸν κατὰ συμβεβηκὸς συμπλέκεται. Σὺ δὲ, Νεῖλε, οὕτω συλλογίζῃ· Ἔστιν ὁ Ῥώμης ἄνθρωπος ἁμαρτητικὸς, ἔστι καὶ πάπας, ἄρα καὶ ἁμαρτητικὸς πάπας. Ἁμαρτάνεις οὖν καὶ κατὰ τοῦ Φιλοσοφικοῦ κανόνος, καὶ κατὰ τῶν ἁγίων Πατέρων, λέγω δὴ οὐ μόνον τῆς τετάρτης συνόδου ἐν οἷς λέγει ἐπιστέλλουσα τῷ πάπᾳ, καὶ ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς Μαρκιανὸν τὸν βασιλέα, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἁγίοις Πατράσι τῆς ἕκτης ἀντιλέγων συνόδου· ἐν μὲν γὰρ τῷ προσφωνητικῷ φησιν ἡ τετάρτη σύνοδος· « Ὅθεν ἄτρωτον ἡμῖν ἐκ πλάνης ὁ Θεὸς ἐπενόησε πρόμαχον, καὶ τὸν τῆς Ῥωμαίων πρὸς νίκην εὐτρέπισε πρόεδρον. »

Ἄτρωτον ἐκ πλάνης λέγει τὸν πάπαν ἡ ἁγία σύνοδος· καὶ αὐτὴ ἑαυτὴν ἐξηγεῖται, κατὰ ποίαν σημασίαν ἐχρήσατο τῇ λέξει, ἄτρωτον, ὡς μὴ τρωθέντα, ἢ ὡς μὴ δυνάμενον τρωθῆναι. Ἐν γὰρ τῇ πρὸς τὸν πάπαν ἐπιστολῇ φύλακα τῆς πίστεως ἐκεῖνον προσαγορεύει, καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται. Οὐ δυνατὸν δὲ τὴν ἁγίαν σύνοδον Λέοντι τῷ μετὰ τὸν Πέτρον μς' ἐπισκόπῳ Ῥώμης κατά τινα ἀποκλήρωσιν ἀπονεῖμαι τὴν προσηγορίαν ταύτην, καὶ τὸ εἶναι ἑρμηνέα καὶ κληρονόμον τῆς πίστεως τοῦ Πέτρου, ἀλλ' ἢ ὡς τηνικάδε πάπᾳ· εἰ δὲ ὡς πάπᾳ, ἕκαστος ἄρα πάπας ἐκ πλάνης ἄτρωτος, καὶ φύλαξ τῆς πίστεως, καὶ τὰ λοιπά. Εἰ δὲ ἕκαστος ἄτρωτος ὡς φύλαξ καὶ κληρονόμος, τὸ ἄτρωτος ἐμφαίνει τὸ ἀδύνατον τῆς τρώσεως· ἄλλως γὰρ ἂν ἑνὸς πάπα τρωθέντος ἐπαύετο καὶ ἡ φυλακὴ καὶ ἡ κληρονομία τῆς πίστεως τοῦ Πέτρου. Ποιοῦσι δὲ τοῦτο κατάδηλον οἱ τῆς ἕκτης συνόδου Πατέρες ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον. Ἔνθα καθαρῷ ὄμματι, καὶ μηδενὸς ὑποβολῇ τὰ περὶ τὸν πάπαν σκοποῦντες, καὶ τὴν, *ἄτρωτος*, λέξιν οἱονεὶ παραφράζοντες ἔφασαν περὶ

A peccabit et majus verbis Deum negando. Imo si papæ argumentum accommodaveris, potest ille quidem minus utpote natura constans humana, majus autem nullo modo potest qua hæres est et custos fidei Petri. Quod vero in uno papa considerentur duo, tu quoque fateberis qui duo posuisti in papa, quod Romæ sit episcopus a Petro, quodque cæterorum episcoporum sit primus a Patribus. Sicut ergo tu a Photio edoctus, duo et non conferenda lateris in uno papa, unum particulare, alterum universale; unum hæreditate relictum, alterum additum; unum propter clima, alterum propter ordinem: ita nos evangelica, apostolica et synodica sequentes dogmata, consideramus duo in papa, quod sit homo, nostra et ipse circumda-

B tus infirmitate; et sit præterea Petri vocis interpres et illius fidei hæres. Et quoniam duo hæc differunt, utque res diversi generis non conferuntur, cadit tuorum robur argumentorum, quod ex altero transit in alterum, et labilitatem humanitatis tribuit illabilitati dignitatis. Omnino enim tu contra illam regulam peccas, quam tradit Philosophus in libro *De interpretatione*: Est aliquis bonus, est et sutor; non tamen ideo sutor bonus: esse enim bonum et sutorem conjuncta sunt per accidens. Tu vero ita arguis; Romanus episcopus est homo erroris capax, est etiam papa episcoporum primus, ergo est papa erroris capax. Atque ita peccas et contra Philosophi regulam, et contra

C sanctos Patres, non solum quartæ synodi in epistola ad papam, et in Prosphonetico ad Marcianum imperatorem, sed etiam contra sanctos Patres sextæ synodi. Quarta synodus in Prosphonetico sic habet: « Quare Deus insauciabilem errore propugnatorem nobis providit, et Romanæ Ecclesiæ papam præparavit ad victoriam. »

Vocat sancta synodus papam errore insauciabilem, et ipsa sui interpres declarat quo sensu locuta fuerit, non sauciatum, an non sauciabilem vocando papam. Nam in epistola ad papam, fidei custodem appellat illum, et quæcunque alia diximus; fieri vero non potest ut sancta synodus hanc

D appellationem dederit Leoni papæ, qui quadragesimus sextus fuit a Petro Romæ episcopus, privato quodam jure, sicut etiam esse interpretem et hæredem fidei Petri: sed eo nomine, quia papa ille tunc erat. Quod si dedit ut papæ, quisque ergo papa insauciabilis errore est et fidei custos, etc. Si ergo hæc unicuique papæ conveniunt, insauciabilem synodus dixit, non insauciatum; alioquin uno papa sauciato, cessat et custodia et hæreditas fidei Petri. Planum hoc faciunt sextæ synodi Patres in Prosphonetico ad Constantinum imperatorem quando sincero oculo, et nulla cujusquam suggestione statum papæ considerantes, et quodammodo vocem *insauciabilis* paraphrastice exponentes, de Damaso papa aiebant: « Et Damasus

fidei adamas, cujus solida mens aggressionibus atque conflictibus alienæ a fide opinionis non erat vulnerabilis. »

Quod enim Græce dicunt, vulnus non excipiens, perinde est atque invulnerabilis; quomodo qui Græce loquuntur, dicunt, apparentia et non apparentia, id est apparere non valentia. Et de sacrosancta Eucharistia : Qui comeditur, et non absumitur, id est qui absumi non potest. Quo pacto dicimus etiam solem non tenebrescentem, et tenebras non lucescentes, et in epistola ad Agathonem papam iidem Patres : « Quare et nos tibi ut primo universæ Ecclesiæ antistiti quid sit agendum committimus, stanti super firmam fidei petram. » Hoc unum quippe volunt Patres, papam, quia summæ sedis episcopus est, stare super firmam fidei petram. Si ergo papa hoc habet ut primæ sedis episcopus, certe omnis papa hoc habet. His testem se dat imperator Constantinus Pogonatus in sacro rescripto ad Leonem papam : « Et gloria, inquit, gloriosa facienti Deo, qui fidem apud vos indepravatam conservavit. Quomodo enim id facturus non erat in ea petra, super quam ipse fundavit Ecclesiam ; et portis inferi, hoc est hæreticorum, insidiis, nunquam succubituram prædixit? ex qua tanquam e cœlorum convexis effulsit sermo veræ confessionis, et Christi amantium animas illustravit, et orthodoxam fidem quæ refrixerat refocillavit. »

Quibus ex verbis duo habes : primum Romanam sedem propter fundatorem Christum non substerni machinis hæreticorum, quod idem valet ac si diceret, non posse substerni. Posito enim necessario antecedente, necessitatem habet et consequens. Atqui necessarium est Christi prædictionem esse veracem : ergo necessarium quoque ex suppositione est, sedem Petri non esse ab hæresibus domabilem. Quod ratione æquipollentium non est aliud quam impossibile esse papam errare in fide. Alterum est, Romanam sedem esse, de qua imperator ille scribens ad Leonem II, post sextam synodum, « Fidem inquit in ea conservatam esse indepravatam. » Erat autem is Leo undecimus ab Honorio, quem vos hæreticum Monothelitam exstitisse calumniamini. Dicis enim :

NILUS (Cap. V).

« Et Honorius episcopus Romanus a rectis dogmatibus aberravit, et a sancta œcumenica sexta synodo damnatus est. »

CONFUTATIO.

Si Honorius fuit hæreticus, quomodo post illum scribebat imperator Constantinus : « Deo gloria, qui fidem in sede Petri conservavit indepravatam ? » Neque enim licet ad hoc dicere, imperatorem fuisse locutum de Leone II, tunc temporis pontifice. Nam infert ille, et ait : « Quomodo enim

A Δαμάσου τοῦ πάπα · « Καὶ Δάμασος ὁ ἀδάμας τῆς πίστεως, ὁ ταῖς ἑτεροδόξοις προσβολαῖς τε καὶ προσαῤῥάξεσι τὴν ἀντίτυπον γνώμην οὐ τιτρωσκόμενος. »

Τὸ γὰρ οὐ τιτρωσκόμενος ταυτὸν τῷ μὴ δυνάμενος τρωθῆναι · ὥσπερ φαμὲν τὰ φαινόμενα καὶ μὴ φαινόμενα, ἤγουν μὴ δυνάμενα φανῆναι · καὶ ὁ περὶ τῆς θείας λέγεται κοινωνίας, ὁ ἐσθιόμενος καὶ μὴ δαπανώμενος, ἤγουν δαπανᾶσθαι μὴ δυνάμενος · οὕτω φαμὲν καὶ τὸν ἥλιον μὴ σκοτιζόμενον, καὶ σκότος μὴ φωτιζόμενον · καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀγάθωνα τὸν πάππαν ἐπιστολῇ οἱ αὐτοὶ Πατέρες, Ὅθεν, φασὶ, καὶ ἡμεῖς ὡς πρωτοθρόνῳ σοι τῆς οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας τὸ πρακτέον παρατιθέμεθα, ἐπὶ τὴν στερεὰν πέτραν ἑστῶτι τῆς πίστεως. Τί γὰρ ἄλλο φασὶ διὰ
B τούτων οἱ Πατέρες, ἢ διὰ τὸ εἶναι τὸν πάππαν πρωτόθρονον, ἑστάναι καὶ ἐπὶ τὴν στερεὰν πέτραν τῆς πίστεως ; Εἰ δ' ἔχει τοῦτο ὁ πάπας ᾗ πρωτόθρονος, καὶ πᾶς ἄρα πάππας. Συμμαρτυρεῖ τούτοις καὶ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος ἐν τῇ ἀντιγράφῳ Σάκρᾳ πρὸς Λέοντα τὸν πάππαν κατὰ τὴν ιη' τῆς ἕκτης συνόδου πρᾶξιν, ἐν οἷς φησιν · « Καὶ δόξα τῷ ποιοῦντι δεδοξασμένα Θεῷ, τῷ παρ' ὑμῖν πίστιν ἀπαρεγχείρητον διασώσαντι. Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν, ἐν ᾗ πέτρᾳ τὴν Ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσε, καὶ πύλαις ᾅδου ταῖς αἱρετικαῖς ἐνεδρεύσεσι μὴ κατισχυθήσεσθαι προηγόρευσεν ; ἐξ ἧς ὥσπερ ἐξ οὐρανίων ἀψίδων τῆς ἀληθοῦς ὁμολογίας ὁ λόγος ἀνέλαμψε, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν φιλοχρίστων ἐφώτισε, καὶ τὴν
C ὀρθοδοξίαν κατεψυγμένην ἀνεζωπύρησεν. »

Δύο ἔχεις ἐκ τούτων τῶν λέξεων, Νεῖλε, ὅτι τε ὁ Ῥώμης θρόνος διὰ τὸν θεμελιώσαντα Χριστὸν αἱρετικαῖς ἐνεδρεύσεσιν οὐ καταδαμάζεται, ὅπερ ταυτὸν ἄντικρύς ἐστι τῷ μὴ δύνασθαι καταδαμασθῆναι· ἀναγκαίου γὰρ ὄντος τοῦ προηγουμένου, ἀναγκαίως ἔχει καὶ τὸ ἑπόμενον. Ἀλλὰ μὴν ἀναγκαῖον ἀληθεύειν τὴν προαγόρευσιν τοῦ Χριστοῦ· ἀναγκαῖον ἄρα ἐξ ὑποθέσεως καὶ τὸ ἀκατάβλητον εἶναι ταῖς αἱρέσεσι τὸν Πέτρου θρόνον. Τοῦτο δὲ κατὰ τὴν ἀκολούθησιν τῶν προτάσεων ταυτὸν τῷ ἀδύνατον τὸν πάππαν ἐκπεσεῖν τῶν ὀρθῶν δογμάτων. Ἔχεις δὲ καὶ ὅτι ὁ Ῥώμης θρόνος ἐστὶν, ἐν ᾧ φησιν ὁ βασιλεὺς ἐκεῖνος, γράφων τῷ δευτέρῳ Λέοντι μετὰ τὴν ἕκτην σύνοδον, ὑπὸ Θεοῦ τὴν πίστιν ἀπαρεγχείρητον δια-
D σωθῆναι. Ἦν δὲ Λέων ὁ δεύτερος ἑνδέκατος πάπας ἀπὸ Ὀνωρίου, ὃν ὑμεῖς ὡς αἱρετικὸν μονοθελήτην συκοφαντεῖτε. Λέγεις γάρ ·

ΝΕΙΛΟΣ.

Καὶ Ὀνώριος δὲ, Ῥώμης ἐπίσκοπος ὤν, τῶν ὀρθῶν τε ἐξέβη δογμάτων, καὶ παρὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης συνόδου ἀποκεκήρυκται.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἴπερ Ὀνώριος ἦν αἱρετικὸς, πῶς οὖν μετὰ ταῦτα ἔγραφεν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος· « Δόξα τῷ Θεῷ, τῷ διασώσαντι τὴν πίστιν ἐν τῷ θρόνῳ τοῦ Πέτρου ἀπαρεγχείρητον ; » Οὐ γάρ ἐστι πρὸς τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι περὶ τοῦ ὄντος τότε πάππα Λέοντος τοῦ δευτέρου ἔγραφεν ὁ βασιλεύς· ἐπιφέρει γὰρ αὐτὸς καὶ

λέγει· Πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλεν, ἐν ᾗ πέτρᾳ τὴν Ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσεν; Εἰ γοῦν ἡ αἰτία τοῦ ἀπαρεγχείρητον εἶναι τὴν πίστιν Λέοντος τοῦ δευτέρου ἐκείνη ἐστὶν, ὅτι ὁ Ῥώμης θρόνος πέφυκεν ἡ πέτρα, ἐν ᾗ ὁ Θεὸς τὴν Ἐκκλησίαν ἐθεμελίωσεν, πῶς μόνου τοῦ Λέοντος τὴν πίστιν ἐπαινεῖ ὁ βασιλεὺς ὡς ἀπαρεγχείρητον; Ἐπεχείρεις ἀνωτέρω ἐκ τῆς βασιλικῆς Ἰουστινιανοῦ Νεαρᾶς, καίτοι φαύλως ἐκείνην ἐξηγούμενος· διατί μὴ καὶ ἐκ τῶν ὄντως βασιλικῶν τοῦ Πωγωνάτου λέξεων ἠρανίσω τὴν ἀληθῆ περὶ Ὀνωρίου δόξαν; Λέγεις Ὀνωρίου τῶν ὀρθῶν ἐκβῆναι δογμάτων, καὶ διὰ τοῦτο παρὰ τῆς ἕκτης ἀποκηρυχθῆναι συνόδου. Ὅτι δὲ Ὀνώριος οὐδοτιοῦν τῶν ὀρθῶν δογμάτων ἐξέβη, μάρτυς πρῶτον μὲν ὁ μέγας ὁμολογητὴς Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Πύῤῥον τὸν αἱρετικὸν διαλέξει, καθὰ δὴ ἐπεσημειωσάμεθα ἐν τῇ ιγ' πράξει τῆς ἕκτης συνόδου. Φησὶ δὲ αὐταῖς λέξεσι·

« *Πύῤῥος*. Τί ἔχεις περὶ Ὀνωρίου εἰπεῖν πρὸς τὸν πρὸ ἐμοῦ φανερῶς ἓν δογματίσαντος θέλημα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ; *Μάξιμος*. Τίς ἀξιόπιστος ἐξηγητὴς τῆς τοιαύτης καθέστηκεν ἐπιστολῆς; ὁ ταύτην ἐκ προσώπου Ὀνωρίου συντάξας, ἔτι περιὼν καὶ μετὰ τῶν ἄλλων αὐτοῦ καλῶν καὶ τοῖς τῆς εὐσεβείας δόγμασι πᾶσαν τὴν δύσιν καταφαιδρύνας, ἢ οἱ ἐν Κωνσταντινουπόλει τὰ ἀπὸ καρδίας λαλοῦντες; *Πύῤῥος*. Ὁ ταύτην συντάξας. *Μάξιμος*. Ὁ αὐτὸς οὖν πρὸς τὸν ἅγιον Κωνσταντῖνον τὸν γενόμενον βασιλέα ἐκ προσώπου πάλιν Ἰωάννου τοῦ ἐν ἁγίοις πάπα περὶ τῆς ἐπιστολῆς ἐκείνης γράφων ἔφη, ὅτι « Ἓν θέλημα ἔφημεν ἐπὶ τοῦ Κυρίου, οὐ τῆς θεότητος αὐτοῦ καὶ τῆς ἀνθρωπότητος, ἀλλὰ μόνης τῆς ἀνθρωπότητος. Σεργίου γὰρ γράψαντος, ὥς τινες δύο θελήματα λέγουσιν ἐπὶ Χριστοῦ ἐναντία, ἀντεγράψαμεν, ὅτι ὁ Χριστὸς δύο θελήματα ἐναντία οὐκ εἶχε, σαρκός φημι καὶ πνεύματος, ὡς ἡμεῖς ἔχομεν μετὰ τὴν παράβασιν, ἀλλ' ἓν μόνον τὸ φυσικῶς χαρακτηρίζον τὴν αὐτοῦ ἀνθρωπότητα » Καὶ τούτου ἀπόδειξις ἐναργὴς τὸ καὶ μελῶν καὶ σαρκὸς μνησθῆναι, ἅπερ καὶ ἐπὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ ἐκεῖνα ληφθῆναι οὐ συγχωρεῖ. »

Ταῦτα γράψας πρὸ τῆς ἕκτης συνόδου ὁ μέγας οὗτος Πατὴρ, καὶ ἑρμηνεύσας τὸ ἀληθὲς τοῦ Ὀνωρίου φρόνημα, ἔχει καὶ τὰς αὐτοῦ ἐκείνου ἐπιστολὰς, τὰς ἐμφερομένας τῇ ἕκτῃ συνόδῳ, τὴν ὀρθοδοξίαν τοῦ γράψαντος σαφέστατα μαρτυρούσας.

« Ἐπειδὴ γὰρ οἱ τῆς Κωνσταντινουπόλεως, ὥς φησιν ὁ αὐτὸς ἅγιος Μάξιμος ἐν τῇ πρὸς Μαρῖνον ἐπιστολῇ, τῶν συνοδικῶν τοῦ πάπα ἐν δυσὶν ἐπελάβοντο, τῷ μὲν περὶ θεολογίας, ὅτι εἶπεν ὁ πάπας ἐκπορεύεσθαι κἀκ τοῦ Υἱοῦ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον· τῷ δὲ περὶ τῆς θείας σαρκώσεως, ὅτι περιγέγραφεν, τὸν Κύριον εἶναι δίχα τῆς προπατορικῆς ἁμαρτίας ὡς ἄνθρωπον· Ὀνώριος δὲ ταῦτα εἰδὼς, ἵνα τὴν προπατορικὴν ἁμαρτίαν ἀποκλείσῃ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως, εἰς Κωνσταντινούπολιν γράφων φησὶ πρὸς τὸ ζήτημα· « Ὅθεν καὶ ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐπειδὴ προδήλως ὑπὸ τῆς θεότητος προσελήφθη ἡ ἡμετέρα φύσις, οὐχ

A id facturus non erat in ea petra, super quam ipse fundavit Ecclesiam? Si ergo causa cur Leonis II fides conservata fuerit indepravata, illa est, quod Romana sedes sit petra super quam Deus fundavit Ecclesiam, qua ratione dici potest imperator solius Leonis fidem ut indepravatam laudare? Arguebas tu supra ex imperatoris Justiniani novella, licet male illam exciperes, cur etiam ex vere imperatoriis Pogonati verbis non collegisti veram de Honorio sententiam? Ais, Honorium a rectis dogmatibus aberrasse et fuisse propterea a sexta synodo damnatum. Atqui Honorium a rectis dogmatibus non aberrasse, testis est primo quidem eximius confessor Maximus in Dialogo cum Pyrrho hæretico, sicut adnotatum a nobis fuit actione XIII, B sextæ synodi in editione Romana Conciliorum generalium. Verba ejus hæc sunt :

« *Pyrrhus*. Quid habes de Honorio dicere, qui ad prædecessorem meum scribens, unam Domini nostri Jesu Christi voluntatem aperte dogmatizavit? *Maximus*. Quis fide dignus interpres erit illius epistolæ? qui eam ex persona Honorii composuit, estque adhuc superstes, inter alia sua bona hoc etiam conspicuus, quod pietatis dogmatibus universum illustravit Occidentem, an Constantinopolitani, quæ sibi sunt cordi loquentes? *Pyrr*. Qui eam composuit. *Max*. Ille idem igitur ad divum Constantinum quondam imperatorem rursum ex persona sancti papæ Joannis, de epistola illa scri- C bens ait : « Unam diximus voluntatem in Domino, non divinitatis ejus et humanitatis, sed solius humanitatis. Cum enim scripsisset Sergius, affirmare quosdam in Christo duas contrarias voluntates, rescripsimus Christum non habuisse duas contrarias voluntates, carnis, inquam, et spiritus, ut nos habemus post transgressionem sed unam tantum, quæ naturaliter humanitati ejus nota essentialis est. » Id ita esse evidenter ex eo demonstratur, quod membrorum et carnis facta est mentio, quæ divinitati quoque ejus non possunt attribui. »

Hæc ante sextam synodum scripsit magnus hic Pater, et exposita vera Honorii sententia, habet etiam ipsius epistolas in sexta synodo expositas D act. XII et XIII, orthodoxam scriptoris fidem manifestissime attestantes.

« Nam quia Constantinopolitani, ut idem sanctus Maximus ait in epistola ad Marinum, duo quædam adnotaverant in synodicis papæ : unum ad divina spectans, quod papa dixisset, etiam a Filio procedere Spiritum sanctum; alterum de incarnatione, quod scripsisset papa, Dominum ut hominem esse absque originali peccato, Honorius hæc sciens, ut culpam originalem excluderet ab incarnatione divina, Constantinopolim Sergio scribens ad quæsitum ait : « Unde et unam voluntatem fatemur Domini nostri Jesu Christi, quia profecto a divinitate assumpta est nostra natura, non culpa in illa. » Si Monothelitarum hæresi laborasset Hono-

rius, dixisset : Unam fatemur voluntatem, quia solum divinam habebat voluntatem; nunc autem voluntatis singularitatem refert tantummodo ad excludendum ab humanitate peccatum originale; at quæ in hoc hæresis? Et apertius explicando subjungit : « Nam quia sine peccato conceptus est de Spiritu sancto, etiam partus sine peccato est ex sancta Virgine, nullum expertus contagium vitiatæ naturæ. » — «At quomodo apertius exprimi posset Honorii mens, unam in Christo ponentis voluntatem, non juxta perversum Monothelitarum sensum, ut unam divinitatis et humanitatis voluntatem assereret, sed solius humanitatis, ad improbandos eos, qui ponebant in Christo peccatum originale? » Et rursus infra : « Nam alia lex in membris, aut voluntas diversa vel contraria non fuit in Salvatore, qui natus est supra legem humanæ naturæ. » Et hoc sensu mox negat in Christo diversam, hoc est contrariam voluntatem : « Ut non suam, inquit, unusquisque voluntatem, sed potius Domini præferat in omnibus. » Ita juxta hunc sensum negatis in humanitate Christi duabus contrariis voluntatibus, infra disserit de duabus in Christo naturis et voluntatibus, perfecte quæ propria sunt operantibus. Nam quia Dominus noster Jesus Christus Filius et Verbum Dei, unus idemque sit operans divina et humana perfecte, sacræ Litteræ luculenter demonstrant. Vides, unum ab eo poni operantem, et in duabus naturis quæ sunt utriusque propria perfecte operantem; et hoc ipsum prædicat sextæ synodi definitio. « Quod porro attinet ad enumerationem operationum, non eodem sensu fuit Honorius et Orientales. Sicut enim aliter intellexit duas voluntates Honorius, et aliter Orientales, ita pariter et operationes. Nam Monothelitæ Orientales impossibile aiebant, exsistere in Christo duas simul et conjunctas voluntates sive contrarias, sive similes; Honorius autem fatebatur duas Christi naturas perfecte operantes divina et humana; et unam esse docuit voluntatem qua negabat in Christo contrariam carni ex peccato voluntatem. »

ἁμαρτία ἐν ἐκείνῃ. » Εἴπερ ἦν Ὀνώριος Μονοθελήτης, ἔφησεν ἄν· Ἓν θέλημα ὁμολογοῦμεν, ἐπειδὴ μίαν εἶχε καὶ μόνην τὴν θείαν θέλησιν. Νῦν δὲ τὴν ἑνότητα τοῦ θελήματος ἀναφέρει πρὸς τὸ ἀποκλεῖσαι μόνον τῆς ἀνθρωπότητος τὴν προγονικὴν ἁμαρτίαν· ποία γοῦν ἐνταῦθα αἵρεσις; Καὶ τοῦτο ἐπεξηγούμενος ἐπισυνάπτει· « Ἐπειδὴ γὰρ χωρὶς ἁμαρτίας συνελήφθη ἐκ Πνεύματος ἁγίου, διὰ τοῦτο καὶ χωρὶς ἁμαρτίας ἐστὶν ὁ τόκος ὁ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου, μὴ μετασχὼν πείρας τῆς ἁμαρτησάσης φύσεως. » Πῶς ἂν φανερώτερον παραστῆσαι τις τὸν σκοπὸν τοῦ Ὀνωρίου, ὅτι ἓν θέλημα ἐδογμάτισεν ἐπὶ Χριστοῦ οὐ κατὰ τὴν διεστραμμένην τῶν Μονοθελητῶν ἔννοιαν, ὥστε λέγειν τῆς θείας καὶ ἀνθρωπίνης φύσεως ἓν θέλημα, ἀλλὰ μόνον τῆς ἀνθρωπίνης πρὸς ἀποδοκιμὴν τῶν θεμένων ἐν Χριστῷ τὸ προγονικὸν ἁμάρτημα; Καὶ πάλιν ἐν οἷς κατωτέρω λέγει· « Ἕτερος γὰρ νόμος τοῖς μέλεσιν, ἢ θέλημα διάφορον, ἢ ἐναντίον οὐ γέγονεν ἐν τῷ Σωτῆρι, ἐπειδὴ ὑπὲρ νόμον ἀνθρωπίνης φύσεως ἐτέχθη. » Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον εὐθὺς ἀρνεῖται ἐν τῷ Χριστῷ διάφορον θέλημα, τουτέστιν ἐναντίον· « Ἵνα μὴ, φησὶ, τὸ ἴδιον ἕκαστος θέλημα, ἀλλὰ τὸ τοῦ Κυρίου μᾶλλον ἐν πᾶσι προτιμᾷ. » Οὕτω γοῦν κατὰ ταύτην τὴν ἔννοιαν δύο θελήματα ἐναντία ἐν τῇ ἀνθρωπότητι τοῦ Χριστοῦ ἀρνησάμενος, κατωτέρω περὶ τῶν Χριστοῦ δύο φύσεων καὶ θελήσεων τελείως ἐνεργουσῶν τὰ ἴδιά φησιν. Ὅτι γὰρ ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος τοῦ Θεοῦ εἷς καὶ ὁ αὐτός ἐστιν, ἐνεργῶν τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα τελείως, αἱ θεῖαι Γραφαὶ φανερῶς ἀποδεικνύουσιν. Ὁρᾷς, ὅτι ἕνα θεολογεῖ τὸν ἐνεργοῦντα, καὶ ἐν δύο φύσεσι τελείως τὰ ἑκατέρας ἴδια φύσεως ἐνεργοῦντα; Τοῦτ' αὐτὸ κηρύττει καὶ ὁ τῆς ἕκτης συνόδου ὅρος· « Περὶ δὲ τῆς ἀπαριθμήσεως τῶν ἐνεργειῶν οὐ τὴν αὐτὴν ἔσχεν ἔννοιαν τοῖς ἀνατολικοῖς Ὀνώριος· ὥσπερ γὰρ ἄλλως ἐξέλαβε τὰ δύο θελήματα παρὰ τοὺς ἀνατολικοὺς, οὕτω καὶ τὰ περὶ ἐνεργείας· οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικοὶ Μονοθελῆται ἀδύνατον ἔλεγον εἶναι δύο ἐν τῷ Χριστῷ ἅμα καὶ κατὰ ταυτὸν ὑφεστάναι θελήματα, εἴτε ἐναντία, εἴτε ὅμοια· ὁ δὲ Ὀνώριος τὰς δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ τελείως ἐνεργεῖν τὰ θεῖα καὶ τὰ ἀνθρώπινα καθωμολόγει· καὶ τὸ ἓν θέλημα ἐδογμάτισεν, ἀρνούμενος ἐν τῷ Χριστῷ τὸ ἐναντίον θέλημα τῆς σαρκὸς ἐκ τῆς ἁμαρτίας. »

Itaque et unam et duas ponebat orthodoxe voluntates : duas similes, divinam et humanam, videlicet non contrarias; et humanam unam, eo quod sine peccato conceptus sit, et incapax fuerit originalis peccati. Ut igitur diversus fuit Honorii et Orientalium de voluntatibus sensus, et diversus quoque de operationibus fuit. Orientales enim operationem divinitati tribuebant, passiones carni; ut divinitas quidem moveret, caro autem moveretur, essetque nova quædam Christi Dei virilis operatio. Quare et unam statuebant, carne scilicet nullam propriam habentem operationem. Honorius autem in priore ad Sergium epistola, act. XII sextæ synodi, « Verum, inquit, propter opera divinitatis et humanitatis una, an duæ dicendæ vel

Ὥστε καὶ δύο ἔλεγεν ὀρθοδόξως τὰ θελήματα, καὶ ἓν ὀρθοδόξως· δύο ὅμοια τὸ θεῖον καὶ τὸ ἀνθρώπινον, τουτέστιν οὐχ ὑπεναντία· καὶ ἓν τὸ ἀνθρώπινον, διὰ τὸ χωρὶς ἁμαρτίας συλληφθῆναι καὶ ἄδεκτον εἶναι τῆς προγονικῆς ἁμαρτίας. Ὥσπερ οὖν τὸ περὶ θελημάτων διαφόρως ἐξειλήφασιν οἱ ἀνατολικοὶ καὶ Ὀνώριος, οὕτω καὶ τὸ περὶ ἐνεργειῶν διαφόρως ἐξειλήφασιν. Οἱ μὲν γὰρ ἀνατολικοὶ τῆς θεότητος ἔλεγον τὴν ἐνέργειαν, τῆς σαρκὸς τὰ πάθη· ὥστε τὴν μὲν θεότητα κινεῖν, τὴν δὲ σάρκα κινεῖσθαι· καὶ εἶναι καινήν τινα τοῦ Χριστοῦ θεανδρικὴν ἐνέργειαν· ὅθεν δὴ καὶ μίαν ἐδογμάτιζον, ὡς μὴ ἐχούσης ἰδίαν ὅλως ἐνέργειαν τῆς σαρκός· ὁ δὲ Ὀνώριος ἐν τῇ προτέρᾳ πρὸς Σέργιον ἐπιστολῇ τῆς ιβ' πράξεως τῆς ἕκτης συνόδου, « Πότερον, φησὶ, διὰ τὰ ἔργα

τῆς θεότητος καὶ τῆς ἀνθρωπότητος μία ἢ δύο ἐνέργειαι ὀφείλουσι λέγεσθαι ἢ νοεῖσθαι, ταῦτα πρὸς ἡμᾶς ἀνήκειν οὐκ ὀφείλουσιν, ἀλλὰ καταλιμπάνομεν ταῦτα τοῖς γραμματικοῖς· ἡμεῖς γὰρ οὐ μίαν ἐνέργειαν ἢ δύο τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τὸ αὐτοῦ ἅγιον Πνεῦμα διὰ τῶν ἁγίων Γραφῶν παρελάβομεν, ἀλλὰ πολυτρόπως ἔγνωμεν αὐτὸν ἐνεργοῦντα. Διαιρέσεις γὰρ ἐνεργειῶν εἰσιν. Εἰ δὲ διαιρέσεις ἐνεργειῶν πολλαί εἰσι, καὶ ταύτας πάσας ὁ Θεὸς ἐν πᾶσι τοῖς μέλεσι τοῦ πεπληρωμένου σώματος ἐνεργεῖ, πόσῳ μᾶλλον ἐν τῇ κεφαλῇ ἡμῶν Χριστῷ τῷ Κυρίῳ ταῦτα δύνανται πληρέστατα ἁρμοσθῆναι; Εἰ γὰρ ἐν ἄλλοις, τουτέστιν ἐν τοῖς μέλεσι τοῖς ἰδίοις, τὸ Πνεῦμα τοῦ Χριστοῦ πολυτρόπως ἐνεργεῖ, πόσῳ μᾶλλον δι' ἑαυτοῦ τοῦ μεσίτου Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων B πληρέστατα καὶ τελειότατα, καὶ πολυτρόπως καὶ ἀφράστως δέον ἡμᾶς ὁμολογεῖν τῇ κοινωνίᾳ ἑκατέρας φύσεως αὐτοῦ ἐνεργεῖν; » Καὶ κατωτέρω· « Ἁπλότητι καὶ ἀληθείᾳ ὁμολογοῦντες τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἐνεργοῦντα ἐν τῇ θείᾳ καὶ ἀνθρωπίνῃ φύσει. Ὁρᾷς ὅσον τὸ διάφορον; Οἱ Μονοθελῆται τὴν ἀνθρωπότητα ἐν τῷ Χριστῷ πάσχουσαν μόνον, οὐχὶ δὲ καὶ ἐνεργοῦσαν ἐδογμάτιζον. Ὁνώριος δὲ ἄνω καὶ κάτω ἐν τῷ Χριστῷ ἐνεργοῦσαν ὁμολογεῖ. Οἱ Μονοθελῆται μίαν τῷ εἴδει θεανδρικὴν ἔλεγον ἐνέργειαν. Ὁνώριος δὲ περὶ ἀριθμοῦ ἐνεργειῶν τὴν ἀμφισβήτησιν εἶναι ὑποτοπάσας ἐατέα φησὶ ταῦτα τοῖς γραμματικοῖς, οἵτινες περὶ ἀριθμῶν ἑνικῶν καὶ πληθυντικῶν τεχνολογοῦσιν· εἶτα ἐκ διαμέτρου τοῖς Μονοθελήταις, C τὴν ἀνθρωπότητά τοῦ Χριστοῦ οὐχ ὅπως ἀνενέργητον, ἀλλὰ πολυτρόπως καὶ πληρέστατά φησιν ἐνηργηκέναι. Εἰ γὰρ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν τοῖς μέλεσι πολυτρόπως ἐνεργεῖ, πόσῳ μᾶλλον Χριστὸν τὴν κεφαλὴν ἡμῶν ὁμολογητέον τῇ κοινωνίᾳ ἑκατέρας φύσεως πληρέστατα καὶ τελειότατα ἐνεργεῖν; »

Ἀδελφὰ τούτοις καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς προτέρας ἐπιστολῆς, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ δευτέρᾳ ἥτις ἐμφέρεται τῇ ιγ' πράξει, παλιλλογεῖ Ὁνώριος, μὴ δεῖν λέγειν μίαν ἢ δύο ἐνεργείας βουλόμενος, ἀλλ' ἕνα Χριστὸν ἐν ἑκατέραις ταῖς φύσεσιν ἐνεργούσαις καὶ πρακτικαῖς. Ἐξ ὧν προδηλότατα ἐπιφέρεται τὴν μίαν καὶ τὰς δύο ἐνεργείας ὁμωνύμως ἐξειλῆφθαι, καὶ ἄλλως μὲν παρὰ τῶν ἀνατολικῶν δυσσεβῶς, ἄλλως δὲ παρὰ Ὁνωρίου εὐσεβῶς, καὶ ταύτην τὴν ὁμωνυμίαν αἰτίαν γενέσθαι τοῖς ἀνατολικοῖς τοῦ συγκαταριθμῆσαι Ὁνώριον τοῖς αἱρετικοῖς Μονοθελήταις, ἄνδρα D πολλῶν ἄξιον ἐπαίνων, καὶ τῆς μονοθελήτου βλασφημίας ἀλλοτριώτατον. Οἱ μὲν γὰρ ἓν ὅλως θέλημα ἐπὶ Χριστοῦ τὸ θεῖκὸν, ὁ δὲ ἓν θέλημα τῆς ἀνθρωπότητος ἔλεγε τοῦ Χριστοῦ· ἐκεῖνοι ἀνενέργητον τὴν τοῦ Χριστοῦ ἔλεγον ἀνθρωπότητα, ὁ δὲ ποικιλοτρόπως ἐνεργητικὴν ἐδογμάτιζεν· ἐκεῖνοι ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν, ὁ δὲ ἕνα τὸν ἐνεργοῦντα τὰ ἴδια τῆς θεότητος, καὶ τὰ ἴδια τῆς ἀνθρωπότητος. Ἐκεῖνοι δύο θελήματα καὶ δύο ἐνεργείας ἀκοῦσαι οὐδόλως ἠνείχοντο· ὁ δὲ οὔτε διὰ τοὺς Νεστοριανοὺς ἐδοκίμαζε μίαν, οὔτε δύο, διὰ τοὺς Εὐτυχιανοὺς, ἀλλ' ἕνα τὸν ἐνεργοῦντα τελείως τὰ τῶν φύσεων ἴδια· ἥντινα ὁμολογίαν ὀρθοδοξίας πλήρη, εἴπερ οἱ τότε ἀνατολι-

A intelligendæ sint operationes, ad nos ista pertinere non debent, sed grammaticis ea relinquimus. Nos enim non unam operationem, vel duas Dominum nostrum Jesum Christum et sanctum ejus Spiritum per sanctas Scripturas accepimus, sed multiformiter illum novimus operatum. Divisiones enim operationum sunt. Quod si divisiones operationum multæ sunt, et has omnes Deus in omnibus membris pleni corporis operatur, quanto magis capiti nostro Christo Domino hæc possunt plenissime adaptari? Si enim in aliis, id est in suis membris, Christi Spiritus multiformiter operatur, quanto magis per semetipsum mediatorem Dei et hominum plenissime ac perfectissime, multiformiter et ineffabiliter confiteri nos oportet communione utriusque naturæ suæ operatum? » Et infra: « Simpliciter ac veraciter confitentes Dominum nostrum Jesum Christum unum et eumdem operantem in divina et humana natura. Vides quantum differat? Monothelitæ asseverabant Christi humanitatem pati, solum non agere; Honorius passim fatetur operantem humanitatem. Monothelitæ unam ponebant specie operationem, quam theandricam vocabant; Honorius, controversiam esse suspicatus de numero operationum, relinquenda hæc ait esse grammaticis, qui de singulari et plurali numero disputant, et ex diametro contra Monothelitas, Christi humanitatem non modo operatione non vacuam, sed multiformiter et plenissime operantem ait. Si enim in membris operatur multiformiter Spiritus sanctus, quanto magis fatendum est Christum caput nostrum communione utriusque naturæ plenissime et perfectissime operatum. »

Iis consimilia et in fine prioris epistolæ, et per totam secundam epistolam, quæ habetur act. XIII, Honorius repetit; non esse dicendum asserens unam aut duas operationes, sed unum Christum in utraque natura operativa et activa; ex quibus manifestissime infertur, unam et duas operationes fuisse æquivoce sumptas, aliter quidem et impie ab Orientalibus, aliter vero et pie ab Honorio, et hanc æquivocationem exstitisse Orientalibus causam annumerandi Honorium inter hæreticos Monothelitas, cum is fuerit multa dignus laude et a blasphemia Monothelitarum alienissimus. Illi enim una prorsus in Christo voluntatem, nempe divinam, hic vero unam humanitatis Christi voluntatem aiebat; illi humanitatem Christi operatione vacuam, hic multiformiter operantem asserebat. Illi unam voluntatem et operationem unam; hic unum operantem propria divinitatis et propria humanitatis. Illi duas voluntates et duas operationes audire nullo modo patiebantur; hic vero nec unam propter Eutychianos, nec duas approbabat propter Nestorianos, sed unum operantem perfecte quæ sunt naturarum propria. Quam orthodoxiæ plenam confessionem, si tunc temporis

Orientales non rejecissent tanquam hæreticam, recentiores eorum theologi Constantinopolitani nunquam fuissent commenti monstrosum dogma ex verbis sextæ synodi bene ab ea prolatis. Cum enim sexta synodus pie dixerit duas esse naturales voluntates, et duas naturales operationes in uno Christo, recentiores illi opinati sunt, operationes a subjectis earum pari modo distingui : ut quemadmodum in humanis aliud natura, aliud est operatio naturæ, ita etiam in divinis aliud sit divina essentia, aliud operatio divina; male acceptis sextæ synodi verbis, quæ recte statuerat duas naturales operationes. Illi tamen non ita sentientes vocant blasphemos, ut videre est in eorum synodico, quod legunt prima Dominica Quadragesimæ. Falso igitur dicis, Nile, Honorium in fide errasse. Si vero quæras, Cur igitur a synodo damnatus est? damnatum dicimus, sed a synodo acephala, solis videlicet Orientalibus, papæ legatis nihil ad hoc conferentibus. Quod evidenter probatur ex epistola Agathonis papæ act. IV sextæ synodi. Cum enim suspicaretur papa, quod postea evenit, sciretque quod ait sanctus Maximus, ut dictum est, in suo Dialogo, et fama vulgatum erat, Constantinopolitanos numerare Honorium inter Monothelitas, duo dicit, quæ ad hoc faciunt in epistola ad imperatores : « Propterea licentiam, sive auctoritatem legatis dedimus apud serenissimum vestrum imperium, ut simpliciter satisfaciant in quantum eis duntaxat injunctum est, ut nihil profecto præsumant addere, minuere, aut mutare. » Et infra : « Hæc spiritalis mater vestri serenissimi imperii, apostolica Christi Ecclesia, quæ per Dei omnipotentis gratiam a tramite apostolicæ traditionis nunquam errasse probabitur, nec hæreticis novitatibus depravata succubuit; sed ut ab exordio fidei Christianæ percepit ab auctoribus suis apostolorum Christi principibus illibata usque ad finem permanet, secundum ipsius Domini Salvatoris divinam promissionem; quam suorum discipulorum principi in Evangeliis fecit inquiens : *Petre, Petre, ecce Satan expetivit ut cribraret vos, sicut qui triticum cribrat : ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua : et tu aliquando conversus confirma fratres tuos*[6]. » (Hoc ipsum et synodica episcoporum suggestio post epistolam papæ disertis verbis continet.) Et infra : « Unde et apostolicæ memoriæ prædecessores mediocritatis meæ, Dominicis instructi doctrinis ex quo præsules Ecclesiæ Constantinopolitanæ novitatem hæreticam introducere conati sunt in immaculatam Christi Ecclesiam nunquam eos hortari neglexerunt, et hortando commovere, ut a pravi dogmatis hæretici errore saltem tacendo abstinerent. »

A καὶ μὴ ὡς αἱρετικὴν ἀπεβάλοντο, οὐκ ἂν οἱ μεταγενέστεροι τῶν ἐν Βυζαντίῳ θεολογούντων ἐκ τῶν καλῶς τῇ ἕκτῃ συνόδῳ ῥηθέντων δόγμα ἀλλόκοτον ἐφαντάσθησαν. Εἰπούσης γὰρ εὐσεβῶς τῆς ἕκτης συνόδου δύο φυσικὰ θελήματα καὶ δύο φυσικὰς ἐνεργείας ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ, ἐκεῖνοι ἐπίσης ἐνόμισαν τὰς ἐνεργείας τῶν ὑποκειμένων αὐταῖς διακρίνεσθαι, καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἀνθρωπίνων ἄλλο ἡ φύσις, ἄλλο ἡ ἐνέργεια τῆς φύσεως, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θείων ἄλλο εἶναι τὴν οὐσίαν, καὶ ἄλλο τὴν θείαν ἐνέργειαν· τὰς ἀφορμὰς κακῶς ἐκλαβόντες παρὰ τῆς ἕκτης συνόδου, δογματισάσης ὀρθῶς δύο φυσικὰς ἐνεργείας· ὅθεν καὶ τοὺς μὴ οὕτω φρονοῦντας καλοῦσι βλασφήμους, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐν τῷ ἀναγινωσκομένῳ αὐτῶν συνοδικῷ τῇ Κυριακῇ B τῆς ὀρθοδοξίας. Οὕτω μὲν οὖν ψευδὴς ἀπελήλεγκταί σου, Νεῖλε, ἡ ῥῆσις, ὅτι Ὀνώριος τῶν ὀρθῶν ἐξέβη δογμάτων. Εἰ δὲ ζητεῖς, Πῶς οὖν παρὰ τῆς συνόδου ἀποκεκήρυκται; ἀποκεκηρύχθαι φαμὲν, ἀλλὰ παρ' ἀκεφάλου τῆς συνόδου, μόνων δηλαδὴ τῶν ἀνατολικῶν, μηδὲν πρὸς τοῦτο συμβαλλομένων τοῦ πάπα τῶν πρέσβεων· καὶ τούτου ἐναργὴς ἀπόδειξις ἡ ἐπιστολὴ τοῦ πάπα Ἀγάθωνος κατὰ τὴν τετάρτην τῆς ἕκτης συνόδου πρᾶξιν. Ὑφορώμενος γὰρ τὸ μέλλον ὁ πάπας, καὶ εἰδὼς οἷα περιήγγελλεν ἡ φήμη, ὅτι Ὀνώριον οἱ Κωνσταντινουπολῖται ἐν τοῖς Μονοθελήταις ἠρίθμουν, ὡς εἰπόντες ἔφθημεν ἐκ τῆς διαλέξεως τοῦ ὁσίου Μαξίμου· δύο τινὰ λέγει πρὸς τοῦτο ἁρμόδια ἐν τῇ πρὸς τοὺς βασιλέας ἐπι- C στολῇ· « Διόπερ ἄδειαν, ἤγουν αὐθεντίαν, δεδώκαμεν τοῖς τοποτηρηταῖς πρὸς τὸ ὑμέτερον γαληναῖον κράτος τοῦ ἁπλῶς ἀπολογήσασθαι εἰς ὅσον αὐτοῖς μόνον ἐπετέθη, ἵνα μηδὲν δηλονότι προπετεύσωνται προσθεῖναι, ἢ ὑφελεῖν, ἢ ἀλλάξαι· » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ κατωτέρω· « Αὕτη ἡ πνευματικὴ μήτηρ τοῦ ὑμετέρου γαληναίου κράτους, ἡ ἀποστολικὴ τοῦ Χριστοῦ Ἐκκλησία, ἥτις διὰ τῆς χάριτος τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀποστολικῆς παραδόσεως οὐδέποτε πλανηθῆναι δείκνυται, οὔτε τοῖς τῶν αἱρετικῶν καινισμοῖς στρεβλωθεῖσα ὑπέπεσεν· τοῦτ' αὐτὸ περιέχει καὶ ἡ συνοδικὴ ἀναφορὰ, ἡ μετὰ τὴν ἐπιστολὴν τοῦ πάπα· ἀλλὰ καθὼς ἐκ προοιμίων τῆς τῶν Χριστιανῶν πίστεως παρέλαβεν ἀπὸ τῶν ἰδίων αὐθεντῶν τῶν κορυφαίων τοῦ Χριστοῦ ἀποστό- D λων, ἀπαράτρωτος μέχρι τέλους μένει κατὰ τὴν τοῦ Κυρίου αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος θείαν ἐπαγγελίαν, ἣν τῷ ἐξάρχῳ τῶν αὐτοῦ μαθητῶν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὡμολόγησε φήσας· *Πέτρε, Πέτρε, ἰδοὺ ὁ σατανᾶς ἐξῄτησε τοῦ σινιάσαι ὑμᾶς, ὡς ὁ σινιάζων τὸν σῖτον· ἐγὼ δὲ περὶ σοῦ ἠρώτησα, ἵνα μὴ ἐκλείπῃ ἡ πίστις σου. Καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας στήριξε τοὺς ἀδελφούς σου.* » Καὶ κατωτέρω· « Ὅθεν καὶ οἱ τῆς ἀποστολικῆς μνήμης, οἱ προηγησάμενοι τὴν ἐμὴν μετριότητα, ταῖς δεσποτικαῖς διδασκαλίαις κατηρτισμένοι, ἐξότου καινοτομίαν αἱρετικὴν εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ ἄμωμον Ἐκκλησίαν οἱ πρόεδροι τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας εἰσαγαγεῖν ἐπεχείρουν, οὐδέποτε ἠμέλησαν τούτους προτρέψασθαι, καὶ παρακαλοῦντες ὑπομνῆσαι, ἵνα ἀπὸ τοῦ φαύλου δόγματος τῆς αἱρετικῆς πλάνης κἂν σιωπῶντες ἀποστήσωνται. »

[6] Luc. XXII, 31.

Ἐν τούτοις ὁ μακάριος πάπας Ἀγάθων λέγει δεδωκέναι τοῖς τοποτηρηταῖς ἄδειαν τοῦ ἁπλῶς ἀπολογήσασθαι, καὶ μηδὲν ἕτερον τολμῆσαι· λέγει μηδένα Ῥώμης ἀρχιερέα περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλθαι. Εἶτα καὶ διὰ τοῦ προτρέψασθαι κἂν σιωπᾷν περιγράφῃ τὸν Ὀνώριον. Ἢ τοίνυν ὅτε οἱ ἀνατολικοὶ ἀπεκήρυσσον τὸν Ὀνώριον, συμψήφους εἶχον καὶ τοὺς τοποτηρητὰς τοῦ πάπα, ἢ οὐκ εἶχον, ἔχομεν ὃ ἐζητοῦμεν· ὅπερ εἶχον, ἀθέσμως εἶχον, τοιαύτην αὐτοῖς ἄδειαν μὴ δεδωκότος τοῦ πάπα· πῶς γὰρ ἂν ἔδωκε τοιαύτην ἄδειαν ὁ πάπας τοῦ ἀναθεματίσαι Ὀνώριον, ὅστις καθάπαξ διαβεβαιοῦται, μηδένα Ῥώμης ἀρχιερέα περὶ τὴν πίστιν ἐσφάλθαι; καὶ περιγράφων ἐπαινεῖ τὸν Ὀνώριον, ὃς δέκατος πρὸ Ἀγάθωνος ἐγεγόνει πάπας.

In his licentiam se dedisse ait beatus papa Agatho suis legatis, ut simpliciter de fide responderent, et nihil aliud auderent. Dicit, nullum Romanum pontificem in fide errasse. Deinde cum Romanos pontifices hortatos ait, ut Constantinopolitani saltem tacerent, circumscribit Honorium. Aut ergo quando Orientales damnabant Honorium, consentientes habebant etiam legatos papæ, aut non habebant. Si non habebant, certum est quod dicimus; si vero habebant, illicite habebant, nulla tali facultate præditos a pontifice. Quomodo enim pontifex talem dedisset facultatem anathematizandi Honorium, qui expresse asserit nullum Romanum pontificem errasse in fide? et describendo Honorium landat, qui decimus ante Agathonem fuerat papa?

Οὕτω μὲν οὖν ἐναργῶς ἔχομεν, ὅτι μόνοι τὸν Ὀνώριον οἱ ἀνατολικοὶ ἀπεκήρυξαν.

Ita plane constat, Honorium a solis damnatum Orientalibus.

Ὥσπερ δὲ ἡ τετάρτη σύνοδος, ἐκθεμένη τὸν κανόνα περὶ τῶν πρεσβείων Κωνσταντινουπόλεως χωρὶς τοῦ πάπα, οὐδὲν συνεπέρανεν· οὕτω καὶ ἡ ἕκτη σύνοδος, χωρὶς τοῦ πάπα τὸν Ὀνώριον διὰ τὰς κακῶς ἐκληφθείσας ὁμωνυμίας ἀποκηρύξασα, οὐδὲν συνεπέρανε. Οὔτε γοῦν Ὀνώριος αἱρετικὸς, οὔτε κυρίως ὑπὸ τῆς συνόδου ἀπεκηρύχθη· ἀλλὰ καὶ ὀρθοδοξότατός ἐστι, καὶ οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ τὸ ἀνάθεμα· βοῶντος τοῦ μεγάλου πάπα Λέοντος ἐν ταῖς μετὰ τὴν τετάρτην σύνοδον ἐπιστολαῖς, μάλιστα δὲ ἐν τῇ πρὸς Πουλχερίαν τὴν Αὐγοῦσταν· « Τὰς ξυμφωνίας τῶν ἐπισκόπων, αἳ παρὰ κανόνας γίνονται, ἀκυροῦμεν, καὶ τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Πέτρου καθόλου τοῦτο ὁριζόμενοι ἀθετοῦμεν. »

Sicut autem quarta synodus, quia suum canonem de honore Constantinopolitani episcopi absque papa condiderat, nihil peregit, ita et sexta synodus, quando propter illas æquivocationes absque papa damnavit Honorium, nihil peregit. Quare nec hæreticus Honorius, nec est proprie a synodo damnatus; sed et ipse orthodoxissimus, et anathema illum non attingit. Clamat enim in suis epistolis, tertia Chalcedonensis synodi parte, præsertim vero ad Pulcheriam Augustam Leo Magnus papa: « Consensiones episcoporum sanctorum regulis repugnantes in irritum mittimus et per auctoritatem beati Petri apostoli generali prorsus definitione cassamus. »

ΝΕΙΛΟΣ.

« Εἰ δὲ Ὀνώριος Ῥώμης ἐπίσκοπος καὶ αἱρετικὸς, δυνατὸν ἄρα τὸν πάπαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων· οὐκ ἄρα ἐκλιπόντος αὐτοῦ τὴν πίστιν, ὁ τοῦ Κυρίου διαπέπτωκε λόγος, ὃν περὶ τῆς Ἐκκλησίας εἰρήκει, πύλας ᾅδου μὴ δυνηθῆναι ταύτης περιγενέσθαι· ἔστι γὰρ ἐν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις καὶ μάλα τὴν εὐσέβειαν σώζεσθαι. Φανερὸν δὲ ἐκ τούτων μηδὲ τῇ τῆς Ῥώμης Ἐκκλησίᾳ προσήκειν τὸ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ τὴν Ἐκκλησίαν ᾠκοδομῆσθαι· τοῦτο γὰρ καὶ φορτικὸν, καὶ οὐ πόῤῥω τῆς Ἰουδαϊκῆς ταπεινότητος, περιγράφειν τῇ Ῥώμῃ τὴν Ἐκκλησίαν. Ἀλλ' ᾠκοδόμησε τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Χριστὸς ἐπὶ τῇ θεολογίᾳ τοῦ Πέτρου, καὶ ἐπὶ πᾶσιν οἳ ταύτης τῆς ὁμολογίας φύλακες ἔσονται. »

NILUS (Cap. VI).

« Quod si Honorius Romanus est episcopus et hæreticus, potest ergo papa in fide errare. Non igitur fide papæ deficiente corruit sermo Domini, quem de Ecclesia protulit; portas inferi adversus eam non prævalituras. Potest enim plane in cæteris episcopis esse fides salva. Ex his etiam liquet, Romanæ Ecclesiæ nequaquam convenire, ut super illam petram ædificata sit Ecclesia. Hoc enim grave est, et non multum distat a tenuitate Judaica, Ecclesiam Romana urbe circumscribere. Sed Ecclesiam ædificavit Christus super confessionem Petri, et universis qui confessionis ejus custodes erunt. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ὅσα ἐπιφέρεις, ψευδεῖ ἐπιστηρίξας θεμελίῳ, φροῦδα τυγχάνει. Εἰ γὰρ Ὀνώριος ὀρθοδοξίας λαμπτὴρ, καὶ ἀδίκως ἐπὶ ὁμωνυμίαις κατεκρίθη παρὰ τῶν ἀνατολικῶν, βουληθέντων ἄλλως ἐκδέξασθαι τὰς Ὀνωρίου λέξεις, ἢ παρ' ἐκείνου ἐγράφησαν· πῶς ἔστι τὸν πάπαν ᾗ πάπαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων; Εἰ γὰρ ἐκπέσοι, διαπέπτωκεν ὁ τοῦ Κυρίου λόγος καὶ ἡ ἐπαγγελία, ὥς φησιν ὁ μακάριος Ἀγάθων, καὶ ὁ βασιλεὺς Πωγωνάτος, ὧν σοι τὰ ῥητὰ ἤδη προενηνόχαμεν. Τὸ δὲ ἐν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις

CONFUTATIO.

Quæcunque infers vana sunt ex falso posito fundamento. Nam si Honorius orthodoxiæ radios emittit et nullo suo merito damnatus est ob æquivocationes ab Orientalibus, qui voces ejus in alium excepere sensum quam ab eo scriptæ erant, nullo modo probasti, papam, ut papam, errare posse in fide; si enim erraverit, sermo Domini dilapsus est, et defecit promissio: quod negat sanctus papa Agatho, et imperator Constantinus Pogonatus, ut supra exposuimus. In cæteris autem episcopis con-

servari posse rectam fidem, sicut confessionem dicis consonam Petri cathedræ, esto; si vero ut hæreditatem a Petro deductam clamat, ut supra diximus, quarta synodus, papam, conservata aurea fidei catena, quæ a Salvatore deducitur, constitutum esse omnibus vocis beati Petri interpretem; quam et se inquiunt, usos auctore et duce papa, tanquam veritatis hæreditatem ostendisse et docuisse Ecclesiæ filios. Et actione II ad finem clamarunt episcopi: «Petrus per Leonem hæc locutus est, cum recitata illis fuisset epistola papæ. Et sexta synodus in Prosphonetico ad Constantinum imperatorem, Charta, inquit, videbatur et atramentum, et per Agathonem loquebatur Petrus.» Si ergo Petrus loquitur per papam, theologia Petri in cæteris episcopis confessio, in successore Petri est hæreditas fidei, et quia juxta sanctos Patres promissum a Christo factum est Petro, ut ostendimus, solus Petri successor habet promissionis vi inerrantem fidem; cæteri episcopi, licet habeant confessionem, non proinde habent inerrantis fidei promissionem.

τὴν εὐσέβειαν σώζεσθαι, εἰ μὲν λέγεις ὡς ὁμολογίαν τῆς πίστεως σύμφωνον τῷ Πέτρου θρόνῳ, ἔστω· εἰ δὲ ὡς κληρονομίαν παρὰ τοῦ Πέτρου καταγομένην, βοᾷ, ὡς ἄνω προείρηται, ἡ τετάρτη σύνοδος, ὅτι ὁ πάπας τὴν χρυσῆν τῆς πίστεως σειρὰν παρὰ τοῦ Σωτῆρος καταγομένην φυλάξας, πᾶσι γέγονεν ἑρμηνεὺς τῆς φωνῆς τοῦ μακαρίου Πέτρου· ἣν φασι φωνὴν καὶ αὐτοὶ, ἀρχηγῷ τῷ πάπᾳ χρησάμενοι, ὡς κλῆρον τῆς ἀληθείας ἔδειξαν, καὶ ἐδίδαξαν τὰ τέκνα τῆς Ἐκκλησίας. Καὶ ἐν τῇ δευτέρχ πράξει πρὸς τῷ τέλει ἐβόησαν οἱ ἐπίσκοποι μετὰ τὴν ἀνάγνωσιν τῆς ἐπιστολῆς τοῦ πάπα Λέοντος· «Πέτρος διὰ Λέοντος ταῦτα ἐξεφώνησεν.» Καὶ ἡ ἕκτη σύνοδος ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, «Χάρτης, φησὶ, καὶ μέλαν ἐφαίνετο, καὶ δι' Ἀγάθωνος ὁ Πέτρος ἐφθέγγετο.» Εἰ γοῦν διὰ τοῦ πάπα φθέγγεται ὁ Πέτρος, ἡ θεολογία τοῦ Πέτρου ἐν τοῖς λοιποῖς ἐπισκόποις ὁμολογία ἐστὶν, ἐν τῷ διαδόχῳ τοῦ Πέτρου κληρονομία τῆς πίστεως· τὴν δὲ ἐπαγγελίαν ὁ Χριστὸς ἐποιήσατο κατὰ τοὺς ἁγίους Πατέρας, ὡς δέδεικται, τῷ Πέτρῳ· μόνος ἄρα ὁ Πέτρου διάδοχος ἔχει τὸ ἀπλανὲς τῆς πίστεως ἐκ τῆς ἐπαγγελίας· οἱ λοιποὶ δὲ ἐπίσκοποι, κἂν τύχωσιν ἔχοντες τὴν ἀληθῆ ὁμολογίαν, ὅμως αὐτόθεν οὐκ ἔχουσι τοῦ ἀπλανῶς τὴν ἐπαγγελίαν.

Quare ex vera confessione episcoporum sumi non potest certitudo, firmitas, et infallibilis fidei rectitudo, nisi ex eo uno, in quo Petrum loqui testantur synodi. Ita Cyrillus, veram habens docensque confessionem, non est ausus abstinere a communione Nestorii nisi prius Cœlestino papæ scripsisset: «Nec prius a communione Nestorii sejungimur, quam hæc tuæ pietati nota faciamus.» Unde hoc, nisi quia Cyrillus plus fidebat infallibilitati fidei sedis Petri, quam demonstrationibus quibus Nestorium arctabat?»

Ὅθεν ἐκ τῆς ἀληθοῦς τῶν ἐπισκόπων ὁμολογίας οὐκ ἔστι λαβεῖν τὸ βέβαιον, καὶ ἀναμφίβολον, καὶ ἀναμάρτητον τῆς πίστεως, εἰ μὴ παρ' ἐκείνου μόνου, ἐν ᾧ φασιν αἱ σύνοδοι φθέγγεσθαι τὸν Πέτρον. Οὕτω Κύριλλος τὴν ἀληθῆ ἔχων καὶ διδάσκων ὁμολογίαν, οὐκ ἐτόλμησεν ἀποῤῥῆξαι ἑαυτὸν τῆς Νεστορίου κοινωνίας, εἰ μὴ πρότερον Κελεστίνῳ τῷ πάπᾳ γράψας, «Οὐ πρότερον, φησὶ, τῆς πρὸς Νεστόριον κοινωνίας ἐκβάλλομεν ἑαυτοὺς, πρὶν ἂν ταῦτα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ ἀνακοινωσώμεθα.» Πόθεν τοῦτο, εἰ μὴ ὅτι μᾶλλον ἐθάῤῥει Κύριλλος τῷ ἀπλανεῖ τῆς πίστεως τοῦ Ῥώμης θρόνου, ἢ ταῖς ἀποδείξεσιν, αἷς τὸν Νεστόριον ἐστενοχώρει;

Ita sancta synodus quarta, cum definitionem fidei scripsisset, quia minus integra videbatur, ex verbis epistolæ Leonis papæ, quam orthodoxiæ columnam appellavit, veram rectæ fidei contexuit definitionem. Et sextæ synodi Patres fatentur se ex lectione epistolæ papæ hæresim confutasse, et ubi fidem firmarunt, his ad Agathonem papam utuntur vocibus: «Orthodoxæ vero fidei splendorem, quam vobiscum dilucide prædicavimus, ut iterum per honorabilia vestra rescripta obsignetis, paternam vestram sanctitatem rogamus.» Cur enim confirmari petunt quæ probavit œcumenica synodus? Neque enim rogant ut papam assentientem habeant, sed obsignantem et ratam volentem fidei expositionem. Quemadmodum et a Xysto papa fuisse confirmatam tertiam synodum asserit Cyrillus epistola ad Acacium Melitenensem.

Οὕτως ἡ ἁγία τετάρτη σύνοδος ὅρον ἐκθεμένη τῆς πίστεως, ἐπειδὴ ἀτελῶς ἔχειν ἐδόκει, ἐκ τῶν φωνῶν τῆς ἐπιστολῆς τοῦ πάπα Λέοντος, ἣν ὀρθοδοξίας κοινὴν στήλην ἡ σύνοδος ἐπωνόμασε, τὸν ἀληθῆ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἐξύφανεν ὅρον. Καὶ οἱ τῆς ἕκτης συνόδου ἐκ τῆς ἀναγνώσεως τῶν γραμμάτων τοῦ πάπα ὁμολογοῦσι τὴν αἵρεσιν ἐκδιῶξαι, καὶ τὴν πίστιν στηρίξαντες πρὸς Ἀγάθωνά φασι τὸν πάπαν· «Τὴν δὲ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως φωταύγειαν, ἣν τηλαυγῶς σὺν ὑμῖν ἐκηρύξαμεν, αὖθις διὰ τιμίων ὑμῶν ἀντιγράφων ἐπισφραγίσαι τὴν ὑμῶν ἐκλιπαροῦμεν πατρικὴν ἁγιότητα.» Διατί γὰρ τὰ δόξαντα τῇ οἰκουμενικῇ συνόδῳ ζητοῦσι βεβαιωθῆναι; Οὐ γὰρ σύμψηφον σφίσιν αὐτοῖς γενέσθαι τὴν πάπαν δέονται, ἀλλ' ἐπισφραγιστὴν καὶ κῦρος παρέχοντα τῇ ὀρθοδοξίᾳ· ὡς καὶ περὶ Ξύστου τοῦ πάπα φησὶ Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Ἀκάκιον τὸν Μελιτηνῆς ἐπιστολῇ, ὅτι ἐβεβαίωσε τὰ τῆς τρίτης συνόδου.

Hinc argumentorum tuorum laquei evanescunt. Si enim papa erravit in fide, falsa est Christi promissio, incertumque cum de fide aliquid controversum est, quæ cuius episcopi vera sit et orthodoxa

Ἐκ τούτων αἱ ἄρχυς τῶν σῶν λόγων διαλύονται. Εἰ γὰρ ἐσφάλη ὁ πάπας περὶ τὴν πίστιν, ψευδὴς ἄρα ἡ ἐπαγγελία τοῦ Χριστοῦ· καὶ ἄδηλον, ζητήματος ὄντος περὶ τὴν πίστιν, τίς τίνος ἐπισκόπου ἀληθὴς

καὶ ὀρθόδοξός ἐστιν ἡ ὁμολογία. Δῆλον δὲ καὶ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Χριστοῦ τῇ Ῥώμης Ἐκκλησίᾳ προσήκειν, διὰ τὸ κληρονόμον εἶναι τῆς Πέτρου πίστεως τὸν ἐπίσκοπον Ῥώμης· καὶ τοῦτο οὐκ Ἰουδαϊκῆς εἶναι ταπεινότητος, ἀλλὰ θείας τοῦ Χριστοῦ νομοθεσίας εὐεργέτημα· ὥστε τὴν οἰκουμενικὴν Ἐκκλησίαν, κινουμένου ζητήματος περὶ πίστεως, ἔχειν διὰ τοῦ πάπα τὸν Πέτρον φθεγγόμενον, ἐν ᾧ ἀδύνατον πλανηθῆναι· ἄλλως γὰρ ἂν ἕκαστος ἀντεποιεῖτο τῆς ἀπλανείας, ἀπονέμων ἑαυτῷ τὴν Πέτρου θεολογίαν· καὶ ἦν ἀταξία καὶ ἀκοσμία ὁ κόσμος τῆς Ἐκκλησίας· ὁποῖόν τι συνέβη Κυρίλλου πρὸς Νεστόριον, τοῦ Ἀλεξανδρείας πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως περὶ πίστεως διαμαχομένου· εἰ μὴ γὰρ ἀμφότεροι πρὸς τὸν Ῥώμης Κελεστῖνον ἀνέδραμον, ἦν ἂν ταραχῆς ἅπαντα καὶ συγχύσεως πλήρη. Καὶ ὅτε Εὐτυχὴς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν Κωνσταντινουπόλεως ἠγωνίζετο περὶ τῆς ὀρθοδοξίας.

A confessio. Hinc etiam liquet, Christi promissum convenire Romanæ Ecclesiæ, quoniam Romanus episcopus est hæres fidei Petri; et hoc non esse tenuitatis Judaicæ, sed divinæ Christi institutionis beneficium: ut universalis Ecclesia, quoties de fide controversia oritur, habeat in papa loquentem Petrum, quem errare impossibile sit. Alioquin quisque se non errantem assereret, et Petri sibi theologiam adaptaret; essetque confusio et inordinatio ecclesiasticus ordo. Quemadmodum Cyrillus Alexandrinus et Nestorius Constantinopolitanus cum de fide altercarentur, ad Cœlestinum Romanum episcopum confugerunt. Alioquin plena omnia turbarum et confusionis essent. Fecit hoc idem et Eutyches appellando sedem apostolicam B quando illi cum sancto Flaviano contentio de fide erat.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Εἰ δὲ ὁ μακάριος Ἀγάθων τὴν ἑαυτοῦ λέγει Ἐκκλησίαν οὐδέποτε ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας παρασυρῆναι, θαυμαστὸν οὐδέν· ἀξιώσομεν γὰρ μὴ τὰ πράγματα ἕλκειν ἐπὶ τοὺς λόγους, ἀλλὰ τοὺς λόγους ἐφαρμόζειν τοῖς πράγμασιν. Ἐνθυμεῖσθαι χρὴ καὶ τρόπους οἰκονομίας, οἷς χρῶνται οἱ ἅγιοι, ὅταν περί τινος τῶν ἀναγκαίων ἡ ζήτησις ᾖ· καὶ ὅτι σπανίως ἡ Ἐκκλησία Ῥώμης ἐκπίπτει τῆς ἀληθείας κατὰ τὴν πίστιν. Ἢ πῶς ἑρμηνεύσεις τὸ, *Πάντες ἐξέκλιναν, ἅμα ἠχρειώθησαν· οὐκ ἔστι ποιῶν ἀγαθὸν, οὐκ ἔστιν ἕως ἑνός;* Ἄλλως τε Ἀγάθων τὸ παρῳχηκὸς εἴρηκε, τὸ δὲ μέλλον οὐκ ἀπέκλεισε, καὶ τὸ μέγιστον πρὸ τῆς ς' συνόδου ταῦτα εἴρηκεν. Θαυμάζειν δὲ οὐ χρὴ, σύνοδος πολλῶν ἁγίων συνῆκεν, ὅπερ ὁ εἷς ἠγνόησεν. Ὅτι δὲ ταῦτα ἀληθῆ, ἀνάγνωθι τὴν ἐπιστολὴν τοῦ πάπα Λέοντος τοῦ μετὰ τὸν Ἀγάθωνα πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων· « Ὡσαύτως ἀναθεματίζομεν καὶ Ὁνώριον, ὅστις ταύτην τὴν ἀποστολικὴν Ἐκκλησίαν οὐκ ἐπεχείρησε διδασκαλίᾳ ἀποστολικῆς παραδόσεως ἁγνίσαι, ἀλλὰ τῇ βεβήλῳ προδοσίᾳ μιανθῆναι τὴν ἄσπιλον παρεχώρησεν. »

NILUS (Cap. VII).

« Quod si beatus Agatho suam dicat Ecclesiam a veritatis tramite nunquam deviasse, non est mirandum. Illud enim nos æquo jure postulabimus, non esse trahendas ad verba res, sed accommodanda rebus verba. Considerandum quoque sanctos Patres uti dicendi modis spectantibus ad præsentem rerum statum, cum de re aliqua necessaria quæstio est; quodque Romana Ecclesia raro aberrat a veritate fidei. Alioquin quomodo explicabis illud: *Omnes declinaverunt, simul inutiles facti sunt. Non est qui* C *faciat bonum, non est usque ad unum?* Deinde Agatho præteritum dixit, futurum non negavit; et quod maximi refert, ante sextam synodum hæc dixit. Non est autem mirum a synodo multorum sanctorum perspectum quod unus ignoravit. Porro hæc esse vera planum erit, si legatur epistola Leonis post Agathonem papæ ad imperatorem Romanorum. « Anathematizamus, inquit, pariter Honorium, qui hanc apostolicam Ecclesiam non est aggressus apostolicæ traditionis doctrina lustrare, sed profana proditione maculari immaculatam permisit. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Γενναίαν ἡμῖν προβάλλεις ἀπολογίαν πρὸς τὴν σὴν ἀνθυποφορὰν, ὅτι Ἀγάθων οἰκονομικῶς ἔγραψεν. Ὅτι δέ σοι τὸ οἰκονομικῶς εἰς τὸ ψευδῶς διαλύεται, τὰ πρῶτα δηλοῖ ἃ λέγεις· ὅτι δεῖ τὰ ῥήματα ἐφαρμόζειν τοῖς πράγμασιν, ἀλλ' οὐχὶ τὸ ἀνάπαλιν. Τί δ' ἄλλο ἐστὶ τὸ μὴ ἐφαρμόζειν τοὺς λόγους τοῖς πράγμασιν, ἢ τὸ προφανῶς ψεύδεσθαι; Οὕτω δύο τἀναντία κατὰ σὲ ὁ Ἀγάθων ἔχει, καὶ μακάριός ἐστι καὶ ψευδῆ γράφει. Τοιούτους ἡμῖν ἁγίους, ὦ Νεῖλε, πλάττεις. Εἶτα σπανίως μὲν, ἀλλ' ὅμως ἐκπίπτειν φῂς τῆς ἀληθείας τὴν Ἐκκλησίαν τῆς Ῥώμης· καὶ φέρεις τὸ τοῦ Ψαλμοῦ εἰς ἀπόδειξιν· *Πάντες ἐξέκλιναν*· καὶ τὸ κατὰ Ἰουδαίων, ἢ καὶ τῶν ἐθνῶν ἅμα ῥηθὲν, ἢ καὶ πάντων τῶν ὑπὸ τὴν ὑφήλιον διὰ τὸ προσπταῖον τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας, τῇ συνήθει ματαιολογίᾳ καθέλκεις ἐπὶ τὴν πίστιν, καὶ τὸν δο-

CONFUTATIO.

Quod ipse tibi ex Agathone objicis, egregia di- D luis responsione, quod Agatho se ad tempus accommodaverit. Hoc porro idem esse, atque illum mendaciter scripsisse, declarant illa quæ primo ponis, quod accommodanda sunt ad res verba, non contra: nam verba non accommodare rebus, quid est aliud quam aperte mentiri? Ita duo contraria per te Agatho habet: et beatus est, et mentitur. Hujusmodi tu nobis sanctos, Nile, confingis. Deinde, raro quidem, aberrare tamen a veritate Romanam ais Ecclesiam, atque ad probandum hoc Psalmi dictum usurpas: *Omnes declinaverunt;* et quod in Judæos, vel simul etiam contra gentiles dictum est, aut omnino in universos homines propter humanæ imbecillitatis offensas, tu vetere tua futilitate detorques in fidem, et certissimam fidei re-

gulam a Salvatore datam in Petro et successoribus, et tanto studio teneris insectandi Petri cathedram, ut labaris in gravissimas blasphemias. Si enim ita excipiendum est, ut tu intelligis illud: *Omnes declinaverunt:* ergo et sanctæ synodi, et ipsi apostoli, cum homines fuerint, in tradenda fide declinaverunt. Quod si hoc intolerabilis est blasphemia, et apostolos et sacras synodos suscipis utpote sancto Spiritu dictante locutas, et indubitatos fidei magistros, cur Petri sedem contumeliis laceras? quasi vero illa suapte vi habeat non posse errare in fide, non ex promissione Salvatoris, ut acta synodorum testantur? Quod vero ais, Agathonem de præterito locutum, non negasse futurum, tota erras via: decimus enim ab Honorio fuit Agatho. Subdis ex epistola Leonis papæ in calce sextæ synodi anathema in Honorium; nec animadvertisti, Leonem pugnare secum si verum id esset. Primo enim dicit: « Igitur gestorum synodalium seriem recensentes, et curiosa diligentia perscrutati singula quæ gesta sunt, eadem quæ apostolicæ sedis legati narraverant, scriptis consonantibus convenire comperimus. »

A θέντα παρὰ τοῦ Σωτῆρος ἀστραβῆ κανόνα τῆς πίστεως ἐν τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς διαδόχοις· οὕτω δὴ σὺ ὑπὸ τῆς ἄγαν σπουδῆς τοῦ διασύραι τὸν Πέτρου θρόνον, εἰς τὰ καιριώτατα βλασφημεῖς. Εἰ γὰρ κατὰ τὸν σὸν νοῦν ἐκληπτέον τὸ, *Πάντες ἐξέκλιναν*, ἄρα καὶ αἱ ἅγιαι σύνοδοι, καὶ αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι ἄνθρωποι ὄντες ἐν τῷ παραδοῦναι τὰ τῆς πίστεως ἐξέκλιναν. Εἰ δὲ τοῦτο ἐσχάτης βλασφημίας, καὶ τοὺς ἀποστόλους καὶ τὰς ἱερὰς συνόδους ἀσπάζῃ ὡς ὑπηχουμένας τῷ ἁγίῳ Πνεύματι, καὶ ὡς ἀσφαλεῖς τῆς πίστεως διδασκάλους, πῶς ὑβρίζεις τὸν Πέτρου θρόνον ἔχοντα περὶ τὴν πίστιν τὸ ἀναμάρτητον; ὥσπερ ἂν εἰ τοῦτο ἐξ οἰκείας εἶχε δυνάμεως, καὶ μὴ ἐκ τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπαγγελίας, ὡς μαρτυροῦσι τὰ Πρακτικὰ τῶν συνόδων. Ὃ δὲ λέγεις, τὸν Ἀγάθωνα εἰ- B ρηκέναι τὸ παρῳχηκὸς, τὸ μέλλον δὲ μὴ ἀποκλεῖσαι, πάντη τῆς ἀληθείας ἀπῴκισται· δέκατος γὰρ Ἀγάθων μετὰ Ὀνώριον. Εἶτα ἐπιφέρεις τὴν πρὸς τῷ τέλει τῆς ς' συνόδου Λέοντος τοῦ πάππα ἐπιστολὴν ἀναθεματίζουσαν τὸν Ὀνώριον. Καὶ οὐ συνεῖδες, ὅτι προδήλως ἑαυτῷ μάχεται ὁ Λέων, εἴπερ ἦν ταῦτα ἀληθῆ· πρῶτον μὲν γὰρ λέγει· « Τοιγαροῦν τῶν συνοδικῶν τὸ ὕφος ἀναδραμόντες, καὶ ἐπιμελῶς περιεργασάμενοι, καὶ ἕκαστα τῶν ὑπομνημάτων ἀπαιτήσαντες, τὰ αὐτὰ ἅπερ καὶ οἱ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ληγατάριοι ἐξηγήσαντο, τοῖς συμφωνοῦσιν ἐγγράφοις ηὕρομεν συμβαίνειν. »

Ita habet epistola papæ in Græcum conversa, quæ si nunc exstaret, ut scripta fuit a papa, Latine, integra et incorrupta, profecto multæ detegerentur fallaciæ, quas consueta immiscuit audacia. Cæterum post tot fraudes etiam, quæ nunquam expugnatur, apparet veritas.

Οὕτως ἔχει ἡ ἑρμηνευθεῖσα εἰς τὸ Ἑλληνικὸν τοῦ πάππα ἐπιστολή· ἣν εἴπερ νῦν εἴχομεν ὡς γέγραπται παρὰ τοῦ πάππα Λατινικῶς ἀκεραίαν καὶ ἀδιάφθο- C ρον, πολλῶν ἂν ῥᾳδιουργημάτων ἡ φίλη τόλμα ἠλέγχετο. Πλὴν καὶ μετὰ τοσαύτας πανουργίας ἡ μὴ καταπολεμουμένη ἀλήθεια φαίνεται.

Dicit Leo papa, synodalium gestorum se commentarios percurrisse, et convenientia reperisse quæ legit cum narratione legatorum. Deinde infra nominatim laudat epistolam Agathonis, quæ inserta est actis sextæ synodi. Quomodo igitur Agathonis epistola libere prædicante, nullum papam errasse in fide, Leo, successor Agathonis, et epistolam laudat et contraria epistolæ dicit? Quomodo Honorium, quem Agatho vindicat a calumniis hæreticorum, Leo successor nominatim anathemati tradit? Quis tandem hoc credit? Sed vetus est mos quorumdam Orientalium corrumpendi acta synodorum. Testis hujus rei est celeberrimus Cyrillus in epistola ad Acacium Melitenensem. « Venit ad me, inquit, religiosissimus episcopus Paulus Emisenus, et rogabat ex me eisxe num susciperem quæ scripsit beatissimus Pater Athanasius ad Epictetum Corinthi episcopum. Ego vero respondi me prorsus suscipere dummodo scriptum apud vos incorruptum exstet; multa enim in illo depravata sunt ab inimicis veritatis. » Et mox: « Itaque Paulus accepta vetusta exemplaria cum iis contulit quæ ipse attulerat; et comperit hæc adulterata. » Hoc idem Cyrillus asserit in fine epistolæ ad Joannem Antiochenum (1). Et in quarta synodo Leo papa I Anatolium Constantinopolitanum (2)

Λέγει ὁ πάπας Λέων τῶν συνοδικῶν τὸ ὕφος διεξελθεῖν καὶ περιεργάσασθαι, καὶ συμφωνοῦντα ἐφευρηκέναι τὰ ὑπομνήματα τοῖς λόγοις τῶν ληγαταρίων. Εἶτα κατωτέρω ἐπαινεῖ ὀνομαστὶ τὴν ἐπιστολὴν Ἀγάθωνος, ἥτις ἔγκειται τοῖς ὑπομνήμασι τῆς ς' συνόδου. Πῶς οὖν τῆς τοῦ Ἀγάθωνος ἐπιστολῆς φανερῶς περιεχούσης, ὅτι πάππας οὐδεὶς ἐσφάλη τὰ περὶ τὴν πίστιν, Λέων ὁ διάδοχος Ἀγάθωνος καὶ ἐπαινεῖ τὴν ἐπιστολὴν, καὶ ἐναντία τῇ ἐπιστολῇ ἀποφαίνεται; Πῶς τὸν Ὀνώριον τῆς αἱρετικῆς συκοφαντίας ἐλευθεροῦντος τοῦ Ἀγάθωνος, Λέων ὁ τού- D του διάδοχος ἀναθεματίζει κατ' ὄνομα; Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστι. Ἀρχαία δέ τισι τῶν ἀνατολικῶν συνήθεια παραφθείρειν τὰ τῶν συνόδων. Μάρτυς ὁ ἀοίδιμος Κύριλλος ἐν τῇ πρὸς Ἀκάκιον τὸν ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς ἐπιστολῇ μετὰ τὰ Πρακτικὰ τῆς τρίτης συνόδου. « Ἀφίκετο γὰρ, φησὶ, πρός με ὁ θεοσεβέστατος ἐπίσκοπος Παῦλος τῆς Ἐμισηνῶν· εἶτα διεπυνθάνετό μου καὶ μάλα ἐσπουδασμένως, εἰ συναινῶ τοῖς γραφεῖσι παρὰ τοῦ τρισμακαρίου Πατρὸς Ἀθανασίου πρὸς Ἐπίκτητον Κορίνθου. Ἐγὼ δὲ ἔφην, ὅτι εἰ σώζεται παρ' ὑμῖν οὐ νενοθευμένον τὸ γράμμα, συναινέσαι μ' ἂν πάντη καὶ πάντως. Παραπεποίηται γὰρ πολλὰ τῶν ἐν αὐτῷ παρὰ τῶν τῆς ἀληθείας ἐχθρῶν. » Εἶτα· « Καὶ δὴ λαβὼν ὁ Παῦλος ἀντίγραφα παλαιὰ, καὶ συμβαλὼν οἷς ἐπεφέρετο,

(1) Cap. 34.

(2) Cap. 5, et ad Pulcheriam, cap. 7.

ηὕρισκε ταῦτα νενοθευμένα. » Τοῦτ' αὐτὸ λέγει καὶ A ἐν τῇ πρὸς Ἰωάννην τὸν Ἀντιοχείας ἐπιστολῇ. Καὶ ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ Λέων ὁ πάππας γράφων Πουλχερίᾳ τῇ Αὐγούστῃ ἐμέμφετο τὸν Κωνσταντινουπόλεως Ἀνατόλιον, ὅτι νόθον κανόνα περὶ τῶν πρεσβείων Κωνσταντινουπόλεως, τρίτον ἐπιγραφόμενον, προέφερεν τῆς δευτέρας συνόδου. Καὶ ἐν τῇ ἑβδόμῃ πολλὰς πέπονθεν ἀποκοπὰς παρὰ τῶν ἀνατολικῶν ἡ ἐπιστολὴ τοῦ πάππα Ἀδριανοῦ πρὸς βασιλεῖς Κωνσταντῖνον καὶ Εἰρήνην.

Δεύτερον, εἰ καὶ δοίημεν εἶναι τὸ μὴ ὄν, ἀναθεματισθῆναι Ὀνώριον παρὰ Λέοντος ἐκείναις ταῖς λέξεσιν, ἃς προφέρεις, εὔδηλον ὅτι ἀνεθεματίσθη Ὀνώριος οὐχ ὡς αἱρετικὸς, ἀλλ' ὡς τὴν αἵρεσιν φυῆναι παραχωρήσας. Τοῦτο δ' ἂν εἴη ῥᾳθυμίας καὶ ἀμελείας ἔγκλημα, οὐχὶ αἱρέσεως· ὥστε πᾶσά σου πίπτει ἡ οἰκοδομή· οὐ γὰρ ἔδειξας ὃ προῄδου, ὅτι B οὐκ ἀδύνατον τὸν πάππαν τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων.

arguebat, quod suppositilium canonem proferret, qui secundæ synodo tribuitur, tertium de honore episcopi Constantinopolitani, tertia parte Chalcedonensis. Et in septima synodo, actione II, multas passa est mutilationes ab Orientalibus epistola Adriani papæ ad imperatores Constantinum et Irenem.

Secundo, dato, quod nullo modo verum est, Honorium a Leone per illas voces, quas tu profers, fuisse anathemate perculsum, constat id passum Honorium non ut hæreticum, sed eo nomine quod hæresim oriri permisisset; quod negligentiæ crimen est, non autem hæresis. Itaque totum tuum ruit ædificium; non enim probasti quod volebas; scilicet, non esse impossibile papam errare in fide.

ΝΕΙΛΟΣ.

Τὸ δὲ λέγειν τοῦτον τὸν λόγον ἔχειν τὸν πάπαν πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ὃν αὐτὸς πρὸς τὸν Καισαρείας, ἢ πρός τινα τῶν ὑπ' αὐτὸν ἱερέων, πῶς οὐ κομιδῇ πάνδεινον; Ὁ μὲν γὰρ Ῥώμης πρῶτος πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως λέγεται, ὡς αὐτοῦ γε δευτέραν τάξιν ἐπέχοντος· οὐκέτι δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως πρῶτος οὕτω πρὸς τὸν Καισαρείας, ὡς ἐκείνου γε τὰ δευτερεῖα σώζοντος· ἀλλ' ὁ μὲν τῆς Κωνσταντίνου οὕτω πρῶτος, ὡς μονὰς, καὶ ὡς μὴ τοῖς ἄλλοις συντεταγμένος· ὁ δὲ Καισαρείας οὐ δεύτερος ὀνομάζεται, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς πρῶτος, πλὴν C ὡς τοῖς ἄλλοις συντεταγμένος, καὶ δεύτερον ἔχων καὶ τρίτον. Ὅτι δὲ τὸ πρωτεῖον τοῦ πάπα συντεταγμένον καὶ οὐκ ἄφετον, δῆλον. Ἀνάγνωθι τὸν λϛ' κανόνα τῆς συνόδου. »

NILUS (Cap. VIII).

« Dici autem, ita se habere papam ad episcopum Constantinopolitanum, sicut se habet ipse ad Cæsareensem aut quemvis alium ex episcopis sibi subjectis, quis hoc æquo animo ferat? Nam Romanus dicitur primus ad Constantinopolitanum, obtinente isto secundum locum; at vero Constantinopolitanus non est ita primus, ut Cæsareensis sit secundus; sed et primus Constantinopolitanus ut unitas, et non cum aliis coordinatus. Cæsareensis vero non dicitur secundus, sed primus et ipse, cum aliis tamen coordinatus, habensque secundum et tertium. Quod autem primatus papæ coordinatus sit, et non absolutus, liquet. Legito sextæ synodi canonem 36. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἀλογία πάντως ἡ τοιαύτη ἀναλογία. Καὶ σὺ μὲν ἀγανακτεῖς ἐπὶ τῇ πεπλασμένῃ παρ' ὑμῶν ἀνισότητι δυσχεραίνων· ἡ δὲ ἀλήθεια ἀγανακτεῖ τῇ περιεργίᾳ τῶν σοφισμάτων ἀδικουμένη. Πολλῷ πλέον, ὦ λῷστε, ὑπέρκειται ὁ Ῥώμης τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἢ ἐκεῖνος τοῦ Καισαρείας καὶ τῶν ὑπ' αὐτόν. Ὁ μὲν γὰρ πάπας ὑπέρκειται τοῦ Κωνσταντινουπόλεως κατὰ μὲν τὴν τρίτην σύνοδον ὡς κριτὴς κρινομένου, ὡς καθαιρέτης καθαιρουμένου, ὡς αὐ- D θεντικῶς ἀφορίζων ἀφοριζομένου, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἐπιστολῶν Κελεστίνου πρὸς Κύριλλον, καὶ Νεστόριον, καὶ ἑτέρους ἐν τῇ πρὸ τῶν Πρακτικῶν συλλογῇ τῆς τρίτης συνόδου· κατὰ δὲ τὴν τετάρτην σύνοδον ὑπέρκειται ὁ πάπας τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ὡς κεφαλὴ ἡγεμονεύουσα μέλους, ὡς ἀκτὶς φωτίζουσα σώματος φωτιζομένου, ὡς φύλαξ τῆς ἀμπέλου παρὰ τοῦ Σωτῆρος καταστὰς ἐπισκόπου λαθραίως δι' ἀνθρωπίνης μηχανουργίας τιμᾶσθαι καὶ προτιμᾶσθαι προθυμουμένου, ὡς πατὴρ τέκνου καὶ παιδὸς δῶρα λαβεῖν αἰτουμένου· ὡς ἔστιν ἐκ τῆς ἤδη προενεχθείσης ἰδεῖν ἐπιστολῆς τῆς τετάρτης συνόδου πρὸς Λέοντα τὸν πάπαν. Κατὰ δὲ τὴν ἕκτην σύνοδον ὑπέρκειται ὁ πάπας ὡς ἰατρὸς νοσοῦντος,

CONFUTATIO.

Hæc proportio nullo rationis nititur fundamento, et tu quidem ægre fers propter confictam a vobis imparilitatem; veritas autem ægre fert, quia sophismatum versutia circumvenitur. Multo magis præcellit papa Constantinopolitano, quam ipse Cæsareensi, et cæteris sibi subditis. Papa enim est Constantinopolitano superior, ut judex eo qui judicatur, ut deponens eo qui deponitur, ut potestate excommunicans excommunicato, ut constat ex epistolis Cœlestini ad Cyrillum et Nestorium et alios, prima parte III synodi. Per quartam synodum papa est superior Constantinopolitano ut caput membro, ut radius illustrans corpore illustrato, ut vineæ custos a Salvatore constitutus eo qui nimia industria pervenit ad honores et præeminentiam, ut parens natos donari sibi aliquid petente; ut patet ex memorata epistola quartæ synodi ad Leonem papam. Per sextam synodum papa est superior Constantinopolitano, ut medicus ægroto sanitatem Ecclesiæ largiens, ut pontificalissimus apostolicæ summitatis antistes episcopis minimis, ut in Prosphonetico ad Constantinum imperatorem fatetur illa synodus; inter quos erat Georgius

Constantinopolitanus et Theophanes Antiochenus: ut successor cathedræ coryphæi principis apostolorum eo, qui propterea orthodoxus habitus est, quia epistolam papæ suscepit, ut synodus illa testatur in epistola ad Agathonem. Per septimam synodum papa est superior Constantinopolitano, tanquam oculus totius corporis, ostendens toti corpori rectam veritatis semitam, ut fatetur Tarasius Constantinopolitanus in epistola ad Adrianum papam, ad finem illius synodi. Cum tot tantisque prærogativis, quot ipse præ stellis effulget sol, patriarchæ Constantinopolitano antecellat papa ex sanctione Christi Domini, generalium conciliorum testimoniis, factis veritatem comprobantibus: ille vero Cæsareensi cæterisque suffraganeis præire cœperit virtute canonum non legitimorum, tertii secundæ synodi; quem et non pervenisse ad notitiam sedis apostolicæ, et si omnino a Patribus subscriptus est, nullius roboris mansisse testatur sanctus Leo papa epistola ad Anatolium, et ad Pulcheriam Augustam; vicesimi octavi quartæ synodi, quam non exoratus precibus Orientalium idem Leo papa rejecit, et tricesimi sexti quinisextæ, qui a synodo confectus nequaquam legitima nullas habet vires Præsertim quod inter hos canones non est convenientia. Nam canon synodi statuit, honorandum esse Constantinopolitanum post Romanum; cæteri vero canones idem se statuere dicunt, sed non idem statuunt; verum Romano et Constantinopolitano æquales honores decernunt, et cum præterea Constantinopolitanus paulatim creverit, et limitatam auctoritatem per suppositos illos canones usurpaverit, scilicet ad consecrandos tantum Ponticæ, Asianæ et Thraciæ diœcesis metropolites. Quomodo tu ægre fers, et succenses illis, a quibus dictum est, ita se habere papam ad Constantinopolitanum, sicut se ille habet ad Cæsareensem, cum illi non justa proportione usi fuerint? Debeant enim dicere, non ita se habere, sed Constantinopolitanum esse inferiorem papæ multo magis quam sit Constantinopolitano Cæsareensis, quandoquidem papa habet in Constantinopolitanum potestatem divinitus traditam, quippe ut pastor a Deo constitutus, et vineæ custos; Constantinopolitanus autem, ut Leo papa clamat in suis epistolis, jus alienum præripere voluit, idque solum ad conservandum. Tu vero imparilitatem proportionis tuo sensu interpretans, ponis quæ nec a conciliis, nec a catholicis doctoribus accepisti, sed inventa sunt schismaticorum vaniloquentiæ.

τὴν ὑγείαν χαριζόμενος τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὡς ἀρχιερατικώτατος τῆς ἀποστολικῆς ἀκροπόλεως πρόεδρος τῶν ἐλαχίστων, ὥς φησιν ἡ σύνοδος ἐκείνη ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, ἐπισκόπων, ἐν οἷς ἦν καὶ Γεώργιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Θεοφάνης Ἀντιοχείας· ὡς τοῦ κορυφαιοτάτου πρωταποστόλου τῆς καθέδρας διάδοχος, ὑπερκείμενος τοῦ ἐκεῖθεν ὀρθοδόξου νομισθέντος, ὅτι συνέθετο τῇ ἐπιστολῇ τοῦ πάπα, ὡς μαρτυρεῖ ἡ ἁγία σύνοδος ἐκείνη ἐν τῇ πρὸς Ἀγάθωνα ἐπιστολῇ. Κατὰ δὲ τὴν ἑβδόμην σύνοδον ὑπέρκειται ὁ πάπας, ὡς ὀφθαλμὸς τοῦ ὅλου σώματος, ὑποδεικνύων τῷ ὅλῳ σώματι τὴν εὐθεῖαν τρίβον τῆς ἀληθείας, ὥς φησι Ταράσιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ πρὸς Ἀδριανὸν τὸν πάπαν ἐπιστολῇ πρὸς τῷ τέλει τῆς ζ' συνόδου. Τοσαύταις καὶ τηλικαύταις ὑπεροχαῖς, ὅσαις τῶν ἀστέρων ὑπερτερεῖ ὁ ἥλιος, τοῦ πάπα ὑπερακοντίζοντος τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως νομοθεσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, μαρτυρίαις τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἔργοις βεβαιοῦσι τὴν ἀλήθειαν· ἐκείνου δὲ τὸν Καισαρείας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀρχιερεῖς ὑπερβάλλειν ἀρξαμένου δυνάμει κανόνων οὐχὶ γνησίων, τοῦ τρίτου τῆς δευτέρας συνόδου, ὃν καὶ ἄγνωστον καὶ μὴ φυλαχθέντα· ἀλλ' εἴπερ ὅλως παρὰ τῶν Πατέρων γέγονεν, ἄκυρον τότε μείναντά φησιν ὁ ἅγιος πάπας Λέων ἐν τῇ πρὸς Πουλχερίαν τὴν Αὐγοῦσταν ἐπιστολῇ, καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀνατόλιον· τοῦ κη' τῆς τετάρτης συνόδου, ὃν μὴ καμφθεὶς ταῖς δεήσεσι τῶν ἀνατολικῶν ἀπέρριψεν ὁ αὐτὸς πάπας Λέων· καὶ τοῦ λϛ' τῆς πενθέκτης, ὃς παρὰ συνόδου τυπωθεὶς μὴ γνησίας, ὡς δειχθήσεται, οὐδεμίαν ἔχει τὸ παράπαν ἰσχὺν, ἄλλως τε μηδὲ συμφώνων τούτων ὄντων τῶν κανόνων, ἀλλὰ τοῦ τῆς δευτέρας συνόδου θεσπίσαντος τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχειν τὰ πρεσβεῖα μετὰ τὸν Ῥώμης, τῶν λοιπῶν θεσπίζειν μὲν τὰ αὐτὰ λεγόντων, οὐ τὰ αὐτὰ δὲ ὁρισάντων, ἀλλὰ τὰ ἴσα πρεσβεῖα τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἀπονειμάντων· πρὸς τούτοις τοῦ Κωνσταντινουπόλεως κατ' ὀλίγον αὐξηθέντος, καὶ μεμετρημένην διὰ τῶν ὑποβολιμαίων ἐκείνων κανόνων ἐξουσίαν λαβόντος, ἐπὶ τὸ χειροτονεῖν μόνους τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς, καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως μητροπολίτας· πῶς, ὦ Νεῖλε, δεινοπαθεῖς κατὰ τῶν εἰπόντων τοῦτον τὸν λόγον ἔχειν τὸν πάπαν πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ὃν ἐκεῖνος πρὸς τὸν Καισαρείας, καί τοι οὐκ ὀρθῶς εἰπόντων; δέον ὀρθῶς εἰπεῖν, οὐ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν, ἀλλὰ τὸν Κωνσταντινουπόλεως εἶναι πολλῷ κατώτερον τοῦ πάπα, εἴπερ ὁ Καισαρείας τοῦ Κωνσταντινουπόλεως· ὅπου τὴν ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχει θεόθεν ὁ πάπας, ὡς ποιμὴν θεοπρόβλητος, καὶ φύλαξ τῆς ἀμπέλου. Ὁ δὲ τῆς Κωνσταντίνου μηχανουργίαις ἐπεσπάσατο τὰ ἀλλότρια, ὡς βοᾷ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ Λέων ὁ πάπας, καὶ ταῦτα ἐπὶ τὸ μόνον χειροτονεῖν. Σὺ δὲ ἄλλον τρόπον τὸν σοὶ δοκοῦντα τὴν ἀνισότητα τῆς ἀναλογίας ἐκλαμβάνων γράφεις ἃ μήτε παρὰ συνόδων, μήτε παρὰ ὀρθοδόξων εἴληφας διδασκάλων, τῆς σχισματικῆς ὄντα ματαιοφροσύνης εὑρήματα· ἔμαθες γὰρ φαύλων διδασκάλων ἀναγνοὺς συγγράμματα.

Ordo præcedentiæ patriarcharum.

Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus. Hierosolymitanus. Metropoles Con-

Τάξις πρωτοκαθεδρίας πατριαρχῶν.

Ὁ Ῥώμης, ὁ Κωνσταντινουπόλεως, ὁ Ἀλεξανδρέων, ὁ Ἀντιοχέων, ὁ Ἱεροσολύμων. Εἶτα αἱ μη-

τροπόλεις τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. α'. Καισάρεια. β'. Ἔφεσος. γ'. Ἡράκλεια, καὶ ἐφεξῆς.

Ταῦτα σὺ λαβὼν ὥσπερ ἀναντίῤῥητον διδασκαλίαν, ὡς μόνῃ τῇ πρωτοκαθεδρίᾳ διαφερόντων τῶν πατριαρχῶν, λέγεις εἶναι μὲν πρῶτον τὸν πάπαν, ἀλλ' ὡς τοῖς πατριάρχαις συντεταγμένον, καὶ οὐχ ἄφετον, ἔχει γὰρ δεύτερον, καὶ τρίτον πατριάρχην· τὸν δὲ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην ἔχειν τοὺς ὑπ' αὐτὸν οὐχ ὡς πατριάρχας, ἀλλὰ μητροπολίτας, ἐν οἷς ἐστιν ὁ πρῶτος καὶ δεύτερος μητροπολίτης· ὥστε τὸ πρωτεῖον τοῦ πάπα πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὡς δεύτερον εἶναι συντεταγμένον, τὸ πρωτεῖον τοῦ Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὸν Καισαρείας πρῶτον ὄντα μητροπολίτην εἶναι ὡς μονάδα. Καὶ μορμολύττῃ τοὺς ἁπλουστέρους γελοίῳ νοήματι, ἀκούοντας τὸν πάπαν συντεταγμένον, μὴ ὄντα ἔξω τῆς τάξεως, τὸν δὲ Κωνσταντινουπόλεως μονάδα ἐξαίρετον, μάλα σεμνῶς ἔξω τῆς τάξεως ὄντα· ἵν' οὕτω καταπλήττωνται οἱ χυδαῖοι τὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως μέγεθος.

A τὴν ὑγείαν χαριζόμενος τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὡς ἀρχιερατικώτατος τῆς ἀποστολικῆς ἀκροπόλεως πρόεδρος τῶν ἐλαχίστων, ὥς φησιν ἡ σύνοδος ἐκείνη ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, ἐπισκόπων, ἐν οἷς ἦν καὶ Γεώργιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Θεοφάνης Ἀντιοχείας· ὡς τοῦ κορυφαιοτάτου πρωταποστόλου τῆς καθέδρας διάδοχος, ὑπερκείμενος τοῦ ἐκεῖθεν ὀρθοδόξου νομισθέντος, ὅτι συνέθετο τῇ ἐπιστολῇ τοῦ πάπα, ὡς μαρτυρεῖ ἡ ἁγία σύνοδος ἐκείνη ἐν τῇ πρὸς Ἀγάθωνα ἐπιστολῇ. Κατὰ δὲ τὴν ἑβδόμην σύνοδον ὑπέρκειται ὁ πάπας, ὡς ὀφθαλμὸς τοῦ ὅλου σώματος, ὑποδεικνύων τῷ ὅλῳ σώματι τὴν εὐθεῖαν τρίβον τῆς ἀληθείας, ὥς φησι Ταράσιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ πρὸς Ἀδριανὸν τὸν πάπαν ἐπιστολῇ πρὸς τῷ τέλει τῆς ζ´ B συνόδου. Τοσαύταις καὶ τηλικαύταις ὑπεροχαῖς, ὅσαις τῶν ἀστέρων ὑπερτερεῖ ὁ ἥλιος, τοῦ πάπα ὑπερακοντίζοντος τὸν πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως νομοθεσίᾳ τοῦ Χριστοῦ, μαρτυρίαις τῶν οἰκουμενικῶν συνόδων, ἔργοις βεβαιοῦσι τὴν ἀλήθειαν· ἐκείνου δὲ τὸν Καισαρείας καὶ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἀρχιερεῖς ὑπερβάλλειν ἀρξαμένου δυνάμει κανόνων οὐχὶ γνησίων, τοῦ τρίτου τῆς δευτέρας συνόδου, ὃν καὶ ἄγνωστον καὶ μὴ φυλαχθέντα· ἀλλ' εἴπερ ὅλως παρὰ τῶν Πατέρων γέγονεν, ἄκυρον τότε μείναντά φησιν ὁ ἅγιος πάπας Λέων ἐν τῇ πρὸς Πουλχερίαν τὴν Αὐγούσταν ἐπιστολῇ, καὶ ἐν τῇ πρὸς Ἀνατόλιον· τοῦ κη´ τῆς τετάρτης συνόδου, ὃν μὴ καμφθεὶς ταῖς δεήσεσι τῶν ἀνατολικῶν ἀπέρριψεν ὁ αὐτὸς πάπας C Λέων· καὶ τοῦ λϛ´ τῆς πενθέκτης, ὃς παρὰ συνόδου τυπωθεὶς μὴ γνησίας, ὡς δειχθήσεται, οὐδεμίαν ἔχει τὸ παράπαν ἰσχὺν, ἄλλως τε μηδὲ συμφώνων τούτων ὄντων τῶν κανόνων, ἀλλὰ τοῦ τῆς δευτέρας συνόδου θεσπίσαντος τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχειν τὰ πρεσβεῖα μετὰ τὸν Ῥώμης, τῶν λοιπῶν θεσπίζειν μὲν τὰ αὐτὰ λεγόντων, οὐ τὰ αὐτὰ δὲ ὁρισάντων, ἀλλὰ τὰ ἴσα πρεσβεῖα τῷ Κωνσταντινουπόλεως ἀπονειμάντων· πρὸς τούτοις τοῦ Κωνσταντινουπόλεως κατ' ὀλίγον αὐξηθέντος, καὶ μεμετρημένην διὰ τῶν ὑποβολιμαίων ἐκείνων κανόνων ἐξουσίαν λαβόντος, ἐπὶ τὸ χειροτονεῖν μόνους τοὺς τῆς Ποντικῆς καὶ τῆς Ἀσιανῆς, καὶ τῆς Θρᾳκικῆς διοικήσεως μητροπολίτας· πῶς, ὦ Νεῖλε, δεινοπαθεῖς κατὰ τῶν εἰπόντων τοῦτον τὸν λόγον ἔχειν τὸν πάπαν D πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ὃν ἐκεῖνος πρὸς τὸν Καισαρείας, καί τοι οὐκ ὀρθῶς εἰπόντων; δέον ὀρθῶς εἰπεῖν, οὐ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχειν, ἀλλὰ τὸν Κωνσταντινουπόλεως εἶναι πολλῷ κατώτερον τοῦ πάπα, εἴπερ ὁ Καισαρείας τοῦ Κωνσταντινουπόλεως· ὅπου τὴν ἐξουσίαν ἐπὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχει θεόθεν ὁ πάπας, ὡς ποιμὴν θεοπρόβλητος, καὶ φύλαξ τῆς ἀμπέλου. Ὁ δὲ τῆς Κωνσταντίνου μηχανουργίαις ἐπεσπάσατο τὰ ἀλλότρια, ὡς βοᾷ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς αὐτοῦ Λέων ὁ πάπας, καὶ ταῦτα ἐπὶ τὸ μόνον χειροτονεῖν. Σὺ δὲ ἄλλον τρόπον τὸν σοὶ δοκοῦντα τὴν ἀνισότητα τῆς ἀναλογίας ἐκλαμβάνων γράφεις ἃ μήτε παρὰ συνόδων, μήτε παρὰ ὀρθοδόξων εἴληφας διδασκάλων, τῆς σχισματικῆς ὄντα ματαιοφροσύνης εὑρήματα· ἔμαθες γὰρ φαύλων διδασκάλων ἀναγνοὺς συγγράμματα.

Ordo præcedentiæ patriarcharum.

Romanus, Constantinopolitanus, Alexandrinus, Antiochenus, Hierosolymitanus. Metropoles Con-

Τάξις πρωτοκαθεδρίας πατριαρχῶν.

Ὁ Ῥώμης, ὁ Κωνσταντινουπόλεως, ὁ Ἀλεξανδρέων, ὁ Ἀντιοχέων, ὁ Ἱεροσολύμων. Εἶτα αἱ μη-

τροπόλεις τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. α'. Καισάρεια. A β'. Ἔφεσος. γ'. Ἡράκλεια, καὶ ἐφεξῆς.

Ταῦτα σὺ λαβὼν ὥσπερ ἀναντίῤῥητον διδασκαλίαν, ὡς μόνῃ τῇ πρωτοκαθεδρίᾳ διαφερόντων τῶν πατριαρχῶν, λέγεις εἶναι μὲν πρῶτον τὸν πάπαν, ἀλλ' ὡς τοῖς πατριάρχαις συντεταγμένον, καὶ οὐκ ἄφετον, ἔχει γὰρ δεύτερον, καὶ τρίτον πατριάρχην· τὸν δὲ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην ἔχειν τοὺς ὑπ' αὐτὸν οὐχ ὡς πατριάρχας, ἀλλὰ μητροπολίτας, ἐν οἷς ἐστιν ὁ πρῶτος καὶ δεύτερος μητροπολίτης· ὥστε τὸ πρωτεῖον τοῦ πάπα πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως ὡς δεύτερον εἶναι συντεταγμένον, τὸ πρωτεῖον τοῦ Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὸν Καισαρείας πρῶτον ὄντα μητροπολίτην εἶναι ὡς μονάδα. Καὶ μορμολύττῃ τοὺς ἁπλουστέρους γελοίῳ νοήματι, ἀκούοντας τὸν πάπαν συντεταγμένον, μὴ ὄντα ἔξω B τῆς τάξεως, τὸν δὲ Κωνσταντινουπόλεως μονάδα ἐξαίρετον, μάλα σεμνῶς ἔξω τῆς τάξεως ὄντα· ἵν' οὕτω καταπλήττωνται οἱ χυδαῖοι τὸ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως μέγεθος.

Πόσα οὖν ἁμαρτάνεις; Πρῶτον λαμβάνεις ὡς ὁμολογούμενον τοὺς πέντε καλεῖσθαι ἐπίσης πατριάρχας, ὅπερ οὐκ ἔστιν· καὶ γὰρ μέχρι τῆς τετάρτης συνόδου οὐκ ἦν ἐν χρήσει ἡ τοιαύτη προσηγορία· κατὰ δὲ τὴν τρίτην ἐκείνης πρᾶξιν ἐμφέρονται λίβελλοι δοθέντες μετ' ἐπιγραφῆς τοιαύτης· « Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ μακαριωτάτῳ οἰκουμενικῷ ἀρχιεπισκόπῳ καὶ πατριάρχῃ τῆς μεγάλης Ῥώμης Λέοντι, καὶ τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ. » Πανταχοῦ δὲ ἐν τοῖς Πρακτικοῖς ἐπίσκοποι ἢ ἀρ- C χιεπίσκοποι καλοῦνται πάντες. Εἴπερ οὖν κατ' ἐκείνους ἔγραφες, ὦ Νεῖλε, τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ὁ τῦφος καὶ ἡ ἀλαζονεία οὔπω πέντε πατριάρχας κοινῇ ταύτῃ προσηγορίᾳ κατωνομάκει· πῶς ἂν ἐφιλοσόφησας περὶ τοῦ συντεταγμένου πρωτείου, καὶ τῆς μονάδος; Καλουμένου γὰρ μόνου τοῦ πάπα τότε πατριάρχου, ξυμπάντων δὲ τῶν λοιπῶν ἢ ἀρχιεπισκόπων, ποῦ τὸ συντεταγμένον τοῦ πρώτου καὶ δευτέρου πατριάρχου; Εἰ μὴ φαίης, ὅτι ἦν καὶ τότε τὸ συντεταγμένον, πρώτου ὄντος ἐπισκόπου τοῦ πάπα, εἶτα δευτέρου, καὶ τρίτου. Ἀλλὰ τοῦτο πάντας ποιεῖ συντεταγμένους τοὺς ἐπισκόπους, καὶ τὸν πάπαν, καὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τοὺς λοιπούς· καὶ χώραν οὐδεμίαν καταλιμπάνει τῇ μονάδι, ἣν ἀπονέμεις τῷ Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ D ἐγίνετο ἂν ἡ τῶν συντεταγμένων ἀπαρίθμησις οὕτω. α' ὁ πάππας· β' ὁ Κωνσταντινουπόλεως, θῶμεν γὰρ οὕτω· γ' ὁ Ἀλεξανδρείας· δ' ὁ Ἀντιοχείας· ε' ὁ Ἱεροσολύμων. Εἶτα ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ Κωνσταντινουπόλεως πρῶτος ὁ Βυζαντίου ἐπίσκοπος, β' ὁ Καισαρείας· καὶ οὕτω καθεξῆς ἕκαστος τῶν πέντε ἐπισκόπων ἦν ἂν πρῶτος τῶν ὑπ' αὐτὸν, καὶ οὐ μονὰς ἀσύντακτος, καὶ εἶχε τὸ πρωτεῖον οὐ κατὰ μόνην τὴν πρωτοκαθεδρίαν ὁ πάπας, ὡς ὑμεῖς φατε, ἀλλὰ κατ' ἐκείνην τὴν ἀποστολικὴν ἐξουσίαν, ἣν ὁμολογοῦσι καὶ διδάσκουσιν αἱ σύνοδοι.

Δεύτερον ἁμαρτάνεις, ὅτ' εἰ καὶ δοίημεν καλεῖσθαι καὶ τοὺς πέντε πατριάρχας, ἡ κοινότης. Τῆς προσηγορίας οὐ φέρει κοινότητα ἰσοτιμίας, ὅπερ σὺ

stantinopolitani. 1. Cæsareens. 2. Ephes. 3. Heracleens. Et deinceps.

Hæc tu tanquam irrefragabilem doctrinam supponens, quasi vero omnis patriarcharum differentia in eo tantum sita sit, ut unus alteri præcedat, dicis papam esse primum, sed ut patriarchis coordinatum, non absolutum, cum habeat secundum et tertium patriarcham; Constantinopolitanum vero habere sub se non patriarchas, sed metropolitas, in quibus est primus et secundus metropolita: ita ut primatus papæ respectu Constantinopolitani, quippe ut secundi, coordinatus sit; primatus Constantinopolitani respectu Cæsareensis primi metropolitæ sit veluti unitas. Et ridiculo hoc sensu simplicioribus terricula objicis, dum audiunt, papam esse coordinatum, non esse extra ordinem; Constantinopolitanum vero esse unitatem exemptam, et egregio titulo non intra ordinem. Ita enim vulgus Constantinopolitani magnitudinem admiratur.

Quotupliciter vero tu peccas? Primo tanquam certum accipis, quinque vocari æqualiter patriarchas, quod falsum est. Usque ad quartam synodum hæc appellatio non erat in usu; tertia vero illius synodi actione habentur libelli supplices hac inscriptione: « Sanctissimo et beatissimo universali archiepiscopo et patriarchæ magnæ Romæ Leoni, et sanctæ ac œcumenicæ synodo. » Passim vero in actis episcopi vel archiepiscopi vocantur omnes. Si ergo tu per illa tempora, Nile, scripsisses, quibus arrogantia et ambitio nondum quinque patriarchas communi appellatione conjunxerant, quomodo philosophatus esses de primatu coordinato deque unitate? Solo enim papa tunc habente titulum patriarchæ, cæteris episcopi vel archiepiscopi appellatione contentis, ubi esset coordinatio primi et secundi patriarchæ? nisi dicas, tunc etiam futuram fuisse coordinationem: nam papa esset primus episcopus, deinde secundus et tertius. Ad hoc omnes episcopos facit coordinatos cum papa, et Constantinopolitanum et reliquos, et nullum locum unitati relinquit quam tu Constantinopolitano tribuis; essetque tunc coordinatorum enumeratio talis: 1. Romanus, 2. Constantinopolitanus (supponamus enim ita esse), 3. Alexandrinus, 4. Antiochenus, 5. Hierosolymitanus. Deinde in provincia Constantinopolitana, primus Byzantius, secundus Cæsareensis; atque ita deinceps singuli episcoporum quinque haberent prima ut respectu subditorum, et nullus esset unitas non coordinata, essetque papa primus non nudo præcedenti ordine, ut vos dicitis, sed auctoritate illa apostolica quam synodi fatentur et docent.

Secundo peccas, quia etiamsi demus, patriarchæ nomen fuisse quinque illis commune, at communio appellationis non infert communionem

æqualis potestatis, quod tu accipis, quasi rem in A confesso. Nam sicut communio nominis, episcopi et archiepiscopi, non infert æqualitatem papæ et Constantinopolitani, ita etiam nec patriarchæ appellatio. Tu vero ex communitate appellationis dum infers æqualitatem dignitatis, primatum papæ dicis coordinatum; cum inferre deberes, coordinatum esse appellatione, sed non coordinatum potestate; et hac ratione cum sit appellatione coordinatus papa, potestate tamen est unitas respectu universorum. Constantinopolitanus autem cum sit uti secundus patriarcha coordinatus appellatione cum papa, non est respectu sibi subditorum ut unitas potestate, sed talis unitas, qualis et cæteri patriarchæ et metropolitæ ad suffraganeos episcopos; unitates videlicet, quia priores sedent, et B certis quibusdam privilegiis gaudent, non sicut papa est unitas, utpote successor Petri in auctoritate pastorali.

Tertio peccas, quia quod papa singulare habet, tu commune facis; et quod commune habet patriarcha, tu singulare constituis. Singulare est in papa, quod patriarcha sit et patriarchas habeat sibi subjectos; commune vero patriarchis omnibus et metropolitis, et episcopis, ut sint unitates respectu eorum qui illis quomodolibet subditi sint; neque enim patriarchis omnibus subditi sunt patriarchæ, et metropolitis metropolitæ, et episcopis episcopi. Cum igitur in hunc modum proponis argumentum: Ita se habet Constantinopolitanus C ad papam, sicut Cæsareensis ad illum; sed Cæsareensis subest potestati Constantinopolitani, ergo et ille potestati papæ: tu majorem non veram falsa tua intelligentia magis depravas, minorem juxta novas schismaticorum regulas intelligis, ac proinde e falsis principiis perperam concludis. Ut recte concludatur, ita formanda est ratio: Multo magis subest Constantinopolitanus papæ quam Cæsareensis illi; sed Cæsareensis, juxta Græcos, subest potestati Constantinopolitani: ergo multo magis ille papæ. Nisi forte hoc tibi velit coordinatio papæ, et unitas Constantinopolitani, quod insanientes quidam dixerunt: quod cum juxta pseudocanonem quem profers patriarcha Constantinopolitanus æquales habeat honores cum papa, D plus habuerit etiam hoc, quod sit unitas exempta, papa autem coordinatus manserit; si hoc intelligis, jam tuus Constantinopolitanus erit etiam Petro sublimior. Petrus enim cum sit apostolorum primus, habet et secundum et tertium, ut sit per te coordinatus et non unitas, qualem fingitis Constantinopolitanum. Sed hæc asserere manifesta insania est.

NILUS (Cap. IX).

Si vero, quia primus numerando est papa, idcirco et dominatum arripis, hoc idem dato et Constantinopolitano, recensetur enim et iste prior Alexandrino. Similiter Alexandrinus sub se Antio-

A λαμβάνεις ὡς ὁμολογούμενον. Ὥσπερ γὰρ ἡ κοινότης τοῦ ὀνόματος ἐπίσκοπος, ἢ ἀρχιεπίσκοπος, οὐ φέρει ἰσότητα τοῦ πάππα, καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως· οὕτως οὐδὲ ἡ προσηγορία τοῦ πατριάρχου. Σὺ δὲ ἐκ τῆς κοινῆς προσηγορίας ἐπιφέρων ἰσότητα ἀξίας, τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα λέγεις συντεταγμένον· δέον ἐπιφέρειν συντεταγμένον εἶναι τῇ προσηγορίᾳ, ἀσύντακτον τῇ ἐξουσίᾳ. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον συντεταγμένος ὢν ὁ πάππας τῇ προσηγορίᾳ, μονάς ἐστι πρὸς ἅπαντας τῇ ἐξουσίᾳ. Ὁ δὲ Κωνσταντινουπόλεως ὡς δεύτερος πατριάρχης συντεταγμένος ὢν τῷ πάππᾳ τῇ προσηγορίᾳ, οὐκ ἔστι πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν μονὰς τῇ ἐξουσίᾳ, ἀλλὰ τοιαύτη μονάς ἐστιν, οἷα καὶ οἱ λοιποὶ πατριάρχαι, καὶ οἱ μητροπολῖται πρὸς τοὺς συνεπαρχιώτας ἐπισκόπους, B μονάδες ὄντες πρὸς αὐτοὺς τῇ πρωτοκαθεδρίᾳ. Καὶ διωρισμένοις τισὶ προνομίοις, οὐ καθ' ὃν ὁ πάππας τρόπον ἐστὶ μονὰς ὡς διάδοχος κατὰ τὴν ποιμαντικὴν αὐθεντίαν τοῦ Πέτρου.

Τρίτον ἁμαρτάνεις, ὅτι τὸ μὲν ἐξαίρετον τοῦ πάπα καθιστᾷς κοινὸν, τὸ δὲ κοινὸν τοῦ πατριάρχου καθιστᾷς ἐξαίρετον. Ἐξαίρετον γὰρ ἐν τῷ πάπᾳ τὸ πατριάρχην ὄντα πατριάρχας ἔχειν ὑπεξουσίους· κοινὸν δὲ πᾶσι τοῖς πατριάρχαις καὶ μητροπολίταις καὶ ἐπισκόποις τὸ, μονάδας εἶναι πρὸς τοὺς ὁπωσοῦν ὑποκειμένους· οὐ γὰρ πᾶσι τοῖς πατριάρχαις ὑπόκεινται πατριάρχαι, καὶ μητροπολῖται μητροπολίταις, καὶ ἐπίσκοποι ἐπισκόποις. Ἀναλαβόντες οὖν τὸν συλλογισμὸν, Τοῦτον τὸν λόγον ἔχει ὁ τῆς Κωνσταντίνου C πρὸς τὸν πάπαν, ὃν ὁ Καισαρείας πρὸς ἐκεῖνον· ἀλλὰ μὴν ὁ Καισαρείας τῷ τῆς Κωνσταντίνου ὑπεξούσιος, ἄρα καὶ ἐκεῖνος τῷ πάπᾳ· φαμὲν, ὅτι Σὺ τὴν μείζονα μὴ ὀρθῶς ἔχουσαν χείρονι διανοίᾳ διαστρέφεις· τὴν ἐλάττω νοῶν κατὰ τοὺς σχισματικοὺς κανόνας, ἐκ ψευδῶν προθέσεων ἄτοπον ἐπιφέρεις συμπέρασμα. Χρὴ δὲ τὸν συλλογισμὸν οὕτω τυπῶσαι· Πολλῷ πλέον ἥρτηται ὁ Κωνσταντινουπόλεως τοῦ πάπα ἢ ὁ Καισαρείας ἐκείνου· ἀλλὰ μὴν ὁ Καισαρείας κατὰ τοὺς Γραικούς ἐστιν ὑπεξούσιος τῷ τῆς Κωνσταντίνου, ἄρα πολλῷ πλέον οὗτος τῷ πάπᾳ. Εἰ μὴ ἄρα καὶ σοὶ, Νεῖλε, ταῖς τινῶν μανιώδεσιν ἀλογίαις ἐκτραπέντι τοῦτο βούλεται τὸ συντεταγμένον τοῦ πάπα, καὶ ἡ μονὰς τοῦ Κωνσταντινουπόλεως· ὅτι κατὰ τὸν ψευδοκανόνα, ὃν προφέρεις, D ὁ τῆς Κωνσταντίνου ἔχων τὰ ἴσα τῷ πάπᾳ, ἔσχηκε καὶ τοῦτο πλέον, τὸ εἶναι αὐτὸν μονάδα κατ' ἐξαίρετον, ἐκείνου ὄντος συντεταγμένου. Εἰ γοῦν τοῦτο βούλει, ὥρα σοι τὸν Κωνσταντινουπόλεως καὶ ὑπὲρ τὸν Πέτρον ἀνυψῶσαι· πρῶτος γὰρ ὢν τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων καὶ δεύτερον ἔχει καὶ τρίτον· ὥστε συντεταγμένος κατὰ σὲ, καὶ οὐκ ἐφικνεῖται τῆς μονάδος, ἣν οὐκ οἶδ' ὅθεν ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐκληρώσατο. Ἀλλὰ ταῦτα μανία σαφής.

ΝΕΙΛΟΣ.

Εἰ δὲ ὅτι πρῶτος ἐν τῇ ἀριθμήσει ὁ πάπας, διὰ τοῦτο καὶ τὴν δεσποτείαν ἁρπάζεις, δὸς τοῦτο καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ γὰρ καὶ οὗτος προτάττεται τοῦ τῆς Ἀλεξάνδρου· ὁ δὲ Ἀλεξάνδρου ὁμοίως

ὑφ' αὐτὸν ἐχέτω τὸν τῆς Ἀντιόχου· καὶ οὗτος δὲ ὁριστὴς ἔστω τοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων. Καὶ πῶς οὐ ταῦτα θόρυβος ἀτεχνῶς;

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ διὰ τὴν προαρίθμησιν εἶχε τὴν δεσποτείαν ὁ πάπας, ἦν ἂν ὃ λέγεις· εἰ δὲ τῆς προαριθμήσεως αἴτιον ἡ δεσποτεία, τί μάτην σοφίζῃ; Μίαν οἶδεν ἡ τετάρτη σύνοδος κεφαλὴν τῆς Ἐκκλησίας, καὶ φύλακα τῆς ἀμπέλου ἕνα παρὰ τοῦ Σωτῆρος καταστάντα, κυροῦντα καὶ ἀποκυροῦντα τὰ εὖ καὶ ἑτέρως ἔχοντα. Ἐντεῦθεν ἡ προαρίθμησις τοῦ πάπα. Οἱ δὲ λοιποὶ πατριάρχαι γυμνὴν ἔχουσι τὴν προαρίθμησιν καὶ ὑπαρίθμησιν· οἷον εἰ φαίημεν· Προαριθμεῖται ἡ κεφαλὴ τοῦ στήθους, καὶ τὸ στῆθος τῆς γαστρὸς, καὶ ἡ γαστὴρ τῶν μηρῶν, ἀλλ' οὐκ ἴσῳ λόγῳ· ἡ μὲν γὰρ κεφαλὴ προαριθμεῖται ὡς πρῶτον μέλος, οὐ τάξει μόνον καὶ θέσει, ἀλλὰ καὶ δυνάμει καὶ ἀξίᾳ· τὰ δὲ λοιπὰ μέλη προαριθμεῖται καὶ ὑπαριθμεῖται τάξει καὶ θέσει διαφέροντα, οὐχὶ δὲ δυνάμει καὶ ἀξίᾳ τῆς κεφαλῆς. Ποῖος τοίνυν ἐκ τούτου θόρυβος, ὁπότε φύσεως αὕτη ἡ τάξις, καὶ ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ τῆς φύσεως ταύτην εἴληφεν ἡ ἐκκλησιαστικὴ ἱεραρχία;

ΝΕΙΛΟΣ.

Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ μὲν ὁ Κωνσταντινουπόλεως χειροτονεῖ τὸν Καισαρείας καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν, ὁ δὲ Ῥώμης οὔτε τὸν Κωνσταντινουπόλεως, οὔτε ἄλλον οὐδένα τῶν καθολικῶν ἱερέων· πῶς ἐστιν ἀληθεύειν λέγοντα· Οὕτως ἐστὶ πρῶτος ὁ Ῥώμης πρὸς τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ὥσπερ αὐτὸς οὗτος πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἱεράρχας;

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ποίαν λέγεις χειροτονίαν; τὴν αὐτοχειρὶ τελουμένην ὑπὸ τοῦ ἱεράρχου, οἵαν Ἀγαπητὸς ὁ πάπας ἐποιήσατο ἐνδημῶν τῇ Κωνσταντίνου, ἀπελάσας μὲν τὸν αἱρετικὸν Ἄνθιμον, ὥς φησιν ὁ βασιλεὺς Ἰουστινιανὸς ἐν τῇ μϐ' Νεαρᾷ, χειροτονήσας δὲ Μηνᾶν τὸν πατριάρχην; Ἢ χειροτονίαν λέγεις, οἵαν ὁρίζεται ἡ πρώτη σύνοδος ἐν τῷ ς' κανόνι· « Εἴτις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ μεγάλη σύνοδος ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον; » Εἰ τὴν πρώτην χειροτονίαν λέγεις ἀναγκαίαν, ὥστε σώζεσθαι τὸ πρωτεῖον, γελοῖον λέγεις· ταυτὸν γάρ ἐστι τοῦτο καὶ τὸ ἀποφαίνεσθαι, μηδένα βασιλεύειν δύνασθαι, ἢ ὧν αὐτὸς ὁ βασιλεὺς γεννήτωρ. Καὶ οἱ τῆς τετάρτης συνόδου Πατέρες τὴν χειροθεσίαν παρὰ τοῦ πάπα οὐδαμῶς εἰλήφεσαν, οἱ δὲ ὅμως ἐκεῖνον κεφαλὴν ἑαυτῶν, καὶ κυβερνήτην τῶν κανόνων ἐπεγίνωσκον, ὅτε περὶ τοῦ προτιμηθῆναι τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἦν ὁ ἀγὼν ὑπὲρ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνατολικῶν θρόνους· διαφέρει γὰρ πλεῖστον ὅσον χειροθεσία δικαιοδοσίας· ἡ χειροθεσία τὴν γεννητικὴν μιμεῖται δύναμιν· ἡ ἐξουσία συγκροτεῖ τὸ ἱερατικὸν πολίτευμα. Οὕτω γοῦν ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος πάντας τοὺς ἀνατολικοὺς πατριάρχας καὶ ἀρχιερεῖς, ὡς δέδεικται κατὰ μέρος, καὶ δειχθήσεται, ἔκρινεν, ἠθῴου, μετεκίνει ἀποστολικῇ αὐθεντίᾳ, καίτοι παρ' αὐτοῦ τὴν χειροθεσίαν μὴ λαβόντας.

chenum habet; rursus et iste arbiter sit sedis Hierosolymorum. At hæc quomodo non fuerint aperta rerum perturbatio?

CONFUTATIO.

Aliquid diceres, si prænumeratio esset origo dominatus; at quia dominatus est prænumerationis causa, quid valet sophisma tuum? Unum agnoscit quarta synodus Ecclesiæ caput, et custodem vineæ unum a Salvatore constitutum, probantem et improbantem quæ recte se habent, et quæ secus. Hæc est causa prænumerationis papæ. Cæteri vero patriarchæ nudam habent prænumerationem et subnumerationem. Ut si dicamus: Caput prænumeratur pectori, et pectus ventri, et venter femoribus, sed non pari ratione; nam caput prænumeratur ut principale membrum, non solum ordine et situ, sed virtute etiam et dignitate: cætera membra prænumerantur et subnumerantur ordinis et situs differentia, non capitis virtute et dignitate. Quæ ergo hinc perturbatio, quando naturæ hic est ordo, et ab auctore naturæ hunc eumdem habet hierarchia ecclesiastica?

NILUS (Cap. X).

Præterea si Constantinopolitanus consecrat Cæsareensem, et qui post illum sunt; Romanus autem nec Constantinopolitanum, nec ullum ex principalibus episcopis consecrat, quomodo verum sit, ita esse primum Romanum respectu Constantinopolitani, sicut hic ipse est respectu sibi subditorum?

CONFUTATIO.

Quam dicis consecrationem? illamne quæ fit per ipsam hierarchæ manum, sicut Agapetus papa Menam patriarcham consecravit expulso Anthimo hæretico, ut Justinianus imperator ait Novella 42? an consecrationem sive ordinationem intelligis, de qua statuit synodus I, can. 6: « Si quis præter sententiam metropolitani factus fuerit episcopus, hunc magna synodus statuit non debere esse episcopum? » Si primo modo necessariam dicis, ut servetur primatus, rem ais ridiculam; ac si diceres, neminem regnare posse, nisi super eos quos ipse rex genuit. Et quartæ synodi Patres non erant consecrati per papam, quem tamen suum caput et moderatorem canonum agnoscebant, quando de honorando Constantinopolitano præ cæteris Orientalium sedibus erat illis studium. Differt enim plurimum consecratio a jurisdictione: consecratio generandi facultatem imitatur, jurisdictio sacerdotalem instruit universitatem. Ita Romanus episcopus Orientales omnes patriarchas et præsules, ut particulatim ostensum est et ostendetur, judicabat, absolvebat, repellebat auctoritate apostolica, licet ab ipso non consecratos. Si vero ordinationem secundo modo intelligis, ut scilicet præter majoris sententiam episcopi non fiant, rursus pronuntias falso innixus fundamento. Unde enim habes pa-

triarchas fieri solitos præter sententiam papæ? Clamat Leo papa in epistolis ad Marcianum et Pulcheriam parte III synodi Chalcedonensis, sui favoris assensu Anatolium obtinuisse Constantinopolitanum episcopatum. Clamat Adrianus papa, act. II septimæ synodi, præsertim in Latinis authenticis litteris, quas ponit integras Anastasius Bibliothecarius, quod nisi per fidelem Tarasii concursum pro sanctarum imaginum erectione, assensum nequivisset omnimodo tribuere in ejus consecratione. Quid multa? Unde ortum est ingens schisma quod Orientalem, heu! depascitur Ecclesiam, nisi quia Photius, Romanorum pontificum increpationes non ferens, ambitionis ejus nimios impetus reprimentium, nec suscipientium illum ut legitimum patriarcham, ipse, habenis obedientiæ fractis, jecit semina defectionis novique in Ecclesia principatus, et calamitosi schismatis plantavit errorem? Frustra igitur infers tuum paradoxum, magis subesse Constantinopolitano suos, quam ipsum Romano. Cum enim fuerit probatum papam esse dominum consecrationis Constantinopolitani (qui si legitimum unquam habuit inter suos primatum, a papa hoc impetravit, sicut post Leonis tempora, ut esset in secundo ordine, a papa habuit, quemadmodum testatur Adrianus pontifex in suis authenticis litteris, act. II septimæ synodi: factum enim hoc, ait, per sedis apostolicæ auctoritatem; non tamen permittit, ut vocetur œcumenicus, nam pravitatis hæreticæ hoc esse decernit): probatum ergo cum sit papam esse dominum consecrationis præsulum Constantinopolitanorum, ex hac tota disputatione necessario sequitur contrarium, nimirum papam multo magis præesse Constantinopolitano quam illum suis.

Εἰ δὲ κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον νοεῖς τὴν χειροτονίαν, τὸ μὴ χωρὶς γνώμης τοῦ μείζονος γίνεσθαι τῶν ἐπισκόπων τὰς καταστάσεις· ἐχρῆν σε πάλιν μὴ ἀποφαίνεσθαι χρώμενον ἀρχαῖς πορρωτάτω τῆς ἀληθείας. Πόθεν γὰρ ἔχεις, ὅτι χωρὶς γνώμης τοῦ πάππα ἐχειροτονοῦντο οἱ πατριάρχαι; Βοᾷ Λέων ὁ πάππας ἐν ταῖς πρὸς Μαρκιανὸν καὶ Πουλχερίαν ἐπιστολαῖς ταῖς μετὰ τὰ Πρακτικὰ τῆς δ' συνόδου, Ἀνατόλιον συναινέσει τοῦ Ῥώμης γεγονέναι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον· βοᾷ ὁ πάππας Ἀδριανός· μάλιστα ἐν τοῖς αὐθεντικοῖς γράμμασιν τοῖς Λατινικοῖς, πράξει τῆς ζ' συνόδου δευτέρᾳ, ἅπερ ὁλόκληρα ἐντέθεικεν ὁ βιβλιοθηκάριος Ἀναστάσιος· ὡς οὐκ ἄν ποτε συνῄνεσε τῇ καταστάσει Ταρασίου τοῦ πατριάρχου, ἐπειδὴ ἐκ λαϊκοῦ ἀθρόον ἔλαβε τὴν ἐπισκοπὴν Κωνσταντινουπόλεως, εἰ μὴ αὐτὸν ἔγνω σύνδρομον τῇ ὀρθοδοξίᾳ κατὰ τῶν Εἰκονομάχων. Τί δεῖ πολλὰ λέγειν; Πόθεν ἡ καταβολὴ τοῦ μεγάλου σχίσματος, ὃ, φεῦ! τὴν Ἀνατολικὴν κατανέμεται Ἐκκλησίαν, εἰ μὴ ὅτι Φώτιος μὴ φέρων τὰς ἐπιτιμήσεις τῶν ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης, τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἐκείνου φιλαρχίας ἀνακοπτόντων, καὶ ὡς ἔννομον πατριάρχην μηδαμῶς καταδεχομένων, αὐτὸς τὰ χαλινὰ τῆς ὑπεξουσίου ἱερωσύνης διαῤῥήξας ἀνταρχίαν ἐμελέτησε καὶ αὐταρχίαν, καὶ κατεφύτευσε τὴν πολυώδυνον τοῦ σχίσματος πλάνην; Μάτην ἄρα ἐπιφέρεις, Νεῖλε, τὴν παράδοξόν σου θέσιν· μᾶλλον εἶναι πρῶτον τὸν τῆς Κωνσταντίνου πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν, ἢ τὸν Ῥώμης πρὸς ἐκεῖνον· δειχθέντος γὰρ τοῦ πάππα κυρίου τῶν χειροτονιῶν τοῦ Κωνσταντινουπόλεως· ὃς εἴπερ ποτὲ νόμιμον ἔσχε πρωτεῖον πρὸς τοὺς ὑπ' αὐτὸν, τοῦτο λαβὼν ἔσχε παρὰ τοῦ πάππα· ὥσπερ καὶ τὸ δευτέραν τάξιν ἐπέχειν μετὰ τοὺς Λέοντος χρόνους ὕστερον ἔλαβε παρὰ τοῦ πάππα, ὡς μαρτυρεῖ Ἀδριανὸς ὁ Ῥώμης ἐν τῷ αὐθεντικῷ αὐτοῦ γράμματι κατὰ τὴν β' τῆς ζ' συνόδου πρᾶξιν· ἐν ᾗ δεύτερον ἀριθμεῖσθαί φησι, χαρισαμένου τοῦτο τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου· οὐ μὴν συγχωρεῖ καὶ οἰκουμενικὸν ὀνομάζεσθαι, αἱρετικῆς γὰρ τοῦτο φρενοβλαβείας εἶναί φησιν· δειχθέντος οὖν τοῦ πάππα κυρίου τῶν χειροτονιῶν τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἀναγκαίως ἕπεται ἐξ ὧν ἀρκούντως εἰρήκαμεν τοὐναντίον· πολλῷ μᾶλλον ὑπερκείμενον τοῦ Κωνσταντινουπόλεως εἶναι τὸν πάππαν, ἢ ἐκεῖνον τῶν ὑπ' αὐτόν.

NILUS (Cap. XI).

Legito sextum canonem primæ synodi, ut scias, partem Alexandrino, partem universi adjudicatam fuisse Romano, et partem Antiocheno, nec licere uni in partem alterius insilire. Antiqui mores serventur, etc. Audis canonem præcipere, ut veteres Patrum leges observentur, quodque hoc datum sit Romano, nimirum occiduis præesse partibus, sub sede autem Constantinopolitana esse ait diœceses Asianas, et Ponticas et Thracias canon 28 quartæ synodi. Si igitur sua quisque parte contentus est, positum ordinem servat. Si quis vero sua quidem retineat, iniquis autem oculis alienas quoque affectet provincias, hic omnino mores Patrum antiquos perfringit.

ΝΕΙΛΟΣ.

Ἀνάγνωθι κανόνα ς' τῆς ἁγίας πρώτης συνόδου, ἵν' εἰδῇς, ὡς μέρους μὲν ὁ Ἀλεξανδρείας, μέρους δὲ τῆς οἰκουμένης ἄρχειν ὁ Ῥώμης ἐκρίθη, μέρους δὲ ὁ Ἀντιοχείας, καὶ ὡς οὐκ ἔξεστιν ἑτέρῳ τοῖς ἀλλοτρίοις ἐπιπηδᾷν. Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀκούεις, ὅπως τοὺς ἀρχαίους τῶν Πατέρων θεσμοὺς ὁ κανὼν στέργειν οἴεται δεῖν. Καὶ ὅτι τῷ Ῥώμης τοῦτο δέδοται, δηλαδὴ τῶν ἑσπερίων κρατεῖν· ὑπὸ δὲ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως ὁ κη' τῆς τετάρτης συνόδου φησὶ τάς τε τῆς Ἀσίας διοικήσεις, καὶ ὅσαι τοῦ Πόντου καὶ τῆς Θράκης. Εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἀρκεῖται τοῖς ἑαυτοῦ, τὴν γενομένην σώζει τάξιν· εἰ δέ τις κατέχων τὰ αὐτοῦ καὶ τὰς ἑτέρων παροικίας ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ, τοῦτον οὐκ ἔστι μὴ καταλύειν τὰ ἀρχαῖα τῶν Πατέρων ἔθη.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

A

Εὖ γε τῆς ἀγχινοίας! Ὁ κανὼν τῆς α' συνόδου τεσσάρων μέμνηται θρόνων, ἐν οἷς μάλιστα βούλεται κρατεῖν τὰ παλαιὰ ἔθη· σὺ δὲ καὶ πέμπτον εἰσάγεις θρόνον τὸν Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ἀπὸ τῆς πρώτης συνόδου πηδᾷς ἐπὶ τὴν τετάρτην· καὶ τοῖς ἀρχαίοις τῶν ἀποστολικῶν θρόνων ἔθεσι συναριθμεῖς καὶ τὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, παράγων κανόνα νόθον, ἀδόκιμον, ἄκυρον.

Εἶτα καὶ τοῦ γνησίου κανόνος τὴν ἀρχὴν ἀπεκόψατε, ὡς ἐκ τῆς ις' πράξεως τῆς δ' συνόδου δῆλον. Ἀναγνωσθεὶς γὰρ ἐκεῖ παρὰ τῶν Ῥωμαίων ὁ κανὼν, οὕτως ἔχει· « Ἡ Ἐκκλησία Ῥώμης πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα. Ἔχει τοιγαροῦν καὶ ἡ Αἴγυπτος, ὥστε τὸν ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας πάντων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ Ῥώμης ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστι, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἀναγνωσθεὶς δὲ καὶ παρὰ τῶν ἀνατολικῶν οὕτως ἔχει· « Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύῃ καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. » Οὕτω μὲν οὖν κολοβωθέντος τοῦ ἀληθοῦς κανόνος ἐκεῖνο θαυμαστὸν, ὅτι ἀποκοπὴ γέγονε τοῦ πρωτείου τῆς Ῥώμης, καὶ προσθήκη τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. Καὶ τοιούτοις πανουργεύμασι χρώμενοι πολεμεῖτε τῷ πάππᾳ, καὶ τὴν θαυμαζομένην ὑμῶν ὀρθοδοξίαν στηρίζετε.

Λέγεις ἐκείνας τοῦ κανόνος τὰς φωνὰς, « Ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστι, » τοῦτο σημαίνειν· Ἐπειδὴ τῷ πάππᾳ δέδοται τῶν ἑσπερίων κρατεῖν· ὅπερ οὐχ ἑρμηνεύειν ἐστὶν, ἀλλὰ βιάζεσθαι τὰς λέξεις· ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι ἐκ τῶν τοῦ κανόνος ῥημάτων οὐχὶ νῦν πρῶτον ὁ πάππας ἔλαβε τὸ κρατεῖν τῶν ἑσπερίων, ἀλλ' ὡς κεκτημένος εἰσάγεται· οὐ γὰρ λέγει, Καθὼς ἐν τοῖς ἑσπερίοις ἐστὶ σύνηθες, ἀλλ' Ἐπειδὴ τοῦτό ἐστι σύνηθες. Δεικτικὴ οὖσα ἀντωνυμία ἡ λέξις, *τοῦτο*, εἰ μὲν πρᾶγμα δείκνυσι, τὴν ἐκείνου παρουσίαν ἐμφαίνει, ὡς ἡνίκα λέγεται, Τοῦτό μού ἐστι τὸ σῶμα· τοῦ πράγματος δὲ μὴ παρόντος, ἀνάγκη τὴν δύναμιν τῆς δείξεως φέρεσθαι ἢ πρὸς τὸ ἔγγιστα προηγούμενον, ἢ τὸ προσεχῶς μεθεπόμενον· οἷον ἐν τῷ πρώτῳ κανόνι τῆς αὐτῆς πρώτης συνόδου φασὶν οἱ Πατέρες· « Ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα, καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν εἴρηται· » ὁρᾷς τὴν ἀντωνυμίαν, *τοῦτο*, δεικτικὴν οὖσαν τοῦ προσεχῶς ἐπιφερομένου. Καὶ ἐν τῷ ε' κανόνι, « Ἐξεταζέσθω, φασὶ, μὴ μικροψυχίᾳ, ἢ φιλονεικίᾳ, ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου ἀποσυνάγωγοι γεγένηνται. Ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν· » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἐνταῦθα ἡ ἀντωνυμία, *τοῦτο*, σημαίνει τὸ ἔγγιστα προηγούμενον· καὶ ἐν τῷ η' κανόνι περὶ τῶν Καθαρῶν, « Πρὸ πάντων δὲ, φασὶ, τοῦτο ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας· » ἐνταῦθα ἡ λέξις, *τοῦτο*, ἀναφέρεται πρὸς τὸ ἀμέσως ἑπόμε-

CONFUTATIO.

Egregium sane hominis ingenium! Canon primæ synodi quatuor sedes memorat, in quibus potissimum vult antiquos durare mores; tu vero quintam addis sedem Constantinopolitanam; et e prima synodo saltas in quartam; et antiquis apostolicarum sedium moribus annumeras quæ sunt Constantinopolitani; profersque canonem illegitimum, improbatum, nullas vires habentem.

Deinde et germani canonis principium recidistis, ut constat ex XVI act. quartæ synodi. Si quidem recitatus ibi canon a Romanis sic habet: « Ecclesia Romana semper habuit primatum: habet igitur et Ægyptus, ut episcopus Alexandrinus Ægyptiorum omnium habeat potestatem, quandoquidem et Ro-B mano episcopo hoc in more positum est, etc. » Juxta Orientales autem ita se habet: « Antiquæ consuetudines serventur, quæ in Ægypto, Libya et Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem, quandoquidem hoc et Romano episcopo in more positum est. » Ita vero canone detruncato illud admirari licet, primatus Romani factam esse mutilationem, et additamentum de Constantinopolitano. Et hujusmodi fraudibus oppugnatis papam, et eximiam vestram stabilitis orthodoxiam.

Dicis voces illas, « Quandoquidem hoc et Ro-C mano episcopo in more positum est, » hoc sibi velle: Quandoquidem Romano episcopo datum est ut Occidentalibus præsit. Sed hoc (præterquam quod verba synodi non significant, dari eo tempore papæ potestatem in Occidentales, sed ut antiquam supponunt) non interpretari est, verum inferre vim vocibus; non enim dicit, Sicuti mos est in Occidentalibus, sed, Quandoquidem hoc est in more. *Hoc* pronomen cum demonstrativum sit, si rem ostendat, præsentem significat; ut cum dicimus: Hoc est corpus meum: si res non præsens sit, necesse est ut vis demonstrationis feratur vel in proxime antecedens, vel in proxime subsequens: ut cum in primo canone primæ synodi aiunt Patres: « Sicut autem manifestum est dictum hoc esse de D iis qui rem hanc de industria faciunt, et virilitatem sibi abscindunt, » certe pronomen *hanc* demonstrat quod proxime sequitur. Et canone 5, « Exquiratur, inquiunt, ne indignatione, aut contentione, aut quavis alia episcopi offensione excommunicati sint. Ut igitur hæc digna examinatione quæratur, visum est in rem esse; » pronomen *hoc* significat, quod proxime antecedit. Et canone 8 de Catharis, « Ante omnia, inquiunt, hoc eos fateri oportet scripto, se suscipere et sequi catholicæ Ecclesiæ dogmata, » pronomen *hoc* refertur ad immediate subsequens. Quomodo igitur, quando sextus canon ait: « Ut Alexandrinus episcopus horum omnium habeat potestatem: quandoquidem et Romano episcopo hoc in more positum est, »

pronomen *hoc* non refertur ad præcedens, non ad aliquid consequens, ut suapte natura postulat, sed per te demonstrat quod nec antea, nec postea relatum est? Ita enim perverse interpretari est, et vocum significantias detorquere. Quod si, omissis distortionibus, nudum Patrum sequaris sensum, invenies mentem illorum esse, ut consuetudines antiquæ serventur : serventur Alexandriæ quoniam hic Romani etiam mos est. At mos antiquior Romani episcopi nullus est quam is quem princeps apostolorum Petrus induxit : induxit autem Antiochiæ, ubi primum ille sedem tenuit, deinde Evodium constituit : induxit morem Alexandriæ, constituto ejus episcopo evangelista Marco. Præcipit igitur, ut hi mores serventur, et diœceses jam divisæ non confundantur, cum sedes Romana semper habuerit primatum indefinite, ita ut mores particulares pendeant ex more Romanæ Ecclesiæ.

A νον. Πῶς οὖν ὅτε ὁ ς' κανὼν λέγει· « Ὥστε τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον πάντων τούτων ἔχειν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν· » ἡ λέξις, *τοῦτο*, οὐ πρὸς τὸ προηγούμενον, οὐ πρός τι ἑφεπόμενον ἀναφέρεται κατὰ τὴν ἑαυτῆς φύσιν, ἀλλ' ἕτερόν τι δείκνυσιν οὔτε πρότερον οὔτε ὕστερον μνημονευθέν; τοῦτο γὰρ παρερμηνεύειν ἐστὶ, καὶ βιάζεσθαι τῶν λέξεων τὰς σημασίας. Εἰ δὲ ἀφέμενος τῆς τῶν λέξεων διαστροφῆς ἀκολουθήσαις ἁπλῇ τῇ ἐννοίᾳ τῶν Πατέρων, εὑρήσεις τὸν ἀληθῆ νοῦν. Φυλαττέσθω τὰ ἀρχαῖα ἔθη, φυλαττέσθω τὰ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐπειδὴ τοῦτο καὶ τῷ Ῥώμης ἔθος ἐστίν. Ἀρχαιότερον δὲ ἔθος ἐπισκόπου Ῥώμης οὐκ ἔστιν, ἢ ὅπερ εἰσήνεγκεν ὁ πρωταπόστολος Πέτρος· εἰσήνεγκε δὲ B Πέτρος τὸ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἔθος, καταστήσας ἐκεῖ τὸν εὐαγγελιστὴν Μάρκον· εἰσήνεγκε τὸ ἐν Ἀντιοχείᾳ ἔθος, ἐκεῖ πρῶτον αὐτὸς ἐπισκοπεύσας, εἶτα καταστήσας τὸν Εὐόδιον. Ταῦτα οὖν, φησὶ, τὰ ἔθη κρατείτω, καὶ αἱ διοικήσεις μὴ συγχείσθωσαν οὖσαι διωρισμέναι· ὁ γὰρ Ῥώμης θρόνος πάντοτε ἔσχε τὰ πρωτεῖα ἀδιορίστως, καὶ τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ τὸ ἔθος.

Hic sensus et planus est et rerum veritati consentit. Sed ponamus sensum verborum esse qui tibi placet : sua habeat Alexandria, quoniam Occidentales partes habet Romanus. Duo hic sunt quæ inter se differunt : diœceses et terræ climata esse dispertita, et in his diœcesibus nullam esse subordinationem. Primum asserit canon, secundum tu addis. Habemus a canone, provincias esse dispertitas ; sed esse ita divisas, ut nulla sit illarum subjectio, non dicit canon, at vos additis. Si quis dicat diversa esse membra corporis, et officia diversa, verum dicit ; at non ideo negat cor, quod unum membrum est, esse illud unde in totum corpus vita emanat. Si quis Romanum dicat imperium in multas dividi provincias, verum dicit ; at non ideo negat unam esse regiam urbem, in qua sedet imperator, quæ simul est et imperii pars et caput imperii. Divisæ sunt et gentes ab initio per Petrum ad commodam administrationem variis subditæ patriarchis ; cæterum in his etiam est communis religionis et orthodoxiæ metropolis, cui subsunt omnes, Romana sedes. Si canon primæ synodi illum sensum haberet, quem tu ais, profecto synodi posteriores œcumenicæ contrarium non docuissent ; non ostendissent verbis et factis, patriarcharum auctoritatem esse limitatam, papæ auctoritatem toto orbe illimitatam. Quod ut perspectum fiat, inductione probabitur.

Ὁ νοῦς οὗτος καὶ ἀβίαστός ἐστι, καὶ ἀκόλουθος τῇ οἰκονομίᾳ τῶν πραγμάτων. Θῶμεν δὲ ὅμως τὴν χάριν ἔχειν τὴν λέξιν οὕτως ὡς σὺ λέγεις· ἐχέτω ἡ Ἀλεξανδρεία τὰ ἑαυτῆς, ἐπειδὴ ὁ Ῥώμης ἔχει τὰ ἑσπέρια. Δύο γοῦν ἐν τούτῳ ἐστὶ καὶ διάφορα· τὸ εἶναι διανενεμημένας τὰς διοικήσεις καὶ τὰ κλίματα τῆς γῆς, καὶ τὸ ἐν ταύταις ταῖς διοικήσεσι μηδεμίαν εἶναι ὑπαλληλίαν. Τὸ πρῶτον λέγει ὁ κανὼν, τὸ δεύτερον σὺ προσάπτεις. Ἔχομεν ἀπὸ τοῦ κα- C νόνος διῃρημένας εἶναι τὰς ἐπαρχίας· τὸ δὲ οὕτως εἶναι ἀντιδιῃρημένας ὡς μηδένα ἔχειν ὑποβιβασμὸν ὑπακοῆς οὐ λέγει ὁ κανὼν, ἀλλ' ὑμεῖς προστίθετε. Εἴ τις λέγοι διάφορα εἶναι τὰ μέλη τοῦ σώματος, καὶ τὰς ἐνεργείας διαφόρους, ἀληθεύει· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ἀφαιρεῖται τὴν καρδίαν, ἥτις ἓν μέλος ἐστὶ, τὸ εἶναι μέλος ζωογονοῦν ἅπαν τὸ σῶμα. Εἴ τις λέγοι τὴν Ῥωμαϊκὴν βασιλείαν διαιρεῖσθαι εἰς πολλὰς ἐπαρχίας, ἀληθεύει· ἀλλ' οὐχὶ διὰ τοῦτο ἀπαρνεῖται τὸ μίαν εἶναι τὴν βασιλίδα πόλιν, ἐν ᾗ προκάθηται ὁ βασιλεὺς, ἥτις καὶ μέρος τῆς βασιλείας ἐστὶ καὶ μητρόπολις τῆς βασιλείας· διῃρημένα γοῦν ἐστι καὶ τὰ ἔθνη κατ' ἀρχὰς ὑπὸ τοῦ Πέτρου, ἵν' εὐχερέστερον διοικοῖτο διαφόροις ὑποκείμενα πατριάρ- D χαις· πλὴν ἔστι κἀν τούτοις ἡ κοινὴ τῆς εὐσεβείας καὶ ὀρθοδοξίας μητρόπολις, ὁ θρόνος τῆς Ῥώμης, ᾧ πάντες ὑπόκεινται. Εἴπερ ὁ κανὼν τῆς πρώτης συνόδου τοιοῦτον εἶχε νοῦν, οἷον σὺ λέγεις, πάντως αἱ μετ' αὐτὴν οἰκουμενικαὶ σύνοδοι οὐκ ἂν ἐδίδαξαν τἀναντία· οὐκ ἂν ἔργοις ἔδειξαν καὶ λόγοις τῶν πατριαρχῶν τὴν ἐξουσίαν εἶναι ὡρισμένην, τοῦ πάππα ἀόριστον κατὰ τὴν ὑφήλιον ἅπασαν. Καὶ ἵνα κατάδηλον τοῦτο γένηται, δι' ἐπαγωγῆς ἀποδείκνυται.

Patres œcumenicæ synodi secundæ, ut narrat Theodoretus v *Historiæ ecclesiasticæ*, celebrato Constantinopoli generali concilio, sequenti æstate plurimi eorum rursus convenere Constantinopolim, et accepta synodica epistola ab Occidentalibus convocante illos Romam, responderunt hoc quidem se tunc non posse ; Constantinopolim vero convenisse vi litterarum, anno superiore missa-

Οἱ Πατέρες τῆς ἁγίας οἰκουμενικῆς β' συνόδου, ὥς φησι, Θεοδώρητος ἐν τῷ ε' τῆς *ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας*, τὴν οἰκουμενικὴν συγκροτήσαντες σύνοδον ἐν Κωνσταντινουπόλει, τοῦ ἐπιγενομένου θέρους εἰς ἐκείνην αὖθις τὴν πόλιν οἱ πλεῖστοι ἐκείνων παρεγένοντο, καὶ συνοδικὴν ἐπιστολὴν δεξάμενοι παρὰ τῶν τῆς ἑσπέρας, εἰς Ῥώμην αὐτοὺς ἀφικέσθαι προτρέπουσαν, ἀπεκρίναντο τοῦτο μὲν

μὴ δύνασθαι τότε αὐτοὺς, εἰς Κωνσταντινούπολιν δὲ συνδραμεῖν ἐκ τῶν πέρυσι γραμμάτων τῶν παρὰ τῆς ἑσπέρας ἐπισταλθέντων πρὸς τὸν βασιλέα Θεοδόσιον· ἄλλως τε μὴ φέροντας μερικὴν συγκατάθεσιν παρὰ τῶν μεινάντων ἐν ταῖς ἐπαρχίαις ἐπισκόπων καὶ διὰ στενότητα τῆς τεθείσης προθεσμίας. Ἐκ τούτων οὕτω φημί· Οἱ ἀνατολικοὶ Πατέρες δυνάμει τῶν γραμμάτων τοῦ πάππα συνῆλθον εἰς Κωνσταντινούπολιν· ἀλλὰ μὴν τοῦτο ἐξουσίας ἐστὶν ἔξω τῶν ἑσπερίων· ἔχει τοίνυν ὁ πάππας τὴν ἐξουσίαν καὶ ἔξω τῶν ἑσπερίων. Πρὸ τῆς ἁγίας τρίτης συνόδου ἔγραφε Κύριλλος Κελεστίνῳ τῷ πάππᾳ περὶ τοῦ ματαιόφρονος Νεστορίου ἐν τῷ πρὸ τῶν Πρακτικῶν κεφ. ιδʹ: « Ὅτι ἐπειδὴ τὰ μακρὰ τῶν Ἐκκλησιῶν ἔθη πείθουσιν ἀνακοινοῦσθαι τῇ σῇ ὁσιότητι ἐν ἀναγκαίοις οὕτω πράγμασιν, ἐν οἷς καὶ ἡ τῆς πίστεως ὀρθότης παρασαλεύεται, γράφω πάλιν ἀναγκαίως. »

rum ab Occidente ad imperatorem Theodosium: præsertim cum non haberent peculiarem assensum ab episcopis qui remanserant in provinciis, et quia præfinitum tempus angustum erat. Ex his ita dico: Orientales vi litterarum papæ convenerunt Constantinopolim; at hoc est auctoritatis extendentis se ultra regiones Occidentales: ergo Papa habet auctoritatem etiam extra Occidentem. Ante sanctam tertiam synodum scribebat Cyrillus ad Cœlestinum papam de insipiente Nestorio, prima parte concilii Ephesini, cap. 14: « Quoniam antiquus Ecclesiarum mos suadet, de rebus adeo necessariis admonendam esse Tuam Sanctitatem, in quibus et fidei rectitudo labefactatur, scribo iterum necessario. »

Ἐν τούτοις φησὶ Κύριλλος ἀναγκαίως γράφειν τῷ πάππᾳ κατὰ τὰ μακρὰ ἔθη τῶν Ἐκκλησιῶν, ὅπου ἡ τῆς πίστεως ὀρθότης παρασαλεύεται. Ἐκ τούτου λέγω· Ἔθος ἦν τῶν Ἐκκλησιῶν σαλευομένης τῆς πίστεως γράφειν τῷ πάππᾳ· ἔστιν ἄρα ὁ πάππας φύλαξ τῆς πίστεως, καὶ αἱ Ἐκκλησίαι ἐπεγίνωσκον αὐτὸν διορθωτὴν τῶν ἁπανταχοῦ αἱρέσεων· ἄρα καὶ ἐπιστασίαν ἔχοντα ἔξω τῶν ἑσπερίων. Καὶ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς γράφει ὁ Κύριλλος· « Οὐ πρότερον δὲ τῆς πρὸς Νεστόριον κοινωνίας ἐκβάλλομεν ἑαυτοὺς μετὰ παῤῥησίας, πρὶν ἂν ταῦτα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ ἀνακοινωσώμεθα. Διὸ δὴ καταξίωσον τυπῶσαι τὸ δοκοῦν· καὶ πότερόν ποτε χρὴ κοινωνεῖν αὐτῷ, ἢ λοιπὸν ἀπειπεῖν μετὰ παῤῥησίας, ὅτι τοιαῦτα φρονοῦντι καὶ διδάσκοντι οὐδεὶς κοινωνεῖ· τὸν δ' ἐπὶ τούτοις σκοπὸν τῆς σῆς θεοσεβείας χρὴ γενέσθαι διὰ γραμμάτων καταφανῆ καὶ τοῖς θεοφιλεστάτοις τοῖς κατὰ Μακεδονίαν ἐπισκόποις, καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν Ἀνατολικήν. »

In his Cyrillus ait se necessario scribere papæ pro antiqua Ecclesiarum consuetudine, quando fidei rectitudo periclitatur. Ex hoc dico: Mos erat Ecclesiarum periclitante fide scribere ad papam; est ergo papa custos fidei, et Ecclesiæ illum agnoscebant hæresum ubique terrarum excrientium castigatorem; ergo et potestate fungentem extra Occidentem. Et ad finem epistolæ scribit Cyrillus: « Non prius autem ab illius communione palam aperteque abstinemus, quam hæc pietati tuæ nota faceremus. Ne igitur dedigneris statuere quod placuerit; et an communicandum cum illo sit, an vero libere ei denuntiandum neminem communicare cum eo qui ita sentiat et doceat. Tuæ porro pietatis sententia per litteras notificanda est reverendissimis Macedoniæ episcopis et cunctis Orientalibus. »

Εἴπερ ὁ Κύριλλος πατριάρχης ὢν Ἀλεξανδρείας οὐ τολμᾷ ἑαυτὸν ἀποῤῥῆξαι τῆς πρὸς τὸν αἱρετικὸν κοινωνίας δίχα τῆς ἐπιταγῆς τοῦ πάππα, παρ' οὗ αἰτεῖται τοῦ τυπωθῆναι τὸ δοκοῦν, καὶ γνωρισθῆναι τὴν ἀπόφασιν αὐτοῦ πᾶσι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολήν· ἄρα ἐξουσίαν ἔχει ὁ πάππας ἐπὶ τοὺς πατριάρχας, καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν ἀνατολήν. Ἀποκρινόμενος δὲ Κελεστῖνός φησι πρὸς τὰ τοῦ Κυρίλλου· « Συναφθείσης σοι τοίνυν τῆς αὐθεντίας τοῦ ἡμετέρου θρόνου, καὶ τῇ ἡμῶν τοποτηρησίᾳ ἐξουσιαστικῶς χρησάμενος, ταύτην ἐκβιβάσεις ἀκριβεῖ στεῤῥότητι τὴν ἀπόφασιν· ἵνα ἢ ἐντὸς δέκα ἡμερῶν τὰ κακὰ ἑαυτοῦ κηρύγματα ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ ἀθετήσῃ· ἢ ἐὰν τοῦτο μὴ ποιήσῃ, εὐθὺς ἡ σὴ ἁγιότης ἐκείνης τῆς Ἐκκλησίας προνοησάτω. »

Si Cyrillus patriarcha Alexandrinus non audet se ab hæretici communione segregare citra papæ mandatum, a quo petit statui quod placuerit, et notam fieri ejus sententiam cunctis Orientalibus, ergo potestatem habet papa in patriarchas et in universum Orientem. Respondens autem Cœlestinus Cyrillo ait: « Quamobrem nostræ sedis auctoritate ascita, nostraque vice ac loco cum potestate usus, ejusmodi non absque exquisita severitate sententiam exsequeris; nempe, ut nisi decem dierum intervallo nefariam doctrinam suam conceptis verbis anathematizet, illico sanctitas Tua illi Ecclesiæ prospiciat. »

Πῶς ἔστι φανερώτερον ἀποδεῖξαι ἢ διὰ τούτων τῶν φωνῶν, ὅτι ὁ πάππας κριτής ἐστι καὶ μόνος διαιτητὴς τῶν πατριαρχῶν ἁπάντων; Τί δὲ, ὅτι ἐκ τῆς τοποτηρησίας τοῦ Κυρίλλου ταύτης εἰλήφασιν οἱ πατριάρχαι τῆς Ἀλεξανδρείας τὰς κομπώδεις ἐπιγραφὰς καὶ περιέργους ἐπωνυμίας, τῷ καλεῖν ἑαυτοὺς πάππας καὶ πατριάρχας, καὶ κριτὰς τῆς οἰκουμένης; Τοσαύτη πάλαι ἦν παρὰ τοῖς ἀνατολι-

At quomodo posset clarioribus verbis exprimi papam esse judicem et solum arbitrum omnium patriarcharum? Quid? quod ex hac Cyrillo delegata potestate successores Alexandrini patriarchæ sumpsere fastosos titulos et ambitiosas inscriptiones, ut se papas et patriarchas, et orbis terrarum judices vocent? Tanta olim erat apud Orientales opinio et majestas papæ, quam modo vos adeo

extenuatis. Eadem Cœlestinus et Nestorio scribit, sententiam cum potestate proferens, et excommunicationem interminans. Quomodo ergo papa hæc minabatur et decernebat, si nullam habebat in patriarchas potestatem? Quomodo etiam actione secunda tertiæ synodi Cœlestinus papa scribens ad synodum, « Direximus, inquit, pro nostra sollicitudine Arcadium et Projectum episcopos, et Philippum presbyterum nostrum, qui iis quæ aguntur intersint, et quæ a nobis antea statuta sunt exsequantur. » Statuta, inquit, a nobis exsequantur. Præsente synodo œcumenica dicit papa, executuros esse legatos statuta ab eo, cum synodus ad hoc unum congregata esset, et omnes reverendissimi episcopi simul acclamarunt: « Hoc justum judicium: Cœlestino universa synodus gratias agit. » Et Firmus, Cæsareæ Cappadociæ episcopus, interlocutus dixit, posteaquam elapsum esset tempus præstitutum Nestorio, mandatam fuisse executioni sententiam quam miserat sedes apostolica Cœlestini. Deinde Philippus presbyter, papæ legatus, quomodo ausus esset synodum ita alloqui: « Gratias agimus sanctæ synodo, quod litteris beati papæ nostri vobis recitatis, sancta membra sanctis vestris vocibus, sancto capiti, sanctis vestris acclamationibus obtuleritis. Non enim ignorat vestra beatitudo, totius fidei et apostolorum caput esse beatum Petrum. » Et hic idem Philippus actione tertia: « Nulli dubium, inquit, imo sæculis omnibus notum est, quod beatissimus Petrus, princeps et caput apostolorum, columna fidei, Ecclesiæ catholicæ fundamentum, regni claves accepit a Domino nostro Jesu Christo; et ipsi dato est potestas ligandi solvendique peccata. Qui usque adhuc et in perpetuum in suis successoribus vivit et judicat. » Et hæc dicentem suscepit sancta synodus et sua confessione dicta illius obsignavit, in relatione ad papam scribens de Joanne Antiocheno, qui celeberrimum Cyrillum iniqua depositione damnaverat: « Verum ut Joannis temeritatem longanimitate vinceremus (depositionem ejus) reservavimus judicio pietatis tuæ. » Et infra: « Proinde Sanctitas Tua convenienti indignatione concitetur. Nam si volentibus licebit etiam majores sedes afficere contumeliis, et sententias adeo iniquas contra præscripta canonum ferre in eos in quos nihil juris habent, in extremam confusionem dilabentur res ecclesiasticæ. »

A κοῖς ἡ ὑπόληψις καὶ τὸ μεγαλεῖον τοῦ πάπα, ὃ νῦν ὑμεῖς τοσοῦτον ἐξευτελίζετε. Τὰ αὐτὰ Κελεστῖνος καὶ πρὸς Νεστόριον γέγραφεν, ἐξουσιαστικῶς τὴν ἀπόφασιν προβιβάζων, καὶ ἀφορισμὸν ἐπανατεινόμενος. Πῶς οὖν ὁ πάπας ταῦτα ἠπείλει καὶ ὥριζε μηδεμίαν ἔχων ἐπὶ τοὺς πατριάρχας ἐξουσίαν; Ἢ πῶς ἐτόλμα τοποτηρητὴν ἑαυτοῦ καθιστάναι τὸν Κύριλλον, καὶ προθεσμίαν ἡμερῶν διορίζειν, καὶ πράττειν ὅσα κριτοῦ καὶ ἐπιστάτου ἴδια τυγχάνει κατὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχου; Πῶς δὲ ἐν τῇ β' πράξει τῆς τρίτης ταύτης συνόδου Κελεστῖνος ὁ πάπας τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ γράφων, « Ἀπεστείλαμεν, φησὶ, τὴν ἡμετέραν ἀναδεχομένους φροντίδα, Ἀρκάδιον καὶ Προῖεκτον ἐπισκόπους, καὶ Φίλιππον τὸν ἡμέτερον πρεσβύτερον, οἳ τοῖς
B πραττομένοις παρέσονται, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν πάλαι ὁρισθέντα ἐκβιβάσουσιν. » Τὰ παρ' ἡμῶν, φησὶν, ὁρισθέντα ἐκβιβάσουσιν. Παρούσης οἰκουμενικῆς συνόδου λέγει ὁ πάπας, ὅτι τὰ παρ' αὐτοῦ ὁρισθέντα ἐκβιβάσουσιν οἱ τοποτηρηταὶ, καίτοι τῆς συνόδου ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸ συναχθείσης. Καὶ πάντες οἱ εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι ἅμα ἀνεβόησαν· « Αὕτη δικαία κρίσις. Κελεστίνῳ εὐχαριστεῖ πᾶσα ἡ σύνοδος. » Καὶ Φίρμος ἐπίσκοπος Καισαρείας Καππαδοκίας διαλαλήσας ἔφη ὅτι τῆς προθεσμίας τῆς δοθείσης Νεστορίῳ παρελθούσης, ἐξεβίβασαν τὸν τύπον, ὃν ὁ ἀποστολικὸς θρόνος Κελεστίνου ἐπεπόμφει. Εἶτα καὶ Φίλιππος ὁ πρεσβευτὴς τοῦ πάπα πῶς ἂν ἐτόλμησε πρὸς τὴν σύνοδον εἰπεῖν· « Χάριτας ὁμολογοῦμεν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ὅτι ἀναγινωσκομένων ὑμῖν
C τῶν γραμμάτων τοῦ μακαρίου ἡμῶν πάπα, τὰ ἅγια μέλη ταῖς ἁγίαις ὑμῶν φωναῖς τῇ ἁγίᾳ κεφαλῇ, καὶ ταῖς ἁγίαις ὑμῶν ἐκβοήσεσιν ἐνηνόχατε. Οὐ γὰρ ἀγνοεῖ ὑμῶν ἡ μακαριότης, ὅτι ἡ κεφαλὴ ὅλης τῆς πίστεως, ἡ καὶ τῶν ἀποστόλων, ὁ μακάριος Πέτρος. » Καὶ αὐτὸς οὗτος ὁ Φίλιππος ἐν τῇ τρίτῃ πράξει, « Οὐδενὶ, φησὶν, ἀμφίβολόν ἐστι, μᾶλλον δὲ πᾶσι τοῖς αἰῶσιν ἐγνώσθη, ὅτι ὁ μακαριώτατος Πέτρος, ὁ ἔξαρχος καὶ κεφαλὴ τῶν ἀποστόλων, ὁ κίων τῆς πίστεως, ὁ θεμέλιος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας ἐδέξατο· καὶ αὐτῷ δέδοται ἐξουσία τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἁμαρτίας· ὅστις ἕως τοῦ νῦν καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις καὶ ζῇ καὶ
D δικάζει. » Καὶ τοιαῦτα φάσκοντα ἡ ἁγία σύνοδος ἀπεδέξατο, καὶ τῇ ἑαυτῆς ὁμολογίᾳ τὰς ἐκείνου ῥήσεις ἐπεσφραγίσατο ἐν τῇ πρὸς τὸν πάπαν ἀναφορᾷ, περὶ Ἰωάννου γράφουσα τοῦ Ἀντιοχείας, ὃς τὸν ἀοίδιμον Κύριλλον παρανόμῳ καθαιρέσει ὑπεβεβλήκει· « Ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν Ἰωάννου προπέτειαν μακροθυμίᾳ νικῆσαι τετηρήκαμεν τὴν καθαίρεσιν αὐτοῦ τῇ κρίσει τῆς σῆς θεοσεβείας. » Καὶ κατωτέρω· « Ἀγανακτησάτω τοίνυν προσφόρως ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἡ σὴ ὁσιότης· εἰ γὰρ δοθείη τοῖς ἐθέλουσιν ἄδεια καὶ τοὺς μείζονας ὑβρίζειν θρόνους· καὶ καθ' ὧν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, παρανόμους οὕτω καὶ ἀκανονίστους ἐκφέρειν ψήφους, οἰχήσεται πρὸς ἐσχάτην ἀταξίαν τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. »

Provocat synodus indignationem papæ, quoniam Antiochenus inique deposuerat Cyrillum, majoris sedis episcopum. Quo igitur modo dici queat synodum illam non agnovisse in papa potestatem universalem, si judicium illi relinquebat, et ægre

Προκαλεῖται ἡ σύνοδος τὴν ἀγανάκτησιν τοῦ πάπα, ἐπείπερ ὁ Ἀντιοχείας καθῃρήκει ἀνόμως τὸν Κύριλλον μείζονος ὄντα θρόνου. Πῶς οὖν ἡ ἁγία σύνοδος αὕτη οὐκ ἐπεγίνωσκεν οἰκουμενικὴν ἐν τῷ πάπᾳ ἐξουσίαν, ἢ καὶ τὴν κρίσιν ἐκείνῳ

τετήρηκε, καὶ μὴ φέρουσα τὸν Ἀντιοχείας γενέσθαι κριτὴν τοῦ Ἀλεξανδρείας, δέεται τοῦ πάπα ἵνα κρίνῃ τοὺς πατριάρχας, καὶ μὴ ἐάσῃ τὰ τῆς Ἐκκλησίας κατελθεῖν εἰς ἐσχάτην ἀταξίαν;

Ἡ δὲ ἁγία τετάρτη σύνοδος πολλὰς ἔχει καὶ μεγάλας μαρτυρίας τῆς ἁπανταχοῦ ἐξουσίας τοῦ πάπα. Εὐθὺς γοῦν ἐν προοιμίοις Πασχασῖνος ἐπίσκοπος τοποτηρητὴς τοῦ πάπα στὰς ἐν μέσῳ τῆς συνόδου μετὰ τῶν σὺν αὐτῷ ἔφη· « Τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων πόλεως, κεφαλῆς ὑπάρχοντος πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, προστάξεις ἔχομεν, ἐν αἷς κατηξίωσε διαλαλῆσαι, ὅπως Διόσκορος μὴ συγκαθεσθῇ τῇ συνόδῳ· εἰ δὲ ἐπιχειρήσῃ τοῦτο ποιῆσαι, ἐκβληθείη. »

Ποίας ταῦτα ἐξουσίας; καὶ ὁποία κεφαλὴ ἐν τούτοις δηλοῦται ὁ πάπας; Μόνῃ τῇ τάξει καὶ τῇ πρωτοκαθεδρίᾳ κεφαλὴ, ἢ καὶ τῇ ἐξουσίᾳ; Καὶ πότερον φιλοτίμου θεραπείας αὗται φωναὶ, ἢ ἀκράτου αὐθεντίας; Εἶτα ζητησάντων τὴν αἰτίαν τῶν παρακαθημένων ἀρχόντων, ἀπεκρίθη ὁ τοποτηρητὴς τοῦ πάπα· « Πρόσωπον ἥρπασε Διόσκορος τοῦ κρίνειν, ὅπερ οὐκ ἐκέκτητο· καὶ σύνοδον ἐτόλμησε ποιῆσαι ἐπιτροπῆς δίχα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, ὅπερ οὐδέποτε γέγονεν, οὐδὲ ἐξὸν γενέσθαι. »

Εἴπερ ᾔδει τὸν κανόνα τῆς πρώτης συνόδου Διόσκορος διανέμοντα τῆς γῆς τὰ κλίματα τοῖς πατριάρχαις, ὥστε ἕκαστον ἀρκεῖσθαι τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ μὴ ἀδίκοις ὀφθαλμοῖς ὁρᾷν τὰς ἑτέρων παροικίας, διατί οὐκ ἀντεῖπεν, ἀνὴρ ὢν ἀλαζονικώτατος, ἔχων καὶ τοὺς ἄρχοντας ὑπεραπολογουμένους, ἀλλ' ἠναγκάσθη καθίσαι ἐν μέσῳ ὡς ὑπεύθυνος διὰ τὸ πρόσταγμα τοῦ πάπα; Ὁ γὰρ τολμήσας πρότερον τὸ μέγιστον καὶ ἀφόρητον ἔγκλημα, δι' ὃ καὶ μόνον καθῃρέθη ὑπὸ τῆς ἁγίας συνόδου, ὥς φησιν Ἀνατόλιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐν τῇ ε' πράξει, δηλονότι ἀκοινωνησίαν ὑπαγορεύσας κατὰ τοῦ πάπα, πῶς οὐκ ἂν ἐτόλμησε μὴ ὢν ὑπεξούσιος τῷ πάπᾳ ἐκβοῆσαι, καὶ τῶν ἐκείνου ληγάτων τὴν παῤῥησίαν ἀπείπασθαι. Οὐ γὰρ δὴ θεραπείας ἦν τότε καιρὸς, ἀλλ' ὑπὲρ ἐγκλημάτων, ὑπὲρ τοῦ θρόνου, ὑπὲρ πίστεως ἦν ὁ ἀγών.

Καὶ Θεοδώρητος ἐν τῇ α' πράξει ταύτης τῆς συνόδου, ἐκπεσὼν πάλαι τῆς ἐπισκοπῆς, εἶχε τοὺς Αἰγυπτίους ἀντιλέγοντας, καὶ μὴ καταδεχομένους ἐκεῖνον συνεδρεῦσαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ· οἱ δὲ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες καὶ ἡ σύγκλητος ἔφασαν· « Εἰσίτω καὶ ὁ εὐλαβέστατος Θεοδώρητος κοινωνήσων τῇ συνόδῳ, ἐπειδὴ καὶ ἀποκατέστησεν αὐτῷ τὴν ἐπισκοπὴν ὁ ἁγιώτατος ἀρχιεπίσκοπος Λέων. » Καὶ αὖθις· « Θεοδώρητος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος τὸν οἰκεῖον ἀπολαβὼν τόπον παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιεπισκόπου τῆς μεγαλωνύμου Ῥώμης εἰσῆλθε. »

Τὰ αὐτὰ καὶ ἡ ὀγδόη πρᾶξις περιέχει. Πῶς οὖν μηδεμίαν ἔχων ὁ πάπας ἐν τῇ ἀνατολῇ ἐξουσίαν ἀποκατέστησε Θεοδώρητον, καὶ ἐν τάξει ἐπισκόπων ἐκαθέσθη ἐκεῖνος διὰ μόνην τοῦ πάπα τὴν αὐθεντίαν, πρὶν ἢ τὴν σύνοδον ὅλην περὶ τούτου ψῆφον ἐξενεγκεῖν; Πῶς οἱ

A ferens Antiochenum usurpasse judicium in Alexandrinum, rogat papam, ut judicet patriarchas, et ne permittat Ecclesiæ res devenire in summam confusionem?

Sancta synodus quarta multis magnisque testimoniis fatetur universalem papæ auctoritatem. In ipso enim exordio Paschasinus episcopus, papæ vicarius, cum in medio stetisset una cum suis collegis, dixit: « Beatissimi atque apostolici Romæ episcopi, qui omnium Ecclesiarum est caput, mandata habemus, quibus præcipere dignatus est ut Dioscorus non sedeat in concilio; quod si tentaverit, ejiciatur. »

Quam auctoritatem hæc verba designant, et B quale caput papa in iis describitur, solone ordine et prærogativa sedendi ante alios, an etiam potestate? Rursus hæ voces spectantne ad honorarium dicendi genus, an ad meram potestatem? Quærentibus autem senatoribus, qui præsentes aderant, causam, respondit legatus papæ: « Personam judicis arripuit Dioscorus, quam non habebat, et synodum celebrare est ausus sine impetrata facultate a sede apostolica, quod nunquam factum est, nec fieri licet. »

Si norat Dioscorus, per primæ synodi canonem distributa esse patriarchis terræ climata, ut suis quisque contentus esset, et iniquos oculos non conjiceret in alienas parœcias, cur homo arrogantissi- C mus non contradixit, cui senatores etiam favebant, sed coactus est sedere in reorum loco propter mandatum papæ? Nam qui antea scelus nefarium et intolerabile ausus erat, propter quod unum a sancta synodo damnatus est, ut fatetur Anatolius Constantinopolitanus, nimirum excommunicationi subjicere papam; qua ratione non fuisset ausus exclamare, si potestatem papæ non agnoscebat, et loquendi libertatem qua legati utebantur retundere? Neque enim tunc honorarii sermonis tempus erat, sed agebatur de illatis criminibus, de sede, de fide.

Et Theodoretus act. I hujus synodi, cum jam ereptus erat episcopatus, habebat contradicentes D episcopos Ægyptios, non ferentes ut ille consideret in synodo. At senatores dixerunt: « Ingrediatur et reverendissimus Theodoretus, ut sit particeps synodi, quandoquidem episcopatum illi restituit Leo sanctus archiepiscopus. » Et rursus: « Theodoretus reverendissimus episcopus, cum suo loco restitutus fuerit a sanctissimo archiepiscopo inclytæ urbis Romæ, ingressus est. »

Eadem et actione VIII repetuntur. Quomodo igitur, si nulla erat in Oriente papæ auctoritas, restitutus est Theodoretus auctoritate papæ, et sedit in episcoporum ordine antequam universa synodus de eo sententiam ferret? Quomodo incla-

mantes Ægyptii dicentesque, Ab universa synodo damnatus est, non etiam responderunt, Et quam habet papa potestatem in Orientalem episcopum damnatum a synodo, quam illi œcumenicam habebant? Illud præterea actionis v : « Qui contradicunt, Nestoriani sunt. Qui contradicunt, eant Romam ; » an non insigne testimonium est universalis potestatis papæ?

καταβοῶντες Αἰγύπτιοι καὶ κράζοντες· Ἐπὶ πάσης τῆς συνόδου καθήρηται· οὐκ εἶπον· Ποίαν γὰρ ἔχει ὁ πάπας ἐξουσίαν εἰς ἀνατολικὸν ἐπίσκοπον καθαιρεθέντα ὑπὸ συνόδου νομιζομένης παρ' αὐτῶν οἰκουμενικῆς; Ἐκεῖνο δὲ τὸ κατὰ τὴν ε' πρᾶξιν φερόμενον· « Οἱ ἀντιλέγοντες Νεστοριανοί εἰσιν, οἱ ἀντιλέγοντες εἰς Ῥώμην ἀπέλθωσιν· » πῶς οὐ μέγα μαρτύριον τῆς οἰκουμενικῆς ἐξουσίας τοῦ πάπα;

Aiebat Cyrillus se necessario scribere papæ, dum fides esset in periculo. Episcopi quartæ synodi hæreticos aiunt Romam esse mittendos : qua ratione etiam tertia synodus depositionem Joannis Antiocheni reliquit papæ : et sexta synodus Macarium Antiochenum et socios hæreticos transmisit ad papam, ut scribit Constantinus Pogonatus imperator in epistola ad Leonem papam. Quid ita? nisi propter eam causam, quam affert quarta synodus, quia custos vineæ est papa, et potestatem habet judicandi de fide et sacerdotibus, ut inquit Valentinianus imperator in epistola ad Theodosium imperatorem. Alioquin, quomodo ausi essent legati papæ, coram hac frequentissima synodo *cunctarum Ecclesiarum archiepiscopum vocare papam ?* et actione sexta, cum definitionem subscriberent, his titulis uti, *apostolici universalis Ecclesiæ, et episcopi omnium Ecclesiarum ?* eo præsertim tempore quo vigebat studium extollendi sedem Constantinopolitanam. Sextæ quoque synodi non leve est testimonium. Etsi enim Constantinopolitani titulum œcumenici per id tempus sibi arrogabant, prodigiosam hanc appellationem usurpantes, tamen hujus synodi Patres, inter quos erat Georgius Constantinopolitanus, dum faciunt mentionem papæ et cœtus episcoporum, his usi sunt vocibus in Prosphonetico ad imperatorem : « Senioris Romæ et apostolicæ summitatis pontificalissimus antistes, nosque minimi. » Quod explanantes legati papæ, ita Prosphonetico subscripserunt : « Theodorus, Georgius, Joannes locum tenens beatissimi et universalis papæ, » etc. Quod enim omnes episcopi minimos se appellarint, papam vero antistitem pontificalissimum, deinde hunc et œcumenicum inscribi, maximam est differentiam fateri inter papam et patriarchas. Quid quod in litteris ad Agathonem papam hæc synodus : « Maximi morbi, inquit, majoribus indigent auxiliis. Idcirco Christus, virtus revera conditrix et gubernatrix rerum, sapientem dedit medicum, Vestram a Deo honoratam Sanctitatem, quæ et contagia pravitatis hæreticæ depelleret salubribus orthodoxiæ medicamentis, et valetudinis robur membris Ecclesiæ largiretur. »

Ἔλεγε Κύριλλος, ὅτι πίστεως σαλευομένης ἔγραφεν ἀναγκαίως τῷ πάπᾳ. Οἱ ἐπίσκοποι τῆς δ' συνόδου φασὶ, τοὺς αἱρετικοὺς εἰς Ῥώμην παραπέμπεσθαι, καθ' ὃ καὶ ἡ τρίτη σύνοδος τετήρηκε τῷ πάπᾳ τὴν καθαίρεσιν Ἰωάννου τοῦ Ἀντιοχείας· καὶ ἡ ς' σύνοδος Μακάριον τὸν Ἀντιοχείας καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ αἱρετικοὺς πρὸς τὸν πάπαν παρέπεμψεν, ὥς φησιν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ Πωγωνάτος ἐν τῇ πρὸς Λέοντα τὸν πάπαν ἐπιστολῇ. Διατί δὴ ταῦτα; ἢ ὅτι, καθά φησιν ἡ τετάρτη σύνοδος, φύλαξ τῆς ἀμπέλου ὁ πάπας, καὶ τὴν ἐξουσίαν ἔχει τοῦ κρίνειν περί τε πίστεως καὶ ἱερέων, ὥς φησιν Οὐαλεντινιανὸς ὁ βασιλεὺς γράφων Θεοδοσίῳ ἐν τοῖς πρὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς δ' συνόδου. Πῶς δὲ ἄλλως ἐτόλμησαν οἱ τοποτηρηταὶ τοῦ πάπα ἐνώπιον τῆς πολυανθρωποτάτης τῶν συνόδων καλεῖν τὸν πάπαν *ἀρχιεπίσκοπον πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν*, ὡς ἐν τῇ δ' πράξει; καὶ ἐν τῇ ὑπογραφῇ τοῦ ὅρου κατὰ τὸν ς' *ἀποστολικὸν τῆς οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας, καὶ πάσης Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον*; καθ' ὃν μάλιστα καιρὸν ἤκμαζεν ἡ σπουδὴ τῶν πρεσβείων τοῦ Κωνσταντινουπόλεως. Οὐκ ὀλίγη δὲ καὶ ἡ τῆς ς' συνόδου μαρτυρία· εἰ γὰρ οἱ Κωνσταντινουπόλεως ἑαυτοὺς τότε ἐπέγραφον οἰκουμενικοὺς, προσηγορίαν σφίσιν αὐτοῖς ἀλλόκοτον ἐφαρμόζοντες, ὅμως οἱ τῆς συνόδου ταύτης Πατέρες, ἐν οἷς καὶ Γεώργιος Κωνσταντινουπόλεως, μνείαν τοῦ πάπα ποιούμενοι καὶ τῆς ὁμηγύρεως τῶν ἐπισκόπων, τοιαύταις ἐχρήσαντο φωναῖς ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς τὸν βασιλέα· « Ὁ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης καὶ ἀποστολικῆς ἀκροπόλεως ἀρχιερατικώτατος πρόεδρος, καὶ ἡμεῖς οἱ ἐλάχιστοι. » Ὅπερ ἐπεξηγούμενοι οἱ ἐπέχοντες τὸν τόπον τοῦ πάπα, οὕτως ὑπέγραψαν τῷ προσφωνητικῷ· « Θεόδωρος, Γεώργιος, Ἰωάννης, τὸν τόπον ἐπέχων Ἀγάθωνος τοῦ μακαριωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ πάπα· » καὶ τὰ ἑξῆς. Τὸ γὰρ πάντας τοὺς ἐπισκόπους εἰπεῖν ἑαυτοὺς ἐλαχίστους, τὸν πάπαν δὲ ἀρχιερατικώτατον πρόεδρον, εἶτα καὶ οἰκουμενικὸν ἐπιγράφεσθαι, μεγίστην ἐστὶ διαφορὰν ὁμολογεῖν τοῦ πάπα πρὸς τοὺς πατριάρχας. Τί δὲ ὅτι ἐν τοῖς πρὸς Ἀγάθωνα τὸν πάπαν γράμμασιν αὕτη ἡ σύνοδος, « Τὰ μέγιστα, φησὶ, τῶν νοσημάτων μειζόνων δεῖται βοηθημάτων· διά τοι τοῦτο Χριστὸς, ἡ ὄντως τῶν ὄντων δημιουργική τε καὶ προνοητικὴ δύναμις, σοφὸν ἀνέδειξεν ἰατρὸν τὴν ὑμετέραν θεοτίμητον ἁγιότητα, τό τε νοσῶδες τῆς αἱρετικῆς λύμης ὀρθοδοξίας φαρμάκοις ῥωστικῶς ἀπελαύνουσαν, καὶ πανσθενῆ τὴν ὑγείαν τῆς Ἐκκλησίας χαριζομένην τοῖς μέλεσιν. »

Morbi, qui maximus evaserat, medicum esse inquit papam, largientem Ecclesiæ membris sanitatem. Cur enim recitatis in illa synodo Sophronii, Hierosolymitani episcopi, qui plurimum contra

Τῆς νόσου μεγίστης γενομένης ἰατρὸν λέγει τὸν πάπαν, χαριζόμενον τὴν ὑγείαν τοῖς μέλεσι τῆς Ἐκκλησίας· πῶς γὰρ ἀναγνωσθέντων ἐν ἐκείνῃ τῇ συνόδῳ καὶ τῶν Σωφρονίου τοῦ Ἱεροσολύμων ἐπισκόπου

ὀρθοδόξων συνοδικῶν, τοῦ πολλὰ κατὰ τῶν Μονοθελητῶν ἀγωνισαμένου, μόνοις τοῦ πάπα τοῖς γράμμασιν ἀπονέμουσιν οἱ Πατέρες τὴν ἰατρικὴν δύναμιν εἰς τὰ μέλη τῆς Ἐκκλησίας; Ὁμοφωνοῦντες γὰρ οἱ ἅγιοι Πατέρες ἐν τοῖς οἰκείοις γράμμασιν, ὅπερ οἱ τῆς δ' συνόδου, ἔλεγον φύλακα τῆς ἀμπέλου παρὰ τοῦ Σωτῆρος καταστάντα· τοῦτό φασιν οἱ τῆς ἕκτης, σοφὸν παρὰ Χριστοῦ ἰατρὸν δοθέντα πρὸς τὸ ἀπελαύνειν τὸ νοσῶδες τῆς αἱρετικῆς λύμης, καὶ χαρίζεσθαι τὴν ὑγείαν τοῖς μέλεσι τῆς Ἐκκλησίας. Πῶς δ' ἂν μὴ εἴη ταῦτα τῆς οἰκουμενικῆς ἐν τῷ πάπᾳ ἐπιστασίας μαρτυρία; Καὶ Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς Λέοντι τῷ πάπᾳ ἐπιστέλλων γράφει· « Τῷ μακαριωτάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς ἀρχαίας περιδόξου πόλεως Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῷ πάπᾳ. » Καὶ συμπλέκει τὰ δύο, τὸ εἶναι Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ οἰκουμενικὸν πάπαν.

Monothelitas decertaverat, orthodoxis synodicis, Patres medicinalem vim in membra Ecclesiæ solis tribuunt litteris papæ? Consona quippe docentes Patres in suis scriptis, quod quarta synodus aiebat, papam vocant custodem vineæ a Salvatore constitutum; hoc idem sexta exprimit, sapientem medicum appellans, a Christo datum ad expellendum pravitatis hæreticæ morbum et largiendam Ecclesiæ membris sanitatem. Quis neget hæc esse universalis in papa potestatis testimonia? Et Constantinus imperator, Leoni papæ scribens, hoc titulo utitur: « Beatissimo archiepiscopo veteris et inclytæ urbis Romæ, et œcumenico papæ. » Et conjungit duo, esse Romæ episcopum, et esse œcumenicum papam.

Πῶς δ' ἂν εἴη ὁ πάπας οἰκουμενικὸς, οὐ τάξει μόνῃ καὶ προεδρίᾳ καθ' ὑμᾶς, ἀλλὰ δυνάμει καὶ ἐξουσίᾳ, κατωτέρω ἐξηγεῖται ὁ βασιλεὺς ἐν οἷς λέγει· « Εἰς μίαν ποίμνην τὰ τοῦ Χριστοῦ πρόβατα συνηλάσαμεν, ἑνὶ καὶ μόνῳ ποιμένι τῷ καλῷ ποιμαινόμενα, ᾧ καὶ ὑμεῖς συμποιμαίνειν ἐτάχθητε, καὶ ὑπὲρ τῶν προβάτων τιθέναι τὴν ψυχὴν διετάχθητε. Οὐκοῦν ἀνδρίζου καὶ ἴσχυε, καὶ τὴν τοῦ λόγου ῥομφαίαν περίζωσαι, καὶ στῆθι ἑδραῖος τῆς εὐσεβείας ὑπέρμαχος, καὶ πᾶσαν αἱρετικὴν ἀκοὴν καὶ εἰσήγησιν ἐκτεμεῖν προθυμήθητι, καθὰ καὶ Πέτρος τὸ πρότερον τὸ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀκροάσεως αἰσθητήριον τῇ μαχαίρᾳ πατάξας ἀφείλετο. Ἀνάτεινον τὴν ἀξίνην τοῦ πνεύματος, καὶ πᾶν δένδρον ἐκφύον καρπὸν αἱρέσεως ἢ κατηχήσεσι μεταφύτευσον, ἢ κανονικαῖς ἐπιτιμήσεσιν ἔκκοψον, καὶ εἰς τὸ πῦρ τῆς μελλούσης γεέννης παράπεμψον. » Κατὰ παντὸς, φησὶ, δένδρου αἱρέσεως καρπὸν ἐκφύοντος ἀνατεινέτω τὴν ἀξίνην ὁ πάπας, καὶ ἢ κατηχήσεσι μεταφυτευέτω διδασκαλικῶς, ἢ κανονικαῖς ἐπιτιμήσεσιν ἐκκοπτέτω ἐξουσιαστικῶς. Εἶχεν ἄρα ὁ βασιλεὺς καὶ ἡ Κωνσταντινούπολις κατ' ἐκεῖνο καιροῦ τὸν πάπαν οὐχὶ μόνων κρατοῦντα τῶν ἑσπερίων, ὡς οἱ μεταγενέστεροί φασιν, ἀλλὰ μηδένα κατὰ τὴν ὑφήλιον ὅρον ἔχοντα τῆς ποιμαντικῆς ἐξουσίας, καὶ οἰκουμενικὸν ἀρχιποίμενα, φθεγγόμενον τὰ τοῦ Πέτρου, ὥς φησιν αὐτὸς οὗτος ὁ βασιλεὺς ἐν τῇ ἐπιστολῇ πρὸς τὴν σύνοδον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου. Εἶτα ἐπισφραγίζει τὴν ἐπιστολὴν ὁ βασιλεὺς φάσκων· « Προτρέπομεν δὲ τὴν ὑμετέραν πανίερον κορυφὴν, ἀνυπερθέτως ἐκπέμψαι τὸν παρ' αὐτῆς ὁριζόμενον ἀποκρισιάριον, ἐφ' ᾧ τοῦτον κατὰ τὴν βασιλίδα καὶ θεοφύλακτον ἡμῶν διάγειν πόλιν· καὶ ἐν τοῖς ἀνακύπτουσιν εἴτε δογματικοῖς, εἴτε κανονικοῖς, καὶ ἁπλῶς ἐκκλησιαστικοῖς ἅπασι πράγμασι τὸ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης ἐξεικονίζειν πρόσωπον. »

Esse porro papam œcumenicum, non ordine tantum et sedendi loco, ut vos dicitis, sed potestate et auctoritate, declarat infra imperator: « Christi, inquiens, oves in unum gregem redegimus, quæ ab uno et solo pastore bono pascantur; quocum et vos pascere jussi estis, et animam pro omnibus ponere. Ergo viriliter age, et confortare, et accingere verbi gladio, et firmus pietatis sta propugnator, omnemque hæreticum auditum atque doctrinam præcidere stude, sicut et Petrus olim Judaice auditus sensorium gladio percutiens abstulit. Attolle securim spiritus, et omnem arborem ferentem fructum hæreseos vel institutionibus transplanta, vel canonicis pœnis exscinde, et igni futuræ gehennæ transmitte. » Attollat, inquit papa, securim in omnem arborem ferentem hæreseos fructum; et vel institutionibus magisterii transplantet, vel canonicis censuris exscindat cum potestate. Habebat ergo tunc temporis imperator et Constantinopolis papam non solius præsulem Occidentis, ut recentiores aiunt, sed nullis arctatum auctoritatis terminis per universum. Habebat pro pastorum œcumenico principe, per quem Petrus loqueretur, ut idem ipse imperator ait in epistola ad synodum sedis apostolicæ. Denique obsignat imperator rescriptum ad papam his verbis: « Hortamur porro vestram sanctissimam summitatem, ut quam primum mittat quem designare solet apocrisiarium, ut is in regia et a Deo conservata nostra urbe degat; et in emergentibus sive dogmaticis, sive canonicis, ac prorsus in ecclesiasticis omnibus negotiis Vestræ Sanctitatis personam referat. »

Εἰ γοῦν τῷ ποιμένι Χριστῷ συμποιμαίνει ὁ πάπας, καὶ ἔθος ἦν ἀποκρισιάριον τοῦ πάπα διάγειν ἐν Κωνσταντινουπόλει τὸ ἐκείνου πρόσωπον ἐξεικονίζοντα ἐν ἅπασι τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν (τοῦτο δὲ οὐδὲν ἄλλο ἢ τὰ ἐκκλησιαστικὰ διευθύνειν ἐστὶν, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ βίου καὶ πολλῶν ἐπιστολῶν τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου)· πῶς ἄρα

Si ergo cum pastore Christo pascit papa; et mos erat, apocrisiarium papæ Constantinopoli degere, qui illius gereret personam in omnibus ecclesiasticis negotiis (hoc autem nihil est aliud, quam res ecclesiasticas moderari, ut constat ex Vita multisque epistolis sancti Gregorii Dialogi), quomodo tu dicis, Nile, distributas esse gentes

patriarchis, ut suis quisque contentus sit, et nulla sit subordinatio? Hoc idem pariter liquido constat ex Actis septimæ synodi. Scribebat Leo Isaurus, imp. Iconomachus, Gregorio papæ II, de convocanda synodo œcumenica, ut diximus et videre est in litteris illius papæ ad Leonem ante primam actionem. Et papa respondit : « Scripsisti, ut concilium universale cogatur : et nobis inutilis ea res visa est. Fac nos te audisse, et congregatos esse episcopos ex universo orbe, » etc.

λέγεις, ὦ Νεῖλε, τὰ ἔθνη ἀποκεκληρῶσθαι τοῖς πατριάρχαις, ὡς ἕκαστον ἀρκεῖσθαι τοῖς ἑαυτοῦ, καὶ μηδεμίαν εἶναι ὑπαλληλίαν; Παραπλησίως τοῦτ' αὐτὸ καταφανὲς ἐκ τῶν Πρακτικῶν τῆς ζ' συνόδου. Ἔγραφε Λέων ὁ Ἴσαυρος Εἰκονομάχος ὢν πρὸς Γρηγόριον τὸν πάπαν περὶ συνόδου οἰκουμενικῆς, ὡς εἴρηται, καὶ ἔστιν ἰδεῖν ἐν ταῖς πρὸς Λέοντα ἐπιστολαῖς ἐκείνου τοῦ πάπα, πρὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς ζ' συνόδου. Ἀποκρινόμενος γάρ φησιν ὁ πάπας « Ἔγραψας, ἵνα οἰκουμενικὴ σύνοδος γένηται· καὶ ἡμῖν ἀπρόσφορον ἐφάνη περὶ τούτου· σύνθου, ὅτι ἐπηκούσαμέν σου, καὶ συνηθροίσθησαν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης οἱ ἀρχιερεῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Si non agnosset in papa Iconomachus generalem auctoritatem, quomodo petiisset a papa convocationem synodi generalis? Qui possit enim fieri per papam œcumenica synodus, si œcumenica auctoritas non sit in papa?

Εἰ μὴ ἐπεγίνωσκεν ὁ Εἰκονομάχος οἰκουμενικὴν ἐν τῷ πάπᾳ ἐξουσίαν, πῶς ᾐτεῖτο τὸν πάπαν οἰκουμενικὴν γενέσθαι σύνοδον; Πῶς γὰρ ἂν διὰ τοῦ πάπα γένοιτο οἰκουμενικὴ σύνοδος, εἰ μὴ ἔχοι ὁ πάπας οἰκουμενικὴν ἐξουσίαν;

Et patriarcha Constantinopolitanus Tarasius quomodo scribebat Adriano papæ? « Et cum ante omnia lectæ essent litteræ Vestræ Sanctitatis, communi omnes considebamus corona, spiritalibus epulis tanquam in regia cœna fruentes, quas per litteras tuas Christus præparabat convivis; et sicut oculus toti corpori rectam veritatis semitam ostendebas. » Nam esse oculum, qui veritatis semitam toti corpori ostendat, quid est aliud, quam papam esse custodem fidei, et propugnatorem errore invulnerabilem, et Petrum in illo loqui? Si ergo est fidei totius corporis dux, ergo et fidei patriarcharum, et se habent patriarchæ ad papam ut duce indigentes ad ducem, et gubernati ad gubernatorem. Et liquet ex his omnibus, vel sanctas synodos fuisse deceptas, quæ factis et dictis approbarunt et agnoverunt in papa generalem Petri auctoritatem, vel te errare, qui male et perverse interpreteris sextum primæ synodi canonem. Atqui impossibile est primum, ergo secundum necessario verum est.

Πῶς δὲ καὶ Ταράσιος ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἔγραφεν Ἀδριανῷ τῷ πάπᾳ· « Καὶ προκριθέντων ἀναγνωσθῆναι τῶν τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος γραμμάτων, ἦμεν ἐν κοινῇ χορείᾳ ἅπαντες τοῖς πνευματικοῖς ἐδέσμασιν ὡς ἐν βασιλικοῖς δείπνοις ἐντρυφῶντες, ἅπερ ὁ Χριστὸς διὰ τῶν σῶν γραμμάτων εὐωχουμένοις ηὐτρέπιζεν, καὶ ὡς ὀφθαλμὸς τὸ ὅλον σῶμα πρὸς τὴν εὐθεῖαν τῆς ἀληθείας τρίβον ἐδείκνυες. » Τί γὰρ ἄλλο ἐστὶν ὀφθαλμὸν εἶναι τοῦ ὅλου σώματος, ὑποδεικνύοντα τὴν τρίβον τῆς ἀληθείας, ἢ τὸν πάπαν εἶναι φύλακα τῆς πίστεως, καὶ πρόμαχον ἐκ πλάνης ἄτρωτον, καὶ Πέτρον ἐν ἐκείνῳ φθέγγεσθαι; Εἰ δὲ ὁδηγός ἐστι τῆς πίστεως τοῦ ὅλου σώματος, ἄρα καὶ τῆς πίστεως τῶν πατριαρχῶν. Καὶ ἔχουσιν οἱ πατριάρχαι πρὸς αὐτὸν ἀναλογίαν ὁδηγουμένων πρὸς ὁδηγοῦντα, καὶ κυβερνωμένων πρὸς κυβερνῶντα. Καὶ πρόδηλον ἐκ τούτων ἁπάντων ἢ τὰς ἁγίας συνόδους φενακισθῆναι καὶ ἔργοις καὶ λόγοις ἀποδεξαμένας καὶ ὁμολογησάσας ἐν τῷ πάπᾳ τὴν οἰκουμενικὴν τοῦ Πέτρου ἐξουσίαν, ἢ σὲ φενακισθῆναι κακῶς καὶ διεστραμμένως ἐκλαβόντα τὸν ϛ' κανόνα τῆς α' συνόδου. Ἀδύνατον δὲ τὸ πρῶτον· ἀναγκαῖον ἄρα τὸ δεύτερον.

Cum vero infers, Quod si terræ climata singulis principalium episcoporum essent attributa, et Romanæ sedi nihil esset peculiariter assignatum, sed soli ipsi principatum in alios datum diceret canon, jure affirmari posset, totum terrarum orbem illi subesse, et principales episcopos administrare quæ illius sunt, quemadmodum subditi Constantinopolitano administrant quæ illius sunt. At si Romano quidem illud attributum est, illud vero Alexandrino, hoc autem Constantinopolitano, non magis sub illis Romanus, quam illi sub Romano sunt, quod ad hoc attinet. Hæc veritati nihil obstant. Quod enim partem sibi papa reservaverit, non tollitur per hoc indefinita subordinationis ratio, sicut ex eo quod sit cor unum certum membrum, non tollitur quia sit generale principium vitæ omnium membrorum. Qua ratione papa in actis synodorum et Romæ episcopus et œcumenicus vocatur. Sed tu callido so-

Ὅτε γοῦν ἐπιφέρεις, ὅτι Τὰ κλίματα τῆς γῆς εἴπερ ἦσαν ἑκάστῳ τῶν καθολικῶν ἐπισκόπων διανενεμημένα, καὶ οὐδὲν ὡρισμένως ὑπὸ τὸν τῆς Ῥώμης κατέστη θρόνον, ἀλλὰ μόνον αὐτὸν τὴν ἀρχὴν εἰληφέναι τῶν ἄλλων ἔλεγεν ὁ κανὼν, εἰκὸς ἦν δήπου λογίζεσθαι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὑπ' αὐτὸν εἶναι, καὶ τοὺς καθολικοὺς ἐπισκόπους τὰ ἐκείνου διοικεῖν, ὥσπερ τὰ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως οἱ ὑπ' αὐτὸν ἱεράρχαι. Εἰ δὲ ἐκεῖνο μὲν ἀπεκληρώθη τῷ Ῥώμης, ἐκεῖνο δὲ τῷ Ἀλεξανδρείας, τοῦτο δὲ τῷ τῆς Κωνσταντίνου, οὐ μᾶλλόν γε ὁ Ῥώμης ὑπ' ἐκείνους, ἢ ὑπὸ τὸν Ῥώμης, ὅσα γε εἰς τοῦτο τελέσουσιν. Ταῦτα, ὦ Νεῖλε, οὐδὲν προσίσταταί τῇ ἀληθείᾳ· τὸ γὰρ καὶ ἑαυτῷ τὸν πάπαν ἀποκληρῶσαι ὥς ἴδιόν τι οὐκ ἀφαιρεῖται τὸ ἀόριστον τῆς ὑπαλληλίας· ὥσπερ τὸ εἶναι τὴν καρδίαν ἓν μέλος ὡρισμένον οὐκ ἀφαιρεῖται τὸ εἶναι αὐτὴν ἀόριστον ἀρχὴν τῆς τῶν ἄλλων μελῶν ζωογονίας· καθ' ὃν δὴ τρόπον ὁ πάπας ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῶν συνόδων

καὶ Ῥώμης ἐπίσκοπος, καὶ οἰκουμενικὸς προσαγορεύεται. Σὺ δὲ πανούργως σοφίζῃ, τὸ ὡρισμένον καὶ τὸ ἀόριστον οὐ πρὸς διάφορα, ἀλλὰ πρὸς ἓν ταυτὸν λαμβάνων· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἔλεγεν, Ἡ καρδία ὡρισμένον μέλος ἐστὶν, ἄρα οὐκ ἀόριστον· ὅπερ ἑαυτοῦ ὂν ὡρισμένον, τοῖς ἄλλοις ἐστὶν ἀόριστον. Ὥστε ψευδὲς ὃ λαμβάνεις, ὅτι ἐχρῆν μηδὲν εἶναι ὡρισμένον ὑπὸ τὸν πάππαν, ἵνα φῶμεν ὑπ' αὐτὸν εἶναι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην· οὐ γὰρ ἀναγκαῖον τοῦτο, μᾶλλον δὲ τοὐναντίον ἀναγκαῖον· ἵνα γὰρ χώραν ἔχῃ κεφαλῆς ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ, ὅ φασιν αἱ ἅγιαι σύνοδοι, ἀνάγκη καὶ ὡρισμένως εἶναι τὸ μέλος τοῦτο κεφαλὴν ἐκ μορίων ὡρισμένων συνεστηκὸς, καὶ πρὸς τἄλλα μέλη τὴν ἀρχὴν ἀορίστως ἔχειν· ὅθεν ἀναγκαίως ἕπεται πάντας εἶναι ὑπὸ τὸν Ῥώμης, οὐχ ὥσπερ ὑπὸ τὸν Κωνσταντινουπόλεως οἱ ὑπ' αὐτὸν ἱεράρχαι, ἀλλὰ πολλῷ μᾶλλον, ὡς ἔφθημεν εἰπόντες.

A phismate uteris, definitum et indefinitum non sumens respectu diversorum, sed respectu ejusdem; ac si quis diceret: Cor certum et determinatum est membrum, ergo non indeterminatum: cum tamen sibi determinatum, cæteris indeterminatum sit. Itaque falsum accipis, cum dicis debuisse nihil assignari papæ determinate, ut diceremus, totum illi orbem subesse; non enim hoc, sed oppositum necessario requiritur. Nam ut papa locum capitis obtineat in Ecclesia, quod sanctæ synodi affirmant, necesse est ut et certum hoc membrum, caput, ex determinatis constet particulis, et rationem principii respectu aliorum membrorum indeterminate habeat; ex quo sequitur necessario, omnes subesse Romano, non sicut Constantinopo- B litano subsunt qui sub illo sunt, sed multo magis, ut diximus.

ΝΕΙΛΟΣ.

Εἰ δὲ ὅτι τὴν ἔφεσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἔχει, διὰ τοῦτο καὶ δεσπότην αὐτὸν ἀξιοῖς, ταύτην καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ἔχοντος, ἔστωσαν ὑπ' ἐκεῖνον ὁμοίως οἱ λοιποὶ θρόνοι. Ἀλλ' οὔτε ὁ τῆς Κωνσταντίνου ὁριστὴς ἐκείνων διὰ τοῦτο κατέστη, οὔτε ὁ πάπας διὰ τοῦτο δίκαιος ἂν εἴη ταῖς παροικίαις τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ἐνοχλεῖν. Ἀνάγνωθι κανόνα θ' τῆς δ' συνόδου, ἵν' εἰδῇς τὴν ἔκκλητον προσοῦσαν καὶ τῷ θρόνῳ Κωνσταντινουπόλεως.

NILUS (Cap. XII).

Si vero quia rerum ecclesiasticarum appellationes habet, idcirco illum constitui vis dominum, cum eas habeat et Constantinopolitanus, subsint illi etiam cæteræ sedes. Sed neque Constantinopolitanus propter hoc constitutus est illarum judex, nec papa debet propter hoc provinciis aliorum patriarcharum molestus esse. Lege quartæ synodi nonum canonem, ut scias ad Constantinopolitanum etiam pertinere appellationes.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Αὕτη ἡ παράθεσις· Ἔχει τῶν ἐκκλησιαστικῶν τὴν ἔφεσιν ὁ πάπας, ἔχει καὶ ὁ Κωνσταντινουπόλεως· πλήρης σοφισμάτων ἐστὶ, καὶ διὰ τοῦτο ἀρχὴ πολλῶν ἀτοπημάτων· πρῶτον μὲν, ὦ γενναῖε, ὁ ἔννατός σου κανὼν τῆς δ' συνόδου τὸ ἀνύποπτον οὐκ ἔχει· βοῶσι γὰρ αἱ Λέοντος τοῦ πάπα ἐπιστολαὶ αἱ μετὰ τὰ Πρακτικὰ τῆς τετάρτης συνόδου, συναγηγέρθαι τὴν οἰκουμενικὴν ἐκείνην πανήγυριν ἐπὶ μόνῃ τῶν αἱρέσεων ἀνατροπῇ, οὐχὶ δὲ καὶ κανόνων ἐκφωνήσει· δεύτερον, ὡς ἀδιαφόρους οὔσας τάς τε τοῦ πάπα καὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως ὑποτίθῃ τὰς ἐκκλήτους, καὶ ἀδικεῖς πλεῖστα τὴν ἀλήθειαν. Ἔχει τὰς ἐκκλήτους ὁ πάππας ἄνωθεν, ἀπ' ἀρχῆς τοῦ κηρύγματος· μάρτυς ἡ ἐν Ἀντιοχείᾳ σύνοδος κατὰ Παύλου Σαμοσατέως, ὃν καθαιρεθέντα καὶ μὴ βουλόμενον ἀποστῆναι, ὥς φησιν Εὐσέβιος ἐν τῷ ζ' τῆς *Ἱστορίας*, Αὐρηλιανὸς ὁ βασιλεὺς, πρὸς ὃν ταῦτα ἀνήνεγκεν ἡ τότε σύνοδος, ἔχειν ἔκρινε τὴν ἐπισκοπὴν, ὃν ἂν ἐπικρίνοι ὁ Ῥώμης ἐπίσκοπος. Καὶ τὴν κρίσιν τοῦ βασιλέως αἰσιωτάτην καλεῖ ὁ Εὐσέβιος. Οὐκ ἂν δὲ ἦν αἰσιωτάτη, εἰ μὴ ἦν ὁ πάπας αἴσιος κριτὴς τῆς συνοδικῆς κρίσεως. Μάρτυς Διονύσιος ὁ Ἀλεξανδρείας, ὡς ἱστορεῖ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐν οἷς ὑπὲρ ἐκείνου συνέγραψε καὶ ἐν τῷ περὶ τῶν ἐν Ἀριμίνῳ καὶ Σελευκείᾳ συνόδων. Κατηγορηθεὶς γὰρ οὗτος ὁ Διονύσιος προσέφυγε τῷ πάπᾳ ἀπολογούμενος· καὶ τοῦτο πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου.

CONFUTATIO.

C

Ista comparatio: Habet papa ecclesiasticorum appellationes, habet et Constantinopolitanus, plena sophismatum est ideoque multorum absurdorum origo. Primo enim nonus, quem citas, quartæ synodi canon suspicione non caret. Nam Leo papa in suis epistolis, quæ tertia parte quartæ synodi habentur, apertissime asserit, œcumenicam illam congregationem sacerdotum esse factam ad exstinguendas tantum hæreses, non etiam ad canones condendos. Secundo, appellationes ad papam atque ad Constantinopolitanum quasi nulla ratione differentes supponis, et veritatem intime lædis. Habet appellationes papa ab initio, ab ortu evange- D licæ prædicationis. Testis Antiochena synodus contra Paulum Samosatenum; qui cum depositus esset, parere noluit, ut tradit Eusebius VII *Historiæ*. Quare ab Aureliano imperatore, ad quem synodus confugit, responsum fuit, illi dandum episcopatum, cui Romanus episcopus adjudicasset; et judicium hoc imperatoris æquissimum vocat Eusebius. At certe non esset æquissimum, nisi papa esset judicii synodici congruens judex. Testis Dionysius Alexandrinus, ut narrat sanctus Athanasius in iis quæ pro illo scripsit, et epistola de synodis Arimini et Seleuciæ. Accusatus enim iste Dionysius apologiam suam scripsit ad papam, idque ante Nicænam synodum.

Testis ipse magnus Athanasius qui ante Sardicensem synodum, a qua jus appellationum papæ concessum asserunt neoterici Orientales, elapsus ex Arianorum insidiis, pervenit Romam et res suas permisit Ecclesiæ, ut ipsemet scribit in Apologia ad Constantium. In secundo quoque Apologetico affert pro se Athanasius epistolam Julii papæ, in qua de appellationibus hæc habentur : « Non enim soli Athanasius et Marcellus episcopi Romam venerunt, injusta se passos querentes, sed plurimi alii episcopi e Thracia, Cœlesyria, Phœnice et Palæstina. Presbyteri quoque non pauci, alii quidem Alexandria, alii vero ex aliis partibus venerunt ad hanc synodum. » Testis Eutyches archimandrita, ut ex prima actione quartæ synodi constat, et epistolis sancti Leonis papæ ad sanctum Flavianum et Theodosium Augustum. Depositus enim Eutyches, et excommunicatus a sancto Flaviano et ejus synodo, ante quartum generale concilium appellationis libellum obtulit papæ. Testis idem sanctus Flavianus, quando depositus a Dioscoro provocavit et ipse ante concilium quartum, ut constat actione ejus prima, et ex epistola Valentiniani ad Theodosium.

Μάρτυς ὁ μέγας Ἀθανάσιος πρὸ τῆς ἐν Σαρδικῇ συνόδου· καθ' ἣν οἱ μεταγενέστεροι τῶν ἀνατολικῶν φασι δεδόσθαι τὰς ἐκκλήτους τῷ πάπᾳ· φυγὼν τοὺς διωγμοὺς τῶν Ἀρειανῶν, καὶ ἀνελθὼν εἰς Ῥώμην, καὶ τῇ Ἐκκλησίᾳ τὰ κατ' αὐτὸν παραθεὶς, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος γράφει ἐν τῇ πρὸς Κωνστάντιον ἀπολογίᾳ. Καὶ ἐν τῷ β' ἀπολογητικῷ φέρει ὑπὲρ ἑαυτοῦ ὁ μέγας Ἀθανάσιος ἐπιστολὴν Ἰουλίου τοῦ πάπα, τοιαῦτα περὶ τῶν ἐκκλήτων ἔχουσαν· « Οὐ γὰρ μόνον οἱ περὶ Ἀθανάσιον καὶ Μάρκελλον οἱ ἐπίσκοποι ἐληλύθασιν εἰς Ῥώμην, αἰτιώμενοι κατ' αὐτῶν ἀδίκιαν γεγονέναι, ἀλλὰ καὶ πλεῖστοι ἄλλοι ἐπίσκοποι ἀπὸ Θρᾴκης, ἀπὸ Κοίλης Συρίας, ἀπὸ Φοινίκης καὶ Παλαιστίνης. Καὶ πρεσβύτεροι μὲν οὐκ ὀλίγοι, ἄλλοι δέ τινες ἀπὸ Ἀλεξανδρείας, καὶ ἄλλοι ἐξ ἄλλων μερῶν ἀπήντησαν εἰς τὴν ἐνταῦθα σύνοδον. » Μάρτυς Εὐτυχὴς ὁ ἀρχιμανδρίτης, ὡς δῆλον ἐν τῇ α' τῆς δ' συνόδου πράξει, καὶ ἐν ταῖς ἐπιστολαῖς Λέοντος τοῦ πάπα πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν, καὶ τὸν βασιλέα Θεοδόσιον, τῇ συνόδῳ ἐγκειμέναις· καθαιρεθεὶς γὰρ, καὶ ἀκοινωνησίᾳ ὑποβληθεὶς παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Φλαβιανοῦ καὶ τῆς σὺν αὐτῷ συνόδου ὁ Εὐτυχὴς πρὸ τοῦ συγκροτηθῆναι τὴν τετάρτην σύνοδον, ἐκκλήτου λίβελλον ἐπιδέδωκε πρὸς τὸν πάπαν. Μάρτυς καὶ αὐτὸς ὁ ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸς, ὅτε παρὰ Διοσκόρου καθαιρεθεὶς ἐξεκαλέσατο καὶ αὐτὸς πρὸ τῆς τετάρτης συνόδου, ὡς δῆλον ἐν τῇ α' πράξει, καὶ ἐν τῇ ἐπιστολῇ Οὐαλεντινιανοῦ πρὸς Θεοδόσιον πρὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς τετάρτης συνόδου.

In hunc modum habet appellationes papa; Constantinopolitanus vero per te habet ex nono quartæ synodi canone : differunt igitur ut quid recens ab antiquissimo; differunt præterea, ut limitatum ab illimitato. Nam Constantinopolitano datæ sunt a synodo illæ appellationes quæ ferri possent a diœcesibus illi concessis, Asia, Ponto et Thracia; est enim in concesso apud Græcos non provocare ad Constantinopolitanum eos qui subjecti sunt aliis patriarchis : at vero ad Romanum referuntur appellationes, ut probatum est, et a patriarchis, et ab universa Ecclesia, ita ut cæteri patriarchæ sint quidem post Constantinopolitanum, sed non sub Constantinopolitano; omnes vero sint post Romanum et sub Romano. Vides quantum in argumento pecces? Habet, ais, appellationes ecclesiasticorum papa, habet etiam Constantinopolitanus; ergo si Constantinopolitanus non est propter hoc aliorum judex, nec papa erit; non sequitur : quia sibi subditorum, non post se numeratorum est judex Constantinopolitanus : et quorum judex est, eorum etiam appellationes habet, et contra : nam convertitur. Papa vero cum omnium appellationes habeat, omnium quoque est judex, et ex hac differentia tollitur sophismatis impostura. De vicesimo autem octavo quartæ synodi canone, deque quadragesimo sexto quinisextæ, quos citas, nihil dicemus. Nam quartæ synodi canon ille jam reprobatus est, qui eosdem honores statuit papæ et Constantinopolitano; eo-

Καὶ οὕτω μὲν ἔχει τὰς ἐκκλήτους ὁ πάπας· ὁ δὲ Κωνσταντινουπόλεως ἔχει κατὰ σὲ ἐκ τοῦ θ' κανόνος τῆς δ' συνόδου· ὥστε διαφέρουσιν ὥσπερ τὸ πρόσφατον τοῦ ἀρχαιοτάτου· ἔτι διαφέρουσιν ὥσπερ ὡρισμένον ἀορίστου. Ὁ μὲν γὰρ Κωνσταντινουπόλεως ἐκείνας ἔλαβε τὰς ἐκκλήτους παρὰ τῆς συνόδου, ὧν ἔλαβε καὶ τὰς παροικίας, Ἀσίας, Πόντου καὶ Θρᾴκης· ὡμολόγηται γὰρ παρὰ Γραικοῖς, ὅτι οὐκ ἐκκαλοῦνται ἐπὶ τὸν Κωνσταντινουπόλεως οἱ ὑπὸ τοὺς λοιποὺς πατριάρχας· πρὸς δὲ τὸν Ῥώμης ἀναφέρονται αἱ ἔκκλητοι, ὡς δέδεικται καὶ παρὰ πατριαρχῶν καὶ ἁπάσης τῆς Ἐκκλησίας· ὥστε τοὺς λοιποὺς πατριάρχας εἶναι μετὰ τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ἀλλ' οὐχὶ ὑπὸ τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ἅπαντας δὲ εἶναι καὶ μετὰ τὸν Ῥώμης καὶ ὑπὸ τὸν Ῥώμης. Ὁρᾷς οὖν, οἷα ἐν τῷ ἐπιχειρήματι ἁμαρτάνεις; Ἔχει τὴν ἔφεσιν τῶν ἐκκλησιαστικῶν ὁ πάπας, ἔχει καὶ ὁ τῆς Κωνσταντίνου· εἰ δὲ οὐκ ἔστι διὰ τοῦτο ὁ τῆς Κωνσταντίνου ὁριστὴς τῶν ἄλλων, οὔτε ὁ πάπας· οὐκ ἔῤῥωται ἡ ἔνστασις· τῶν γὰρ ὑπ' αὐτὸν, οὐχὶ τῶν μετ' αὐτὸν ὁριστὴς ὁ Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ὧν ἐστιν ὁριστὴς, ἐκείνων ἔχει τὰς ἐκκλήτους, καὶ ἀνάπαλιν, ἀντιστρέφει γάρ. Ὁ δὲ πάπας ἔχων τὰς ἁπάντων ἐκκλήτους, καὶ ἀπαξαπάντων ἐστὶν ὁριστής· διαφόρως οὖν ἐχουσῶν τῶν ἐκκλήτων, ἡ πλεκτάνη τοῦ σοφίσματος διαλύεται. Πρὸς δὲ τὸν κη' τῆς δ' συνόδου κανόνα, καὶ τὸν λς' τῆς πενθέκτης, οὐδὲν ἐροῦμεν· ὁ μὲν γὰρ τῆς δ' συνόδου ἤδη ψευδὴς ἀπελήλεγκται, ὁ τὰ αὐτὰ πρεσβεῖα νομοθετῶν τῷ πάπᾳ

καὶ τῷ Κωνσταντινουπόλεως. Παραπλησίως ἐλεγχθήσεται καὶ ὁ τῆς πενθέκτης, ἔνθα περὶ τῆς συνόδου ἐκείνης ἔσται ὁ λόγος.

ΝΕΙΛΟΣ.

Ὅτι δὲ πάντας ἀνακρίνων, αὐτὸς ὑπ' οὐδενὸς ἀνακρίνεται, τοῦτο καὶ ψεῦδος, καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων ἔθεσιν οὐ συμβαίνει. Εἰ γὰρ Παῦλος τοῖς ἄλλοις κοινοῦται τὸ Εὐαγγέλιον, μήπως εἰς κενὸν τρέχῃ ἢ ἔδραμε, καὶ πάλιν Πέτρος ἐπιτιμῶντος ἀνέχεται Παύλου· πῶς οὗτος καθάπερ τύραννος ἀνεύθυνον ἕξει τὸν βίον; Ὅτι δὲ καὶ ψεῦδος τὸ τοιοῦτον, σαφές. Περὶ μὲν τῶν δογμάτων Ὀνώριος τοῖς παρ' ἡμῖν μαρτυρεῖ, ὃς κριθεὶς παρὰ τῆς ς' συνόδου τῷ ἀναθέματι παρεδόθη· περὶ δὲ τῆς ἄλλης πολιτείας καὶ πᾶσι μὲν νόμοις, οἷς ἕκαστος τῶν ἐπισκόπων ὑπόκειται, ἐνέχεται καὶ αὐτὸς εἰς ἐπισκόπους τελῶν· πολλοὶ δὲ οἱ τοιοῦτοι τῶν νόμων, οἱ μὲν παρὰ τῶν ἀποστόλων, οἱ δὲ παρὰ τῶν οἰκουμενικῶν ἐκτεθειμένοι συνόδων· καὶ ἰδίᾳ δὲ φαίνεται παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων ἐπιτιμώμενος. Ἀνάγνωθι κανόνα τῆς ς' συνόδου ιγ' περὶ τοῦ γάμου τῶν ἱερωμένων, καὶ τὸν νε' περὶ τοῦ Σαββάτου.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Σύμφωνα ταῦτα ἐπιπλέκεις ταῖς σαῖς ἀρχαῖς, ἀλλ' ἀσύμφωνα τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τοῖς ἤδη προκομισθεῖσιν ἐλέγχοις. Εἰ γὰρ κατὰ σὲ τὸ πρωτεῖον ὁ πάπας ἔχει παρὰ τῶν Πατέρων, καὶ ἔστι διάδοχος τοῦ Πέτρου ὡς τῶν ἐπισκόπων ἕκαστος τῶν ὑπ' ἐκείνου χειροτονηθέντων, καὶ δύναται τῶν ὀρθῶν ἐκπεσεῖν δογμάτων, καὶ πρῶτός ἐστι τάξει μόνῃ, καὶ ὡρισμένην ἔχει παροικίαν, εὔλογον πάντως καὶ αὐτὸν ἀνακρίνεσθαι κατὰ τοὺς ἄλλους, μηδὲν ἐξαίρετον ἔχοντα.

Εἰ δὲ ὅσα εἴρηται, λῆρος καὶ ψευδολογία καὶ νεωτερισμὸς, εὔδηλον καὶ ἃ νῦν ἐπιφέρεις, εἶναι κομπώδη τερετίσματα. Παῦλος κοινοῦται τὸ Εὐαγγέλιον, Πέτρος ἀνέχεται παρὰ Παύλου ἐπιτιμώμενος, ἄρα δεῖ κρίνεσθαι καὶ τὸν πάππαν. Οὐ συνορᾷς τοῦ συλλογισμοῦ τὸ ἀπρόσφορον; Ἄλλο τὸ κοινοῦσθαι καὶ τὸ ἐπιτιμᾶσθαι, καὶ ἄλλο τὸ κρίνεσθαι· ἐκεῖνα ἀγάπης καὶ φιλίας, τοῦτο ἐξουσίας. Εἰ δέ σοι τὸ ἐπιτιμᾶσθαι τὸν Πέτρον δοκεῖ ὑποβιβασμὸν δηλοῦν, ἄκουε τοῦ μεγάλου Πατρὸς Γρηγορίου τοῦ ἐπίκλην Διαλόγου ἐν τῇ ιη' εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ ὁμιλίᾳ· « Ὁ Πέτρος, φησὶ, γέγονε καὶ τῷ ἐλάττονι ἀδελφῷ συναινέτης, καὶ τῷ ὑποδεεστέρῳ κατηκολούθησεν ἐν τῇ αὐτῇ ὑποθέσει, ἵνα κἂν τούτῳ μείζων γένηται, ὥσπερ κορυφαῖος ὢν τῇ ἀποστολικῇ ἀξίᾳ, οὕτω καὶ τῇ ταπεινοφροσύνῃ γινόμενος. »

Εἰ δὲ ὅλως μὴ κρίνεσθαι μὲν, ἀλλ' ἐπιτιμᾶσθαι βούλει τὸν πάπαν ὑπὸ τῶν συμπατριαρχῶν, ὥσπερ ὑπὸ τοῦ συναποστόλου ὁ ἀπόστολος· ἐχρῆν σε ἐνθυμεῖσθαι τὰ ῥητὰ καὶ τὰς ὁμολογίας τῶν ἐν ταῖς συνόδοις Πατέρων, ὅτι ὀφθαλμὸς καὶ κορυφὴ, καὶ πατὴρ τῶν ἐπισκόπων ἁπάντων ὁ πάπας, ἐκεῖνοι δὲ συναπόστολοι. Καὶ χωλαίνει ἡ ἀναλογία. Ἐπετίμα Κελεστῖνος ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ τῷ Νεστορίῳ,

A dem modo reprobabitur et canon quinisextæ, quando de illa synodo erit sermo.

NILUS (Cap. XIII).

Quod vero omnes ipse judicans a nemine judicetur, hoc et falsum et moribus apostolorum contrarium est. Nam si Paulus confert cum aliis Evangelium, ne forte in vacuum curreret aut cucurrisset, et rurus Petrus a Paulo increpari se patitur, quomodo iste quasi tyrannus vitam nulli judici obnoxiam traducet? Quod autem falsum quoque sit, inde patet. Nam de dogmatibus Honorius est testis, qui judicatus a sexta synodo et anathemate condemnatus est. De moribus autem cer-
B tum est illum et cunctis quidem teneri legibus, quibus et quilibet episcopus, cum inter episcopos numeretur: sunt porro leges hujusmodi multæ, partim ab apostolis, partim a conciliis generalibus editæ; speciatim vero videtur a sanctis Patribus reprehendi. Lege canonem quinisextæ 13, de conjugio sacerdotum, et 55, de Sabbato.

CONFUTATIO.

Tu quidem fundamentis tuis convenientia loqueris, sed a veritate aliena et jam rejecta. Si enim papa per te primatum habet Patrum beneficio, et successor est Petri, non secus ac quivis
C alius episcopus ex iis quos Petrus consecravit, et potest errare in fide, et primus est ordine tantum, et definitam habet diœcesim: certe rationi consonum est ut judicetur et ipse sicut alii, et nullo sit privilegio exemptus.

At si ea omnia nugatoria sunt, ac falsitatis et novitatis plena, certe et quæ infers inanes cantilenæ sunt. Confert Evangelium Paulus, Petrus increpari se patitur, ergo etiam papa judicio subdendus est. Annon animadvertis insulsitatem syllogismi? Aliud est conferre et increpari, et aliud judicari: illa charitatis et amicitiæ sunt, hoc potestatis. Quod si increpari Petrum, videtur tibi principatus imminutio, audi eximium docto-
D rem Gregorium Magnum homilia in Ezechielem 18: « Petrus, inquit, se etiam minori fratri ad consensum dedit, atque in eadem re factus est sequens minoris sui, etiam ut in hoc præiret: quatenus qui primus erat apostolatus culmine, esset primus in humilitate. »

Sed si omnino vis non quidem judicari papam, sed increpari a compatriarchis, sicut apostolus a coapostolo, meminisse debes dicta et confessiones Patrum in synodis, quod oculus et vertex et pater episcoporum omnium papa, illi vero, coapostoli. Et proportio non quadrat. Increpabat Cœlestinus in tertia synodo Nestorium, non increpabatur; increpabat Leo in quarta Dioscorum, et increpa-

tiones synodus approbabat; procacitatem vero Dioscori adversus papam cum horrore detestata est. Agatho papa in sexta synodo scribebat apostolicos suos prædecessores commonuisse, rogasse, increpasse Orientales ut curarentur. Et Adrianus papa in septima Tarasium Constantinopolitanum increpabat, quod ex laico ordine patriarchatus culmen esset adeptus, et inscriberetur œcumenicus. Tu vero evangelicum pervertis ordinem, et papam non increpari modo vis, sed etiam judicari; et Honorium inculcas, quem judicaverit et condemnaverit sexta synodus etiam post mortem. Et vocas sextæ synodi opus, quod Acephali egerunt Orientales. Nec vides, haud primos hoc ausos esse Patres sextæ synodi. Ita enim Patres secundæ synodi clandestinum scripserant canonem de honore Constantinopolitani sine papa; ita quartæ synodi Patres, ut enarratum est; ita soli postmodum Orientales celebrata synodo quinisexta schismati radicem posuere. In summa, quidquid Orientales in conciliis egerunt clam papa, non sacris conciliis tribuenda sunt, sed artificiosis quorumdam machinamentis. Quare multum conqueritur Leo papa in quarta synodo. Judicavit et condemnavit Honorium livor eorum qui dicta illius mala interpretatione exceperunt, et loquebantur quæ sibi cordi erant, ut ait sanctus Maximus in dialogo quem supra citavimus. Non ferebant enim quatuor Constantinopolitanos patriarchas anathematizari ut hæreticos Monothelitas, et non inseri Honorium Romanum.

Quod vero de moribus ais, papam, cum sit episcopus, subesse cunctis legibus quibus subjacet omnis episcopus, hoc plane est doctrina tua non indignum. Certe nunquam dixeris patriarcham Constantinopolitanum subdi legibus hierarcharum sibi subjectorum inter quos ille primus est ut unitas, et non sicut coordinatus, ut tu dicis. Quomodo enim sit non coordinatus et subordinatus? At vero papam cunctis subesse legibus, quibus et quilibet episcopus, egregie admodum pronuntias; et si subest cunctis legibus, quibus et omnis episcopus, erit per te papa ejus ordinis, cujus et episcopi suffraganei Cæsareensis. At hoc dicere, quid est aliud quam insanire? Sed si verum est multo magis Constantinopolitanum subesse papæ quam illi subditos hierarchas; et Constantinopolitanus non subjicitur legibus suorum episcoporum; profecto nec papa subjicitur legibus omnium episcoporum; quare nec legibus subjectus est quibus subest quilibet episcoporum, quandoquidem quilibet episcoporum subest apostolorum et Patrum legibus; papa vero cum pastorum caput sit, nullis pastorum legibus subest; alioquin quomodo dicta et sententiæ synodorum de papa consistent?

Asseris deinde, papam videri speciatim repre-

οὐκ ἐπετιμᾶτο· ἐπετίμα Λέων ἐν τῇ δ' Διοσκόρῳ, καὶ τὰς ἐπιτιμήσεις ἐπεκύρου ἡ σύνοδος. τὴν δὲ Διοσκόρου τόλμαν κατὰ τοῦ πάππα μετὰ φρίκης ἀπεσκοράκισεν. Ἀγάθων ὁ πάππας ἐν τῇ ἕκτῃ ἔλεγε τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀρχιερεῖς τῆς Ῥώμης ὑπομνῆσαι, ἐρωτῆσαι, ἐπιτιμῆσαι τοῖς ἀνατολικοῖς ὥστε θεραπευθῆναι. Καὶ Ἀδριανὸς ὁ πάππας ἐν τῇ ζ' ἐπετίμα Ταρασίῳ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, ὅτι ἐκ λαϊκῆς τάξεως ἐκεχειροτόνητο πατριάρχης, καὶ οἰκουμενικὸς ἐπεφημίζετο ἀδίκως. Σὺ δὲ τὴν εὐαγγελικὴν ἀνατρέπεις τάξιν, καὶ βούλει τὸν πάπαν οὐκ ἐπιτιμᾶσθαι μόνον, ἀλλὰ καὶ κρίνεσθαι. Καὶ ἀνακυκλεῖς τὸν Ὀνώριον, ὡς κριθέντα καὶ κατακριθέντα καὶ μετὰ θάνατον παρὰ τῆς ς' συνόδου. Καὶ ὃ μόνοι ἔπραξαν ἀκεφάλως οἱ ἀνατολικοὶ, καλεῖς ἔργον τῆς ς' συνόδου. Καὶ οὐχ ὁρᾷς μὴ πρώτοις τοῦτο τοῖς κατὰ τὴν ς' σύνοδον τετολμῆσθαι· οὕτω περὶ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως κρύφιον κανόνα ἐξέθεντο οἱ τῆς β' συνόδου δίχα τῆς ἐξουσίας τοῦ πάππα· οὕτως οἱ τῆς δ' ὡς εἴρηται· οὕτως μόνοι τὴν πενθέκτην μετὰ ταῦτα οἱ ἀνατολικοὶ συγκροτήσαντες τὸ σχίσμα ἐῤῥίζωσαν· καὶ ὅλως ὅσα οἱ ἀνατολικοὶ ἐν ταῖς συνόδοις κρύφα τοῦ πάπα πεπράχασιν, οὐχ ἁπλῶς ἀπονεμητέα ταῖς ἁγίαις συνόδοις, ἀλλὰ ταῖς τινων ἐντέχνοις μηχανουργίαις· περὶ οὗ πλεῖστα μέμφεται ἐν τῇ δ' συνόδῳ Λέων ὁ πάπας. Ἔκρινεν, ὦ βέλτιστε, καὶ κατέκρινε τὸν Ὀνώριον ἡ βασκανία τῶν παρερμηνευσάντων τὰς ἐκείνου λέξεις, καὶ λαλούντων τὰ ἀπὸ καρδίας, ᾗ φησιν ὁ μέγας Μάξιμος· οὐ γὰρ ἔφερε τέσσαρας Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχας ἀναθεματισθῆναι ὡς Μονοθελήτας αἱρετικοὺς, καὶ μὴ ἐγκεντρίσαι τὸν Ῥώμης Ὀνώριον.

Περὶ δὲ τῆς ἄλλης πολιτείας ὃ φῄς, ὅτι ἐπίσκοπος ὢν ὁ πάπας ἐνέχεται καὶ αὐτὸς πᾶσι τοῖς νόμοις, οἷς ὑπόκειται ἕκαστος τῶν ἐπισκόπων, τοῦτο τῆς σῆς ἄξιον διδασκαλίας. Καὶ τὸν μὲν Κωνσταντινουπόλεως πατριάρχην οὐκ ἄν ποτε φαίης ὑποκεῖσθαι τοῖς νόμοις τῶν ὑπ' αὐτὸν ἱεραρχῶν, ὧν ἐστι πρῶτος ὡς μονὰς, καὶ ὡς μὴ συντεταγμένος, καθὰ σὺ λέγεις· πῶς γὰρ ἂν εἴη μὴ συντεταγμένος καὶ ὑποτεταγμένος; τὸν δὲ πάπαν μάλα σεμνῶς ἀποφαίνῃ πᾶσιν ὑποκεῖσθαι τοῖς νόμοις, οἷς καὶ τῶν ἐπισκόπων ἕκαστος. Εἰ δὲ οἷς καὶ τῶν ἐπισκόπων ἕκαστος, τῆς αὐτῆς κατὰ σὲ τάξεως ὁ πάπας, ἧς καὶ οἱ ὑπὸ τὸν Καισαρείας ἐπίσκοποι. Τί δ' ἄλλο τοῦτο ἢ μανία σαφής; Εἰ τοίνυν ἀληθὲς, πολλῷ μᾶλλον ὑποκεῖσθαι τὸν Κωνσταντινουπόλεως τῷ πάπᾳ, ἢ ἐκείνῳ τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἱεράρχας· οὐκ ἐνέχεται δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως τοῖς τῶν οἰκείων ἐπισκόπων νόμοις, οὐδ' ὁ πάπας ἄρα ἐνέχεται τοῖς τῶν ἁπανταχοῦ ἐπισκόπων νόμοις· ὅθεν οὐδ' ἐνέχεται, οἷς καὶ ἕκαστος τῶν ἐπισκόπων, ἐπειδὴ τῶν ἐπισκόπων ἕκαστος καὶ τοῖς τῶν ἀποστόλων καὶ τοῖς τῶν Πατέρων ὑπόκειται νόμοις· ὁ δὲ πάπας ὡς ποιμενάρχης οὐδέσιν ὑπόκειται ποιμένων νόμοις, εἴπερ ἀληθεῖς αἱ τῶν συνόδων ἀποφάσεις περὶ τοῦ πάπα, ἃς προηνέγκαμεν.

Εἶτα καὶ ἰδίᾳ ἐπιτιμώμενον φαίνεσθαι λέγεις τὸν

πάππαν ὑπὸ τῆς πενθέκτης συνόδου· καὶ παράγεις τὸν ιγ' ἐκείνης κανόνα περὶ τοῦ γάμου τῶν ἱερωμένων, καὶ τὸν νε' περὶ τοῦ Σαββάτου· καὶ ἔοικας, ὦ Νεῖλε, τῷ κριτὰς ἐν δικαστηρίῳ καὶ μάρτυρας καθιστῶντι τοὺς ἀντιδίκους. Χρὴ δὲ ἐν τοιούτοις προφέρειν τὰ κοινῇ ὁμολογούμενα, οὐ τὰ κατὰ μονομέρειαν παρανόμως γεγονότα. Ἡ πενθέκτη σύνοδος χωρὶς τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τοὺς κανόνας ἐκθεμένη ἀρχὴ καὶ ῥίζα τοῦ σχίσματος γέγονε, συνωθοῦντος Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου· ἀπαυθαδιάσασα γὰρ πρὸς τὴν ἀρχαιότητα πολλῆς καινοτομίας ἐδείχθη διδάσκαλος. Πῶς οὖν ὅλως συμφωνήσει ὁ ιγ' αὐτῆς κανὼν τῷ γ' τῆς ἁγίας α' συνόδου; « Ἀπηγόρευσεν ἡ μεγάλη σύνοδος καθόλου μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα, ἢ ἀδελφὴν, ἢ θείαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε. » Τοῦτον τὸν κανόνα ἐξηγοῦνται οἱ Γραικοὶ περὶ τῶν ἐν ἱερωσύνῃ ἀζύγων, καὶ προφασίζονται προφάσεις ἐν ἁμαρτίαις· ὁ δὲ μέγας Βασίλειος τὸν ἀληθῆ νοῦν παραδίδωσι, Γρηγορίῳ πρεσβυτέρῳ γράφων· « Οὔτε πρῶτοι, οὔτε μόνοι, ὦ Γρηγόριε, ἐνομοθετήσαμεν γυναῖκα ἀνδράσι μὴ συνοικεῖν· ἀλλ' ἀνάγνωθι τὸν κανόνα τὸν ἐξενεχθέντα παρὰ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν τῶν ἐν τῇ συνόδῳ Νικαίας, ὃς φανερῶς ἀπαγορεύει συνεισάκτους μὴ εἶναι. Ἀγαμία δὲ ἐν τούτῳ ἔχει τὸ σεμνὸν, ἐν τῷ κεχωρίσθαι τῆς γυναικῶν διαγωγῆς· ὡς ἐὰν ἐπαγγελλόμενός τις τῷ ὀνόματι, ἔργῳ τὰ τῶν ταῖς γυναιξὶ συνοικούντων ποιῇ, δῆλός ἐστι τὸ μὲν τῆς παρθενίας σεμνὸν ἐν τῇ προσηγορίᾳ διώκων, τοῦ δὲ καθ' ἡδονὴν ἀπρεποῦς μὴ ἀφιστάμενος. »

Ἐν τούτοις ὁ μέγας Πατὴρ τὸ συνεισάκτους μὴ εἶναι ταυτὸν εἶναι βούλεται τῇ ἀγαμίᾳ. Καὶ ὅ φησιν ἡ ἁγία σύνοδος, *ἐπισκόπῳ, πρεσβυτέρῳ, διακόνῳ*, παραφράζει ὁ μέγας Βασίλειος εἰς τὸ, « ἀνδράσι μὴ συνοικεῖν· » καὶ τὸ, « μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν κλήρῳ, » αὐτὸς ἑρμηνεύει φάσκων· « Ὡς ἐὰν ἐπαγγελλόμενός τις τῷ ὀνόματι, ἔργῳ ποιῇ τὰ τῶν συνοικούντων ταῖς γυναιξίν. » Ὥστε τὸν νοῦν τοῦ κανόνος κατὰ τὸν μέγαν Βασίλειον εἶναι τοῦτον· « Ἀπηγόρευσεν ἡ μεγάλη σύνοδος καθόλου τοῖς ἱερωσύνην ἐπαγγελλομένοις συνοικεῖν γυναιξὶν, οἵτινες ἀγαμίαν τηρεῖν ὀφείλουσιν. » Κατὰ δὲ τοὺς ἐξηγητὰς τῶν Γραικῶν τὸν νοῦν εἶναι τοιοῦτον· « Ἀπηγόρευσεν ἡ μεγάλη σύνοδος καθόλου τοῖς ἀγάμοις τῶν ἱερέων γυναιξὶ συνοικεῖν· ὀφείλουσι γὰρ φεύγειν τὴν λαθρογαμίαν. »

Οὕτω διαφόρως ἐχουσῶν τῶν ἐξηγήσεων, ἀξιοπιστότερος δήπου ὁ μέγας Βασίλειος καὶ ἁγιότητι καὶ ἀρχαιότητι καὶ σοφίᾳ διαπρέπων· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ μαρτυροῦντας αὐτῷ ἔχων τὸν Παμφίλου Εὐσέβιον, καὶ τὸν ἅγιον Ἐπιφάνιον· ὧν ὁ Παμφίλου καὶ τῇ πρώτῃ παρῆν, καὶ τὴν ἔννοιαν τοῦ ἐκτεθέντος κανόνος ἐξηγεῖται ἐν τῷ πρώτῳ τῆς *Εὐαγγελικῆς Ἀποδείξεως*, οὑτωσὶ λέγων· « Χρὴ, φησὶν ὁ Λόγος, τὸν ἐπίσκοπον γεγονέναι μιᾶς γυναικὸς ἄνδρα· πλέον ἀλλὰ τοῖς ἱερωμένοις, καὶ περὶ τὴν

A hensum a quinisexta synodo : profersque decimum tertium ejus canonem de conjugio sacerdotum, et quinquagesimum quintum de Sabbato, et videris perinde facere ac illi qui judices et testes constituunt adversarios. At in hujusmodi rebus afferenda sunt quæ apud utramque partem sint in confesso, non quæ ab altera parte contra jus fasque gesta sunt. Quinisexta synodus, quam sine papa Græci celebrarunt impellente Justiniano Rhinotmeto, schismatis fuit origo et radix : nam deposita reverentia adversus antiquitatem, multæ novitatis magistram se præbuit. Quomodo enim canon ejus decimus tertius concordabit cum tertio sanctæ primæ synodi ? Probibet magna synodus, ne omnino liceat episcopo, aut presbytero, aut diacono, sive B cuicunque clerico introductam habere mulierem ; nisi forte matrem, aut sororem, aut amitam ; vel eas tantum personas, quæ omnem fugiunt suspicionem. » Hunc canonem Græci exponunt de iis clericis qui vivunt in cælibatu, excusando excusationes in peccatis. At magnus Basilius verum tradit sensum scribens Gregorio presbytero : « Nec primi, nec soli nos, o Gregori, legem tulimus vetantem cohabitare feminam viris ; sed lege canonem editum a sanctis Patribus nostris in Nicæna synodo, qui manifeste prohibet ne mulieres introductæ sint. Cælibatus autem hoc habet eximium, si quis abstineat a mulierum contubernio. Quod si quis profiteatur quidem nomine tenus cæC libatum, sed re ipsa peragat quod ii qui degunt cum feminis, certe virginitatem ille quidem specioso titulo persequitur, sed a fœditate voluptatis sese non continet. »

In his magnus Pater pro eodem accipit, non habere introductam, et servari cælibatum. Et quod ait sancta synodus, *episcopo, presbytero, diacono*, paraphrasi utens magnus Basilius, « viris, ait, non cohabitare ; » et verba illa, « sive cuicunque clerico, » ipse sic interpretatur, « Si quis profiteatur quidem nomine tenus cælibatum, sed re peragat quod ii qui degunt cum feminis. » Ita ut sensus canonis de mente Basilii sit hic : « Prohibet magna synodus omnibus omnino sacerdotii gradibus cohabitare feminis, cum cælibatum servare teneanD tur. » At juxta Græcorum interpretes sensus hic est : « Prohibet omnino sancta synodus ne sacerdotes cælibes cohabitent feminis ; debent enim evitare furtiva cum mulieribus commercia. »

Cum ergo diversæ interpretationes sint, certe fide dignior est Basilius magnus, sanctitate, antiquitate et scientia pollens, præsertim cum attestantes habeat et Eusebium Pamphili, et sanctum Epiphanium. Porro Eusebius et primæ synodo interfuit, et sensum expositi canonis declarat libro I *Demonstrationis Evangelicæ*, his verbis : « Oportet, inquit Scriptura, episcopum unius fuisse uxoris virum. Cæterum et sacerdotio fungentibus, et circa Dei cultum occupatis convenit deinceps se a consue

tudine conjugii abstinere. » Et sanctus Epiphanius ad finem libri tertii contra hæreses: « Corona, inquit, horum omnium et mater parensque, sacrum sacerdotium; quod in virginibus quidem ut plurimum collocatur; quod si non in virginibus, collocatur in monachis. Quod si ex monachis idonei non sint ad ministerium, assumuntur continentes a propriis uxoribus, aut vidui post monogamiam. » Et lib. II *Contra hæreses*, hæresi Catharorum: « Revera, inquit, sacra Dei prædicatio non admittit post Christi adventum eos qui a primo matrimonio defuncta uxore transeunt ad secunda vota, propter excellentiam sacerdotalis honoris. Et hoc sancta Dei Ecclesia cautissime servat et exactissime. Quin et dantem adhuc operam liberis, unius uxoris virum non admittit; sed eum, qui se ab B una continuit, aut viduus mansit, diaconum suscipit, et presbyterum, et episcopum, et subdiaconum, præsertim ubi ecclesiastici canones in suo robore vigent. At profecto, dices, in quibusdam locis adhuc liberis operam dare presbyteros, et diaconos, et subdiaconos. Verum hoc non a canone, sed ex inertia mentis humanæ, quæ subrepit aliquando, provenit; et multitudinis causa, cum facile ministri non suppetant: semper enim, quod decentius est Ecclesia spectans, sancto Spiritu bene disposita, statuit, offerendum esse Deo studiosum cultum sepositis distrahentibus curis, et spiritales functiones cum castissima conscientia obeundas. »

Ita interpretantibus sanctis Patribus Basilio et Epiphanio, et attestante Eusebio, qui primæ synodo interfuit, quomodo quinisexta in suo canone 13, dum vocat sacerdotum matrimonia exactum apostolicæ ordinationis ritum, sacris doctoribus non contradicit? contradicendo autem quomodo reprehendit papam, qui vere apostolicum observat morem?

Quinquagesimus quintus etiam de Sabbato canon quanta temeritate scatet! Interrogatus olim sanctus Ambrosius a B. Augustino adhuc catechumeno, an esset Sabbato jejunandum, respondit: Quando Mediolani sum, non jejuno Sabbato; D quando Romæ sum, jejuno Sabbato. » Hac sanctus Augustinus epistola 88, ubi de hac re pulcherrime philosophatur. Nam ad significandam, inquit, Christi in sepulcro requiem, putarunt Orientales relaxandum esse jejunium; Romani vero jejunandum. Porro in apostolicis, inquit, litteris de hoc nullum præceptum reperiri; at quinisexta synodus hoc somniavit. Ambrosius etiam, si exstare hac de re canonem scisset apostolicum, non dixisset Augustino, pro locorum varietate varios mores esse servandos; nam canones apostolorum ubique ligant.

Et epistola 118 tria esse inquit in novi populi

A τοῦ Θεοῦ θεραπείαν ἀσχολουμένοις ἀνέχειν λοιπὸν σφᾶς αὐτοὺς προσήκει τῆς γαμικῆς ὁμιλίας. » Καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἐπιφάνιος ἐν τῷ τέλει τοῦ γ' βιβλίου κατὰ αἱρέσεων, « Στεφάνη δὲ, φησὶ, τούτων ἁπάντων ἡ μήτηρ καὶ γεννήτρια, ἡ ἁγία ἱερωσύνη, ἐκ μὲν παρθένων τὸ πλεῖστον ὁρμωμένη· εἰ δὲ οὐκ ἐκ παρθένων, ἐκ μοναζόντων· εἰ δὲ μὴ εἶεν ἱκανοὶ εἰς ὑπηρεσίαν ἀπὸ μοναζόντων, ἐξ ἐγκρατευομένων τῶν ἰδίων γυναικῶν, ἢ χηρευσάντων ἀπὸ μονογαμίας. » Καὶ ἐν τῷ *Κατὰ αἱρέσεων* β' βιβλίῳ, ἐν τῷ κατὰ Καθαρῶν, « Τῷ ὄντι, φησὶν, οὐ δέχεται τὸ ἅγιον τοῦ Θεοῦ κήρυγμα μετὰ τὴν τοῦ Χριστοῦ ἐνδημίαν τοὺς ἀπὸ πρώτου γάμου τελευτησάσης τῆς αὐτῶν γυναικὸς δευτέρῳ γάμῳ συναφθέντας, διὰ τὸ ὑπερβάλλον τῆς τιμῆς τῆς ἱερωσύνης. Καὶ ταῦτα ἀσφαλῶς B ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία μετὰ ἀκριβείας παραφυλάττεται. Ἀλλὰ καὶ τὸν ἔτι βιοῦντα καὶ τεκνογονοῦντα, μιᾶς γυναικὸς ὄντα ἄνδρα, οὐ δέχεται, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ μιᾶς ἐγκρατευσάμενον, ἢ χηρεύσαντα διάκονόν τε καὶ πρεσβύτερον, καὶ ἐπίσκοπον καὶ ὑποδιάκονον, μάλιστα ὅπου ἀκριβεῖς οἱ ἐκκλησιαστικοὶ κανόνες. Ἀλλὰ πάντως ἐρεῖς μοι ἐν τισι τόποις ἔτι τεκνογονεῖν πρεσβυτέρους, καὶ διακόνους, καὶ ὑποδιακόνους. Τοῦτο οὐ παρὰ τὸν κανόνα, ἀλλὰ παρὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων κατὰ καιρὸν ῥᾳθυμήσασαν διάνοιαν, καὶ τοῦ πλήθους ἕνεκεν μὴ εὑρισκομένης ὑπηρεσίας· τὸ πρεπωδέστερον γὰρ ἀεὶ ἡ Ἐκκλησία ὁρῶσα, ἁγίῳ Πνεύματι εὖ διαταχθεῖσα, ἔγνω ἀπερισπάστους τῷ Θεῷ τὰς λατρείας C ἐπιτελεῖσθαι σπουδάζειν, καὶ τὰ πνευματικὰ τῶν χρειῶν μετὰ πάσης ἁγνοτάτης συνειδήσεως τελεῖσθαι. »

Οὕτως ἐξηγουμένων τῶν ἁγίων Πατέρων Βασιλείου καὶ Ἐπιφανίου, καὶ προσμαρτυροῦντος Εὐσεβίου, ὃς καὶ τῇ πρώτῃ συνόδῳ παρῆν, πῶς ἡ πενθέκτη σύνοδος ἐν τῷ ιγ' ἑαυτῆς κανόνι τοὺς γάμους τῶν ἱερέων λέγουσα ἀποστολικὴν ἀκρίβειαν καὶ τάξιν, οὐκ ἀντιλέγει τοῖς ἱεροῖς διδασκάλοις; Ἀντιλέγουσα δὲ, πῶς ἐπιτιμᾷ τῷ πάππᾳ, τὴν ὄντως ἀποστολικὴν τηροῦντι ἀκρίβειαν;

Ποίας ὡσαύτως προπετείας οὐ γέμει ὁ νε' περὶ τοῦ Σαββάτου κανών! Ἐρωτηθεὶς ποτε ὁ θεῖος Ἀμβρόσιος ὑπὸ τοῦ μακαρίου Αὐγουστίνου ἔτι ἐν κατηχουμένοις τελοῦντος, εἰ χρὴ νηστεύειν τῷ Σαββάτῳ, ἀπεκρίνατο· « Ἐν Μεδιολάνῳ διάγων οὐ νηστεύω· ὅτε καταλαμβάνω τὴν Ῥώμην, νηστεύω. » Ταῦτά φησιν ὁ μακάριος Αὐγουστῖνος ἐν τῇ πς' αὐτοῦ ἐπιστολῇ, κάλλιστα περὶ τοῦ κεφαλαίου τούτου φιλοσοφῶν. Τὴν γὰρ ἐν τῷ τάφῳ, φησὶ, τοῦ Χριστοῦ ἀνάπαυσιν τῷ Σαββάτῳ οἱ μὲν τῆς ἑῴας δεῖν ᾠήθησαν τῇ ἐπισιτίσει σημαίνεσθαι, οἱ δὲ τῆς Ῥώμης τῇ νηστείᾳ. Καὶ οὐδαμοῦ, φησὶν, ἀποστολικῆς τοῦτο γραφῆς διάταγμα, ὅπερ οἱ τῆς πενθέκτης συνόδου ὀνειροπολοῦσιν. Ἀλλ' οὐδὲ Ἀμβρόσιος, εἴπερ ᾔδει κανόνα περὶ τούτου, εἶναι ἀποστολικὸν εἶπεν ἂν τῷ Αὐγουστίνῳ, τοῖς τόποις συμμεταβάλλειν καὶ τὴν συνήθειαν· οἱ γὰρ ὄντως ἀποστολικοὶ κανόνες πανταχοῦ κρατοῦσιν.

Καὶ ἐν τῇ ριη' ἐπιστολῇ τρία φησὶν εἶναι ἐν τῇ

πολιτείᾳ τῶν Χριστιανῶν· πρῶτα μὲν, ὅσα ἐγγράφως ἔχομεν ἐν ταῖς κανονικαῖς βίβλοις· δεύτερα, ὅσα οὐ διὰ γραφῆς, ἀλλὰ διὰ παραδόσεως ἔχομεν, καὶ παρὰ πᾶσι κοινῇ φυλάττονται· οἷον τὸ ἑορτάζεσθαι τὴν Χριστοῦ ἀνάστασιν, τὸ πάθος, καὶ τὰ ὅμοια· τρίτα δὲ τὰ κατὰ τόπους διάφορα, οἷον, φησὶν, ἡ τοῦ Σαββάτου νηστεία· οἱ μὲν γὰρ νηστεύουσιν, οἱ δὲ οὐ νηστεύουσι, καὶ τὰ παραπλήσια. Ταῦτα τὰ τρίτα φησὶν ἐλευθέρας εἶναι παραφυλακῆς, ἵν' ἐκεῖνος ἄριστα πολιτεύηται, ὃς ἂν, φησὶν, ἐν τούτοις φυλάσσῃ τὸ ἔθος τῆς Ἐκκλησίας, ἐν ᾗ ἂν γένηται. Εἶτα πάλιν φέρει τὸ ῥητὸν τοῦ Ἀμβροσίου, καὶ τοιοῦτον ἐκείνου παράγγελμα·

Εἰς ἣν ἂν ἀφίκοιο Ἐκκλησίαν, ἐκείνης τὰ ἔθιμα φύλασσε, εἴ σοι βουλητὸν μηδενὶ μηδὲν πρόσκομμα διδόναι ἢ πάσχειν. Ἐγὼ δὲ, φησὶν Αὐγουστῖνος, τὸ τοιοῦτον παράγγελμα πλεῖστα κατ' ἐμαυτὸν λογισάμενος, οὕτως ἔχω, ὡς εἰ θεόθεν ἐδόθη μοι.

Καὶ ἐν τῇ ιθ' ἐπιστολῇ, Ἐάν τις, φησὶν, ἀνατολικὸς ἀνὴρ ἐνδημήσῃ τῇ Ῥώμῃ, ἆρα νηστεύσας τὰ Σάββατα πλὴν τοῦ ἑνὸς, ἐγκληθήσεται; Εἰ γὰρ φαίης, οὐ μόνον ἀποδοκιμάζεις τὴν Ῥωμαίων Ἐκκλησίαν, ἀλλὰ καὶ γείτονας πολλὰς, καὶ μακρὰν οὔσας.

Καὶ Πέτρος δὲ ὁ Ἀλεξανδρείας ἱερομάρτυς τὴν νηστείαν τῆς Τετάρτης καὶ Παρασκευῆς οὐ κανόνος ἀποστολικοῦ νόμον, ἀλλὰ παραδόσεως εὐλόγου φησίν. Καίτοι παρὰ Γραικοῖς ἀποστολικός ἐστι περὶ τούτου κανὼν ξθ', οἷόν ἐστι καὶ ὃ φησιν ὁ μέγας Βασίλειος ἐν τῷ *Περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος* κεφαλαίῳ κζ', ἔνθα *Περὶ τῶν ἀγράφων δογμάτων* αὐτῷ ὁ λόγος, τὰς τρεῖς ἐν τῷ βαπτίσματι καταδύσεις. Οἱ δὲ ἀνατολικοὶ περὶ τούτου τὸν ν' ἔχουσι κανόνα τῶν ἀποστόλων. Ὥστε ἢ τὸν κανόνα ἠγνόει ὁ μέγας Βασίλειος, ὅπερ ἀπιθανώτατον· ἢ δῆλον ὅτι οὐ πάντες ἀποστολικοὶ κανόνες οἱ περιφερόμενοι ἐπ' ὀνόματι τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ νόθοι ὄντες οὐκ ὀλίγοι τοῖς γνησίοις λάθρα συνηριθμήθησαν. Ὁ δὲ ἅγιος Ἱερώνυμος ἐν τῇ πρὸς Λουκίνιον ἐπιστολῇ, Ζητεῖς, φησὶ, περὶ τοῦ Σαββάτου εἰ νηστευτέον. Περὶ τούτου καὶ Ἱππόλυτος γέγραφεν· ἐγὼ δέ σοι λέγω, τὰς ἐκκλησιαστικὰς παραδόσεις, μάλιστα δὲ τὰς μὴ λυμαινομένας τῇ πίστει, οὕτω δεῖν παρατηρεῖσθαι, ὡς παραδέδονται ὑπὸ τῶν ἀρχαιοτέρων· μηδὲ τὴν ἑτέρων συνήθειαν ἀνατρέπεσθαι τῇ ἑτέρων ἐναντίᾳ συνηθείᾳ. Μαρτυρεῖ καὶ Κασσιανὸς ἐν τῷ συγγραμματίῳ περὶ τῆς κανονικῆς διατάξεως τῶν μεθ' ἡμέραν εὐχῶν καὶ ψαλμῳδιῶν, περὶ τοῦ Σαββάτου, ὡς διὰ τὴν τῶν ἀποστόλων ἀγρυπνίαν τῇ ἑσπέρᾳ τῆς Παρασκευῆς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ σωτηρίου πάθους, ἐπιφώσκοντος τοῦ Σαββάτου, ἐκράτησε παρὰ τοῖς ἀνατολικοῖς συνήθεια διανυκτερεύειν τότε, καὶ μετὰ τοὺς καμάτους τῆς παννυχίδος ἀνιέναι τὴν νηστείαν Σαββάτῳ καὶ Κυριακῇ. Οὐ γὰρ δὴ, φησὶ, λύεται ἡ νηστεία κατὰ Ἰουδαϊσμόν· πῶς γάρ; ἀλλὰ πρὸς ἄνεσιν καὶ κουφισμὸν πεπονηκότος τοῦ σώματος, πέντε καθ' ἑκάστην ἑβδομάδα δι' ὅλου τοῦ ἔτους ἡμέραις νηστείᾳ κατατρυχομένου, καὶ δυεῖν ἡμέ-

A societate: prima, quæ in Scripturis habentur canonicis; secunda, quæ non scriptæ, sed tradita custodimus, et toto terrarum orbe observantur, sicuti Passio est et Resurrectio Christi, et similia, quæ solemniter celebrantur; tertii generis, quæ per loca terrarum regionesque variantur, sicuti est quod alii jejunent Sabbato, alii vero non, et alia hujusmodi. Totum hoc, inquit, genus rerum liberas habet observationes, nec disciplina est ulla in his melior, quam ut eo modo vir prudens agat quo agere viderit Ecclesiam, ad quamcunque forte devenerit. Deinde rursus affert Ambrosii dictum ejusque præceptum:

Ad quamcunque forte Ecclesiam veneris, ejus morem serva, si cuiquam non vis esse scandalo, B nec quemquam tibi. Ego vero, inquit Augustinus, de hac sententia etiam atque etiam cogitans, ita habeo tanquam eam cœlesti oraculo susceperim.

Et epist. 19, Utrum, inquit, si quisquam sanctus Orientalis Romam venerit, et Sabbato jejunaverit, excepto illo die Paschalis vigiliæ, culpandus sit? Si affirmes, non solum Romanam Ecclesiam, sed etiam multas ei vicinas et remotiores damnabis.

Petrus quoque Alexandrinus episcopus et martyr jejunium quartæ et sextæ feriæ, non legem apostolici canonis, sed traditionis esse inquit rationi congruentis. Cum tamen apud Græcos de hoc C exstet canon apostolicus 69, quale illud etiam est apud Basilium magnum in libro *De Spiritu sancto*, capite *De dogmatis non scriptis:* Trina, inquam, in baptismate immersio, licet Orientales hac de re quinquagesimum habeant canonem apostolicum. Aut ergo Basilius Magnus ignorabat canonem, quod nullo modo credibile est; vel constat, non omnes qui apostolorum nomine circumferuntur, esse canones apostolicos, sed irrepsisse multos, et germanis furtim esse annumeratos. Et sanctus Hieronymus in epistola ad Lucinium: De Sabbato, inquit, quæris utrum jejunandum sit. Scripsit quidem et Hippolytus, et diversi scriptores; sed ego illud admoneo, traditiones ecclesiasticas, præsertim quæ fidei non officiunt, ita D observandas, ut a majoribus traditæ sunt; nec aliorum consuetudinem aliorum contrario more subverti. Testatur etiam Cassianus, qui de institutis monachorum scripsit, libro tertio de canonico diurnarum orationum et psalmorum modo, apostolos tota nocte mansisse pervigiles illucescente Sabbato, passionis tempore; ac proinde per totum Orientem fuisse in more positum, ut illi nocti, inquit, deputaretur vigiliarum solemnitas, et post vigiliarum laborem absolutio jejunii fieret Sabbato et Dominica. Non enim, inquit, absolutio ista jejunii reputanda est ad communionem festivitatis Judaicæ, sed ad refectionem et levamentum corporis; quod per totas anni septimanas jugiter quinis diebus jejunans, nisi duobus saltem

interpositis refocillatum fuerit, facile deficit. Neque usquam canonis apostolici meminit de Sabbato. Quare duorum alterum dicamus necesse est: vel tales tantosque viros laborasse ignorantia, cum tamen antiquiores fuerint, et preinde antiquitatis magis periti, vel quinisextam synodum quæ de Sabbato canonem edidit, et cæteros canones, per quos ausa est Ecclesiæ Romanæ ponere leges, nil aliud egisse quam novis rebus studuisse, et exordio schismatis. Per tales vero canones reprehensum velle papam, et hujusmodi canonibus esse illum subjectum, est sibi assentari, et virus odii contra papam evomere. Itaque si papam jure divino esse custodem et medicum Ecclesiæ, totiusque corporis oculum, idem est metaphorice quod esse gubernatorem et pastorem; et pastor non pascitur, ergo neque judex judicatur. Et si judex, non ideo tyrannus, quia non judicatur, temere papam tyranno assimilas, qui judex a Deo constitutus, a Deo quoque habet ut non judicetur.

A ραιν ἀναψυχὴν ἀναγκαίως ἐπιζητοῦντος. Καὶ οὐδαμοῦ μέμνηται κανόνος ἀποστολικοῦ διαγορεύοντος περὶ τοῦ Σαββάτου. Ὥστε δυοῖν θάτερον εἰπεῖν ἀναγκαῖον, ἢ τοσούτους καὶ τηλικούτους ἄνδρας πεπλανῆσθαι ὑπ' ἀμαθίας, καὶ ταῦτα ἀρχαιοτέρους ὄντας, καὶ διὰ τοῦτο τὰ τῆς ἀρχαιότητος μᾶλλον εἰδότας· ἢ τοὺς τῆς πενθέκτης συνόδου ἐκδεδωκότας τὸν κανόνα περὶ τοῦ Σαββάτου, καὶ τοὺς λοιποὺς κανόνας, ἐν οἷς τετολμήκασι τὴν Ῥωμαϊκὴν κανονίσαι Ἐκκλησίαν, οὐδὲν ἄλλο πεπραχέναι ἢ νεωτερισμοὺς καὶ σχισμάτων προοίμια. Τοιούτοις δὲ κανόσι λέγειν ἐπιτιμᾶσθαι καὶ ὑποκεῖσθαι τὸν πάππαν τί ἄλλο, ἢ τὰ δοκοῦντα λέγειν, καὶ τὸ κατὰ τοῦ πάππα μῖσος ἐρεύγεσθαι; ὥστε εἴπερ τὸ εἶναι θείῳ δικαίῳ φύλακα τὸν πάππαν, καὶ ἰατρὸν τῆς B Ἐκκλησίας, καὶ ὀφθαλμὸν τοῦ ὅλου σώματος, μεταφορικῶς λεγόμενον ταυτόν ἐστι τὸ εἶναι κυβερνήτην καὶ ποιμένα· καὶ ὁ ποιμὴν οὐ ποιμαίνεται, ἄρα καὶ ὁ κριτὴς οὐ κρίνεται· καὶ εἴπερ οὐ τύραννος ὁ κριτὴς διὰ τὸ μὴ κρίνεσθαι, παραλόγως τυράννῳ εἰκάζεις τὸν πάππαν, ὃς θεόθεν ἔχων τὸ κρίνειν, ἐκεῖθεν ἔχει καὶ τὸ μὴ κρίνεσθαι.

NILUS (Cap. XIV).

Quod vero papa majoris non sit ordinis quam episcopalis, constat ex dictis; quomodo enim corrigeretur ab inferioribus? et Patres illum Romæ episcopum vocant, et ab episcopis consecratur. Beatus quoque Dionysius, qui fuit tempore apostolorum, divisit hierarchiam ecclesiasticam in ministros sacerdotes et episcopos; nec licet ex verbis ejus dignitatem episcopali majorem excogitare. »

ΝΕΙΛΟΣ.

« Ὅτι δὲ καὶ μείζονος τάξεως ἢ κατ' ἐπίσκοπον οὐκ ἔστι τὸ κατ' αὐτὸν, δῆλον μὲν καὶ ἐξ ὧν εἴρηται· πῶς γὰρ παρὰ τῶν ἔλαττον ἐχόντων εὐθύνετο ἄν; καὶ ἐπίσκοπον δὲ Ῥώμης αὐτὸν οἱ Πατέρες καλοῦσι, καὶ παρ' ἐπισκόπων χειροτονεῖται. Ὁ δὲ μακάριος Διονύσιος ἐπὶ τῶν ἀποστόλων γεγονὼς, C εἰς λειτουργοὺς καὶ ἱερέας καὶ ἐπισκόπους τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱεραρχίαν διαιρῶν φαίνεται, καὶ μείζονα τῆς τοῦ ἐπισκόπου ἀξίας οὐδ' ἔστιν ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων ἐπινοεῖν. »

CONFUTATIO.

Hoc ad umbram pugnare est. Quis enim dixit unquam, papam majoris esse ordinis quam episcopalis? An vero per te Constantinopolitanus majoris est ordinis quam episcopalis? An vero per te Constantinopolitanus majoris estordinis quam episcopalis? Si ergo ille, cum sit episcopus, habet tamen sub se hierarchas, qua ratione papæ, cum sit episcopus, primatum illum negas, cujus illi testes sunt sacræ synodi? Cum tertia synodus ageretur, Romanus episcopus erat Cœlestinus, Cyrillus Alexandrinus, Joannes Antiochenus. Deposuit Joannes Cyrillum; ægre ferebat Cyrillus, quod cum dignioris esset sedis, fuisset a Joanne depositus. Scribit synodus rogans papam ut in Joannem animadverteret, ne Ecclesiæ res abirent in extremam confusionem. De quibus omnibus supra dictum est. Quomodo igitur episcopus cum episcopo apud episcopum judicio certabat? An forte Cyrillus, et universa sancta synodus ignorabat ordinem episcoporum. Non ergo requiritur ad plenitudinem ecclesiasticæ hierarchiæ, ut prima sedes sit majoris ordinis sacerdotalis, sed dignitatis et auctoritatis majoris. Hoc sibi vult apud Patres sextæ synodi titulus ille, *Pontificalissimus antistes;* et voces il-

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τοῦτο σκιαμαχεῖν ἐστιν, ὦ βέλτιστε. Τίς γὰρ εἶπέ ποτε τῶν ἁπάντων τὸν πάππαν μείζονος εἶναι τάξεως ἱερατικῆς ἢ κατ' ἐπίσκοπον; Κατὰ σὲ δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως μείζονός ἐστιν ἢ κατ' ἐπίσκοπον τάξεως; Εἰ γοῦν ἐπίσκοπος ὢν ἔχει τοὺς ὑπ' αὐτὸν ἱεράρχας, τίνι λόγῳ τὸν πάππαν ὄντα ἐπίσκοπον ἀφαιρῇ τὸ πρωτεῖον ἐκεῖνο, ὅπερ αὐτῷ προσμαρτυροῦσιν αἱ σύνοδοι; Ἐπὶ τῆς τρίτης συνόδου Κελεστῖνος ἦν Ῥώμης ἐπίσκοπος, Κύριλλος D Ἀλεξανδρείας, Ἰωάννης Ἀντιοχείας. Καθεῖλε Κύριλλον ὁ Ἰωάννης· ἠγανάκτει Κύριλλος, ὅτι μείζονος ὢν θρόνου καθῃρέθη. Γράφει ἡ σύνοδος παρακαλοῦσα τὸν πάππαν ἀγανακτῆσαι κατὰ Ἰωάννου, ἵνα μὴ, φασὶν, οἴχοιτο τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς παντελῆ σύγχυσιν· περὶ ὧν ἁπάντων ἀνωτέρω εἰρήκαμεν. Τίνα γοῦν τρόπον ἐπίσκοπος ἐπισκόπῳ παρ' ἐπισκόπῳ ἐδικάζετο; Ἢ τάχα Κύριλλος ἠγνόει τὴν τάξιν τῶν ἐπισκόπων, ἢ πᾶσα ἡ ἁγία σύνοδος; Οὐκ ἄρα πρὸς τὸ πλήρωμα τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας ἀνάγκη τὸν πρωτοκάθεδρον εἶναι μείζονος ἱερατικῆς τάξεως, ἀλλὰ μείζονος θρόνου καὶ ἐξουσίας. Τοῦτο βούλεται τοῖς Πατράσι τῆς ς' συνόδου τὸ, *Ἀρχιερατικώτατος πρόεδρος*· καὶ τὸ τοῦ βασιλέως Πωγωνάτου, *Οἰκουμενικῷ ἀρχιποίμενι*,

καὶ ἄλλα μυρία. Διὰ τοῦτο καὶ Ῥώμης ἐπίσκοπος A ὑπὸ τῶν ἁγίων καλεῖται Πατέρων, καὶ χειροτονεῖται παρ' ἐπισκόπων. Καὶ ὁ μακάριος Διονύσιος περὶ πάσης ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἐπαγγειλάμενος, οὐδὲν παραλέλοιπεν· ἀλλ' οὐ διὰ τοῦτο ὁ πάππας ἢ εὐθύνεται, ὅπερ σὺ ὡς ἀποδειχθὲν λαμβάνεις, ἢ τῆς ἐξουσίας ἐστέρηται, ἣν πᾶσαι αἱ σύνοδοι ἐν αὐτῷ καθομολογοῦσι, κεφαλὴν λέγουσαι καὶ ὀφθαλμὸν, καὶ οἰκουμενικὸν πάσης Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Πῶς δὲ, φασὶ, κανόνων ϛ' συνόδου μεμνῆσθαι δίκαιον, τῆς ϛ' μηδαμῶς κανόνας ἐκδούσης, ὅτι ἡ σύνοδος ἡ ἐκδοῦσα τοὺς κανόνας παρὰ πόδας τῆς ϛ' B συγκροτηθεῖσα, οἰκουμενική ἐστι καὶ αὕτη, τὸ ὑστέρημα τῆς ε' καὶ ϛ' ἀναπληροῦσα. Ὅτι δὲ οἰκουμενική, δῆλον καὶ ἐκ τῆς ἱστορίας, Βασίλειον ἔχουσα Γορτύνης ἐπίσκοπον πάσης τῆς κατὰ τὴν Ῥώμην Ἐκκλησίας συνόδου τὸν τόπον ἐπέχοντα· δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν αὐτὴ περὶ ἑαυτῆς συνεχῶς φθέγγεται, οἰκουμενικὴν ἑαυτὴν ὀνομάζουσα. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Ἵνα κατασκευάσῃς τὸν πάππαν ὀρθῶς ἐπιτιμώμενον, ὡς ὁμοταγῆ καὶ ἰσότιμον τοῖς ἄλλοις ἐπισκόποις, καὶ πᾶσι νόμοις ὑποκείμενον, οἷς καὶ τὸ τῶν ἐπισκόπων γένος, λέγεις τὴν καλουμένην πενθέκτην εἶναι καὶ γνησίαν καὶ οἰκουμενικήν. Καὶ ὅτι μὲν γνησία σύνοδος, ὑπέθου ὡς βέβαιον· ὅτι δὲ οἰκουμενική, C κατασκευάζεις ἐκ τοῦ τὴν σύνοδον ἐκείνην ἐσχηκέναι Βασίλειον τὸν Κρήτης τοποτηρητὴν πάσης τῆς κατὰ Ῥώμην συνόδου· καὶ ὅτι αὐτὴ ἑαυτὴν καλεῖ οἰκουμενικήν. Τοιαύτης δὲ οὔσης ἔῤῥωνται καὶ οἱ παρ' αὐτῆς ἐκτεθέντες κανόνες κατὰ τοῦ πάππα. Ἀλλ' οὐ δυσχερὲς ἀποδεῖξαι, ὅτι μήτε γνησία, μήτε οἰκουμενική.

Ἐνεκλήθη Διόσκορος εὐθὺς συνεδρευσάσης τῆς τετάρτης συνόδου προστάξει τοῦ πάππα Λέοντος ὑπὸ τῶν αὐτοῦ τοποτηρητῶν, ὅτι πρόσωπον ἥρπασε τοῦ κρίνειν, ὅπερ οὐκ ἐκέκτητο· καὶ σύνοδον ἐτόλμησε ποιῆσαι ἐπιτροπῆς δίχα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, ὅπερ οὐδέποτε γέγονεν, οὐδὲ ἐξὸν γενέσθαι. Καὶ πρὸς τοῦτο οὐδὲν ἐτόλμησεν ἀντειπεῖν Διόσκορος, ἀλλ' ἠναγκάσθη διὰ τῆς συγκλήτου καθεσθῆναι D ὡς ὑπεύθυνος ἐν μέσῳ.

Κατὰ τὴν ϛ' τῆς ἑβδόμης συνόδου πρᾶξιν, « Πῶς, φησὶ, μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ ἡ τῶν Εἰκονομάχων σύνοδος, ἥτις οὐκ ἔσχε συνεργὸν τὸν τηνικαῦτα τῆς Ῥωμαίων πάππαν, ἢ τοὺς περὶ αὐτὸν ἱερεῖς, οὔτε διὰ τοποτηρητῶν αὐτοῦ, οὔτε δι' ἐγκυκλίου ἐπιστολῆς, καθὼς νόμος ἐστὶ ταῖς συνόδοις; » Κατωτέρω δὲ καὶ αὐτὸς ἀποδέχῃ τὸν πολυθρύλλητον ἐκεῖνον κανόνα, οὗ μέμνηνται αἱ ἱστορίαι· « Οὐκ ἔστι κανονίζεσθαι τὰ ἐκκλησιαστικὰ χωρὶς τοῦ πάππα. » Εἰ γοῦν ταῦτα ἀληθῆ καὶ ἀναντίῤῥητα, καὶ ὁ Γορτύνης Βασίλειος ἐν τῇ πενθέκτῃ οὐδεμίαν προήνεγκεν ἐπιστολὴν μαρτυροῦσαν αὐτῷ τὴν τοποτηρησίαν τῆς Ῥωμαϊκῆς συνόδου· πῶς ἡ δίχα τοῦ

læ Constantini imp. Pogonati, *Œcumenico pastorum principi*, et sexcenta alia. Propter hoc etiam a sanctis Patribus vocatur episcopus Romæ, et consecratur ab episcopis; et beatus Dionysius de cunctis hierarchiæ ecclesiasticæ partibus sermonem pollicitus, nihil prætermisit: non ideo tamen papa aut correctioni episcoporum subjacet, quod tu quasi demonstratum accipis; aut illi neganda auctoritas, quam omnes synodi affirmant, caput illum vocantes, et oculum, et œcumenicum omnium Ecclesiarum episcopum.

NILUS (Cap. XV).

« At quomodo, inquiunt, fas sit, sextæ synodi canonum meminisse, cum sexta nequaquam ediderit canones? Quoniam synodus quæ edidit canones, quæ post sextam e vestigio celebrata est, œcumenica et ipsa est, supplens quintæ et sextæ defectum. Quod vero sit œcumenica, patet et ex ipsa historia; fuit enim in ea Basilius Gortynæ episcopus universæ Romanæ synodi locum tenens; patet præterea ex eo quod se ipsam assiduo, dum de se loquitur, œcumenicam appellat. »

CONFUTATIO.

Ut probares, papam recte reprehendi, quippe qui unus e numero episcoporum sit, et cunctis legibus subjaceat quibus et cæteri episcopi, asseris illam quæ synodus quinisexta vocatur, esse legitimam et œcumenicam. Et quod illa quidem sit legitima synodus, ut certum supposuisti; quod vero sit œcumenica, probas, eo quod fuerit in ea Basilius Cretensis, universæ Romanæ synodi locum tenens; et quia ipsa se ipsam vocat œcumenicam. Talis ergo cum sit, ejus quoque canones contra papam editi validi sunt. Atqui difficile non est demonstrare, illam nec legitimam, nec œcumenicam esse.

Accusatus fuit Dioscorus initio congregationis quartæ synodi, mandato Leonis papæ, ab ejus legatis, quod personam judicis arripuisset, quam non habebat; et synodum celebrare ausus esset absque auctoritate sedis apostolicæ; quod nunquam factum est nec fieri licet. Ad hoc Dioscorus non est ausus respondere, sed coactus fuit per senatores sedere in loco reorum.

Actione sexta septimæ synodi hæc habentur: « Quomodo magna et generalis Iconomachorum synodus, quæ non habuit cooperantem illius temporis papam, vel sacerdotes ejus, neque per legatos, nec per encyclicam epistolam, ut postulat lex conciliorum? » Tu quoque infra recipis celebrem illum canonem, cujus et historiæ meminerunt: « Non licet absque papa de rebus ecclesiasticis ferre regulas. » Hæc si vera sunt et explorata, et Basilius Cretensis in quinisexta nullam protulit epistolam legationis suæ testem, quo pacto facta episcoporum congregatio citra sedis apostolicæ auctoritatem, et ausa regulis suis subjicere eccle-

siasticarum rerum regulam, synodus fuerit eaque œcumenica? Quis vero credat, editos fuisse canones contra papam præsente legato papæ? Et si in quarta synodo, cum ordo patriarcharum orientalium mutaretur, adeo moleste tulerunt hoc legati papæ, ut constantissime reclamarent, quomodo passi essent in quinisexta manifestissimis onerari contumeliis Petri sedem?

Cur etiam, si papæ legatus aderat in quinisexta, non docuit Orientales, quando suum scribebant canonem decimum tertium de Patribus Carthaginensibus, quod ii de continentia et castitate clericorum tractantes cum dixissent, subdiaconos, diaconos et presbyteros continere se ab uxoribus secundum propria statuta, et Orientales per illud («secundum propria statuta») intelligerent, secundum stata tempora; quasi Carthaginenses Patres dixerint, oportere inservientes altari continere se ab uxoribus, quando sacra tractaturi sunt; extra vero id tempus nequaquam illis denegandum commercium cum uxoribus: cur, inquam, legatus papæ non docuit, quæ dicenda erant pro Ecclesia Romana: quod ista verborum interpretatio non congruit cum sensu Carthaginensium, qui abstinere jubent clericos sacri ordinis secundum propria statuta, vel priora statuta, hoc est perpetuo? Hoc enim manifeste patet ex verbis Carthaginensis synodi II, cap. 2: « Aurelius episcopus dixit: Cum in præterito concilio de continentiæ et castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione quadam castitati per consecrationes annexi sunt episcopos inquam, presbyteros et diaconos, ita placuit, ut condecet sacrosanctos antistites, et Dei sacerdotes, nec non et levitas, vel qui sacramentis divinis inserviunt, continentes esse in omnibus; quo possint simpliciter, quod a Deo postulant impetrare, ut quod apostoli docuerunt, et ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus. Ab universis episcopis dictum est: Omnibus placet, ut episcopi, presbyteri et diaconi, vel qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes etiam ab uxoribus se contineant. Ab omnibus dictum est, Placet, ut in omnibus et ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altari deserviunt. » Patres autem concilii Carthaginensis V, capite tertio: « Præterea, inquiunt, cum de quorumdam clericorum, quamvis erga uxores proprias, incontinentia referretur, placuit, episcopos et presbyteros, et diaconos, secundum priora statuta, etiam ab uxoribus continere. Quod nisi fecerint, ab ecclesiastico removeantur officio. »

A ἀποστολικοῦ θρόνου τῶν ἐπισκόπων γενομένη συνάθροισις, καὶ κανονίσαι τολμήσασα τὸν κανόνα τῶν ἐκκλησιαστικῶν σύνοδος ἂν εἴη, καὶ ταῦτα οἰκουμενική; Πῶς δ' ἂν εἴη πιθανὸν τὸ, παρόντος τοποτηρητοῦ τῆς Ῥώμης, ἐκδοθῆναι κανόνας κατὰ τοῦ Ῥώμης; Καὶ εἰ τοσαύτην ἐπεδείξαντο ἀγανάκτησιν οἱ τοποτηρηταὶ τοῦ πάππα κινουμένης τῆς τάξεως τῶν ἀνατολικῶν πατριαρχῶν ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ, πῶς ἤνεγκαν οὕτω λαμπρῶς ὑβρίζεσθαι τὸν Πέτρου θρόνον ἐν τῇ πενθέκτῃ;

Καὶ πῶς, εἴ γε παρῆν ἐν τῇ πενθέκτῃ ὁ τὸν τόπον ἐπέχων τοῦ πάππα, οὐκ ἐδίδαξε τοὺς ἀνατολικοὺς ἐπισκόπους, ἔνθα τὸν ιγ' αὐτῶν κανόνα γράφοντες ἔλεγον· « Τοὺς ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντας πρόνοιαν τιθεμένους τῆς ἐν βίῳ σεμνότητος τῶν B λειτουργῶν φάναι, ὥστε τοὺς ὑποδιακόνους καὶ διακόνους καὶ πρεσβυτέρους ἐκ τῶν συμβίων ἐγκρατεύεσθαι κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους » (καὶ τὸ, « κατὰ τοὺς ἰδίους ὅρους, » ἐξηγοῦντο οἱ ἀνατολικοὶ κατὰ καιροὺς ἰδίους· ὡς ἂν εἰ ἔλεγον οἱ ἐν Καρθαγένῃ χρῆναι τοὺς τῷ θυσιαστηρίῳ προσεδρεύοντας ἐν τῷ καιρῷ τῆς τῶν ἁγίων μεταχειρήσεως ἐγκρατεῖς εἶναι, ἔξω δὲ τοῦ τοιούτου καιροῦ μὴ ἀποστερεῖσθαι τῆς πρὸς νόμιμον γυναῖκα συναφείας)· πῶς οὐκ ἐδίδαξε, φημὶ, τὰ δίκαια τῆς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας φάσκων, ὅτι οὐ συμφωνεῖ ἡ ἐξήγησις αὐτῶν τοῖς ἐν Καρθαγένῃ Πατράσιν, οἵτινες ἐγκρατεύεσθαι τοὺς ἱερωμένους κελεύουσι κατὰ τοὺς οἰκείους ὅρους ἢ θεσμούς· ἄλλοι δὲ γράφουσι, κατὰ τοὺς ἀρχαίους θεσμοὺς, δηλαδὴ ἀειδήποτε; Καὶ δῆλον τοῦτο ἐξ ὧν C φασιν οἱ τῆς δευτέρας ἐν Καρθαγένῃ συνόδου Πατέρες ἐν τῷ β' κεφαλαίῳ· « Αὐρήλιος ἐπίσκοπος εἶπεν· Ἐν τῇ προλαβούσῃ συνόδῳ περὶ τῆς ἐν ἐγκρατείᾳ, σωφροσύνῃ σεμνοπρεπείας λέλεκται, ὅτι οἱ τρεῖς οὗτοι ἀπογραφῇ τινι δι' ἀφιερώσεως συνδέδενται τῇ σωφροσύνῃ, ἐπισκόπων φημὶ, πρεσβυτέρων καὶ διακόνων· οὕτως ἤρεσε, καθὼς χρὴ τοὺς ἁγιωτάτους προέδρους, ναὶ μὴν καὶ Λευΐτας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὑπηρετοῦντας τοῖς θείοις μυστηρίοις ἐγκρατεῖς εἶναι ἐν ἅπασιν· ἵν' ἔχωσιν ἁπλῶς ὅπερ αἰτοῦνται τὸν Θεὸν λαμβάνειν· ὅπως φυλάττωμεν καὶ ἡμεῖς ὅπερ ἐδίδαξαν οἱ ἀπόστολοι, καὶ ἐκράτησεν ἡ ἀρχαιότης. Πάντες οἱ ἐπίσκοποι εἶπον· Πᾶσιν ἀρέσκει, ἵνα οἱ ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι, καὶ διάκο- D νοι, ἢ καὶ οἱ τὰ μυστήρια ψηλαφῶντες, τὴν σωφροσύνην τηροῦντες καὶ αὐτῶν τῶν γαμετῶν ἀπέχωνται. Πάντες εἰρήκασιν· Ἀρέσκει, ἵνα ἐν πᾶσι καὶ παρὰ πάντων τῶν ὑπηρετούντων τῇ τραπέζῃ φυλάσσηται ἡ ἐγκράτεια. » Οἱ δὲ τῆς ε' ἐν Καρθαγένῃ συνόδου Πατέρες ἐν κεφαλαίῳ τρίτῳ φασίν· « Πρὸς τούτοις ἀνήνεκται περὶ τῆς κληρικῶν τινων ἀκρασίας, εἰ καὶ ταῖς ἰδίαις ἐχρήσαντο γαμεταῖς· ἤρεσεν οὖν, ἵνα ἐπίσκοποι, πρεσβύτεροι, καὶ διάκονοι κατὰ τοὺς οἰκείους ὅρους, καὶ αὐτῶν ἀπέχωνται τῶν γαμετῶν. Ἂν τοῦτο μὴ πράξωσι, τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀποκινείσθωσαν ἐργασίας. »

Quomodo igitur legatus papæ in his non contradixit, et non aperuit dissonantiam sensuum? Quomodo non contradixit adversus canonem tricesimum sextum de æqualitate honoris papæ et

Πῶς οὖν ὁ τοποτηρητὴς τοῦ πάππα οὐκ ἀντεῖπεν ἐν τούτοις, καὶ οὐκ ἤλεγξε τὸ ἀσύμφωνον; Πῶς οὐκ ἀντεῖπε πρὸς τὸ τοῦ λς' κανόνος περὶ τῶν ἴσων πρεσβείων τοῦ πάππα καὶ τοῦ Κωνσταντινουπό-

λεως; Πῶς τὸ ἐν τῷ νε' κανόνι περὶ τοῦ Σαββάτου (A) ἀνεξέταστον εἴασε, καὶ τὸ ἐν τῷ ξζ' περὶ ἀποχῆς αἵματος καὶ πνικτοῦ; Τίς δὲ τῶν κανόνων ἐκείνων τὰς ὑπογραφὰς οὕτω διατεθείσας ὁρῶν, ὥστε πρώτην εἶναι τὴν ὑποσημείωσιν τοῦ βασιλέως Ἰουστινιανοῦ τοῦ Ῥινοτμήτου, εἶτα τόπον ὑπολειφθέντα τῷ πάππᾳ εἰς ὑπογραφὴν, οἰκουμενικῆς ταῦτα συνόδου φάνῃ γνωρίσματα; Πάμπολυ ἀπέχει, ὦ γεννάδε, ἡ τοποτηρησία τῶν πρὸς ἑκάστην οἰκουμενικὴν σύνοδον μετὰ ἰδικῶν ἐνταλμάτων παρὰ τοῦ πάππα στελλομένων, τῆς τοποτηρησίας τῶν ληγαταρίων, ἣν μετεχειρίζοντο οἱ παρὰ Γραικοῖς τὸ πρόσωπον τοῦ πάππα κοινῷ τινι λόγῳ ἐξεικονίζοντες, οἷος ἦν ὁ Καισαρείας Καππαδοκίας, ὁ Ἐφέσου, ὁ Θεσσαλονίκης, ὁ Κορίνθου, ὁ Γορτύνης, ἐκ τῶν ὑπογραφῶν (B) τοῦ ὅρου τῆς ϛ' συνόδου· οὗτοι γὰρ ἐκβιβαστῶν ὡς εἰπεῖν χώραν ἐπλήρουν, καὶ ἔξαρχοι ἐκαλοῦντο ἐν ταῖς ἰδίαις ἕκαστος ἐπαρχίαις, καὶ μερικὴν ἔχοντες δικαιοδοσίαν περὶ μερικὰ κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ, οἷον κληρονόμοι κατὰ διαδοχὴν τῆς τοιαύτης διακονίας. Οἱ δὲ πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς παρὰ τοῦ πάππα συνόδους στελλόμενοι, ἢ παρὰ τῆς ἐκεῖ συνόδου, τὸν τόπον ἀνεπλήρουν τῆς παρουσίας τοῦ πάππα, ἢ καὶ τῆς συνόδου, καὶ τῶν πατριαρχῶν προεκαθέζοντο, καὶ περὶ δογμάτων ὡς περὶ τὸ πλεῖστον ἀνέκρινον· καὶ τοῦτο ἐφάπαξ, μέχρι τῆς συνοδικῆς περὶ τοῦ κινουμένου πράγματος ἀποφάσεως. Τοιούτους δὲ ὁ πάππας προεβίβαζεν ἀπὸ Ῥώμης ἐκ τοῦ ἰδίου πλευροῦ. Καὶ γὰρ καὶ ἐν τῇ τρίτῃ συνόδῳ ὅ τε Κελεστῖνος ὁ πάππας τοποτηρητὴν κατέστησε Κύ- (C) ριλλον, κατὰ πόδα καὶ ἰδίους τοὺς ἐκ Ῥώμης ἀπέστειλε πρεσβευτάς. Ποῦ τοίνυν ἐν τῇ πενθέκτῃ τὰ νομίμης συνόδου γνωρίσματα; Πόθεν δὲ ἐπῆλθεν ὑμῖν σκῆψιν τοιαύτην ἐφευρεῖν, ὅτι ἡ πενθέκτη ἀνεπλήρωσε τὸ ὑστέρημα τῆς ε' καὶ ϛ', ὡς μὴ ἐξὸν οἰκουμενικὴν γενέσθαι σύνοδον ἄνευ κανόνων συγγραφῆς; καίτοι τοῦ ἐν ἁγίοις πάππα Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον Ἀλεξανδρείας, καὶ Ἀναστάσιον Ἀντιοχείας ρξε' ἐπιστολῇ τοὺς κανόνας τῆς β' συνόδου φάσκοντος μήτε ποτὲ ὀφθῆναι, μήτε παραδεχθῆναι τῇ Ἐκκλησίᾳ Ῥώμης, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πάππα Λέοντος ἐν ταῖς φερομέναις αὐτοῦ ἐπιστολαῖς μετὰ τὰ Πρακτικὰ τῆς δ' συνόδου λαμπρῶς ἀποφαινομένου, ἐπὶ μόνῃ τῆς αἱρέσεως ἀνατροπῇ, καὶ ἐπιστηρίξει τῆς ὀρθοδοξίας συναγηγέρθαι τὴν τετάρτην σύνοδον. Πόθεν οὖν ἡ τῆς ἀναπληρώσεως ἀνάγκη, ἣν οἱ πρῶτοι τοῦ σχίσματος ἡγεμόνες ἐμηχανήσαντο;

Εἰ δὲ οἰκουμενικὴν εἶναι λέγεις τὴν πενθέκτην, (D) ὅτι αὐτὴ ἑαυτὴν οὕτως ὀνομάζει, ἀκουέτω τὸ, Σὺ περὶ σεαυτοῦ μαρτυρεῖς. Πῶς γὰρ οἰκουμενικὴ, ἥτις ἐν τῷ β' αὐτῆς κανόνι ἀπαριθμησαμένη τῶν οἰκουμενικῶν καὶ τοπικῶν συνόδων τοὺς κανόνας, ναὶ μὴν καὶ τῶν ἀνατολικῶν ἁγίων Πατέρων καὶ διδασκάλων, οὐδενὸς μέμνηται ἢ Ῥώμης ἀρχιερέως, ἢ διδασκάλου δυτικοῦ, περὶ ὧν ἡ πέμπτη οἰκουμενικὴ σύνοδος πρὸς τῷ τέλει τῆς τρίτης συνελεύσεως οὕτω φησίν· « Πρὸς τούτοις ἀκολουθοῦμεν κατὰ πάντα τοῖς ἁγίοις Πατράσι καὶ διδασκάλοις τῆς Ἐκκλησίας, Ἀθανασίῳ, Ἱλαρίῳ, Βασιλείῳ, Γρηγορίῳ τῷ Θεολόγῳ, Γρηγορίῳ τῷ Νύσσης, Ἀμβροσίῳ, Αὐγουστίνῳ, Θεοφίλῳ, Ἰωάννῃ τῷ Κωνσταντινουπόλεως, Κυρίλλῳ,

(A) Constantinopolitani, et indiscussum reliquit quinquagesimum quintum de Sabbato canonem et sexagesimum septimum de abstinendo a sanguine et suffocato? Subscriptiones porro illorum canonum quis ita positas inspiciat, ut prima sit Justiniani imperatoris Rhinotmeti, deinde relictus sit locus papæ ad subscribendum, et œcumenicæ synodi notas agnoscat? Plurimum differt inter legatos qui mittebantur a papa ad unamquamque synodum œcumenicam cum peculiaribus mandatis, et legatos illos qui apud Græcos communi quadam ratione personam papæ referebant, ut Cæsariensis, Ephesius, Thessalonicensis, Corinthius, Gortynius. Nam isti exsecutorum, ut ita dicam, locum obtinebant, et exarchi vocabantur (B) in suis quisque provinciis, particularem habentes jurisdictionem ad particularia ecclesiastica negotia, tanquam hujus ministerii per successionem hæredes. Qui vero ad œcumenicas synodos mittebantur a papa, vel ab ejus synodo, præsentiam papæ supplebant, et sedebant ante patriarchas, deque dogmatibus ut plurimum judicabant, idque usque ad ferendam de re controversa sententiam. Tales vero mittebat papa ab Urbe, suo ex latere. Nam et in tertia synodo, quando Cœlestinus papa legationis munus Cyrillo mandaverat, mox suos etiam ab Urbe legatos misit. Quænam ergo notæ sunt œcumenicæ synodi in quinisexta? Unde vero vobis in mentem venit ille prætextus, quod quini- (C) sexta suppleverit defectum quintæ et sextæ? quasi non liceat generalem celebrare synodum absque canonum editione? cum tamen sanctus Gregorius papa, epistola 195, ad Eulogium Alexandrinum, et Anastasium Antiochenum asserat, canones secundæ synodi nec fuisse visos, nec receptos ab Ecclesia Romana, et sanctus Leo papa in suis epistolis, tertia parte quartæ synodi, clarissimis verbis affirmet, ad exstinguendam solum hæresim, et confirmandam fidem catholicam fuisse illam congregatam. Unde igitur supplementi necessitas, excogitata a primis auctoribus schismatis?

(D) Si vero œcumenicam dicis quinisextam, quia se ipsam hoc titulo ipsa insigniat, merito audiat. Tu de te ipsa testimonium perhibes. Quomodo enim œcumenica, quæ in secundo suo canone, enumeratis generalium et provincialium synodorum canonibus, nec non Patrum doctorumque orientalium, nullos recenset Romanorum pontificum aut occidentalium doctorum? cum sancta generalis quinta synodus in fine collationis tertiæ dicat: « Super hæc sequimur per omnia et sanctos Patres et doctores Ecclesiæ, Athanasium, Hilarium, Basilium, Gregorium Theologum, et Gregorium Nyssenum, Ambrosium, Augustinum, Theophilum, Joannem Constantinopolitanum, Cy-

rilium, Leonem, Proclum; et suscipimus omnia quæ de recta fide et condemnatione hæreticorum exposuerunt. Suscipimus autem et alios sanctos et orthodoxos Patres, qui in sancta Dei Ecclesia rectam fidem irreprehensibiliter usque ad finem suæ vitæ prædicaverunt. »

Ita sentiente et scribente synodo œcumenica, quomodo generalis fuerit quinisexta, quæ solos orientales agnoscit doctores, et prohibet ne quisquam alios recipiat canones? Nullo igitur jure vocari potest œcumenica, seu legitima prorsus synodus, juxta canones synodorum.

A Λέοντι, Πρόκλῳ· καὶ δεχόμεθα πάντα, ὅσα περί τε τῆς ὀρθῆς πίστεως, καὶ πρὸς ἔλεγχον τῶν αἱρετικῶν ἐξέθεντο. Δεχόμεθα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους καὶ ὀρθοδόξους Πατέρας, τοὺς ἐν τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τὴν ὀρθὴν πίστιν ἀμέμπτως μέχρι τέλους τοῦ βίου κηρύξαντας. »

Οὕτω φρονούσης τε καὶ γραφούσης τῆς οἰκουμενικῆς συνόδου, πῶς οἰκουμενικὴ ἡ πενθέκτη, ἣ τοὺς ἀνατολικοὺς οἶδε μόνους διδασκάλους; Κἄν τις παραδέχοιτο ἑτέρων κανόνας, τοῦτό φησι μηδενὶ ἐξεῖναι ποιεῖν. Οὐδενὶ δικαίῳ δύναται καλεῖσθαι οἰκουμενικὴ, οὐθ' ὅλως νομίμη σύνοδος κατὰ τοὺς κανόνας τῶν συνόδων.

NILUS (Cap. XVI).

« Sancta quoque et œcumenica septima synodus in primo suo canone, « Divinos, inquit, canones libenter suspicimus, integramque illorum et immotam servamus præceptionem, sive per Spiritus tubas apostolos editorum, sive per sex œcumenicas synodos, atque etiam provinciales. » Cum ergo canonum meminerit sex generalium conciliorum, quæ vero sexta proprie fuit, nullos ediderit canones, manifestum est eam loqui de canonibus hujus synodi, quæ defectum sextæ videtur supplevisse. »

ΝΕΙΛΟΣ.

B « Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ ζ' σύνοδος ἐν τῷ πρώτῳ αὐτῆς κανόνι τοιάδε φησίν· « Ἀσπασίως τοὺς θείους κανόνας ἐνστερνιζόμεθα, καὶ ὁλόκληρον τὴν αὐτῶν διαταγὴν καὶ ἀσάλευτον κρατύνομεν, τῶν ἐκτεθέντων ὑπὸ τῶν σαλπίγγων τοῦ Πνεύματος ἀποστόλων, τῶν τε ἐξ οἰκουμενικῶν συνόδων, καὶ τῶν τοπικῶς συναθροισθεισῶν. » Εἰ δὲ κανόνων μέμνηται τῶν ἓξ οἰκουμενικῶν συνόδων, τῇ δὲ κυρίως ς' περὶ κανόνων ἐμέλησεν οὐδαμῶς, πῶς οὐ πρόδηλον, ὡς περὶ τῶν κανόνων τῆς συνόδου ταύτης φησὶν, ἣ τὸ τῆς ἕκτης ἐνδεὲς ἀναπληρώσασα φαίνεται;

CONFUTATIO.

Arguis tertio, ad probandum quinisextam esse œcumenicam. Septima synodus amplectitur canones sex generalium conciliorum. Atqui sexta proprie synodus nullos edidit canones; intelligit ergo de canonibus quinisextæ. Sed si placeret veritas, et aversareris mendacium, legisses in septimæ synodi act. 4, quosdam turbari audientes esse sextæ synodi canones. Quibus Tarasius patriarcha respondebat, quod sancta et magna sexta synodus sub Constantino celebrata fuit, et post quatuor aut quinque annos iidem ipsi Patres convenientes sub Justiniano filio Constantini ediderunt canones. Illi enim, inquit, qui subscripserunt sub Constantino, ipsi et sub Justiniano subscripserunt.

Hæc Tarasius dicebat ad confirmandos canones quinisextæ, inter quos octogesimus secundus agit de imagine Salvatoris, ut probare posset contra Iconomachos usum sacrarum imaginum. Hic erat scopus Tarasio, dum laudabat quinisextæ canones; et cum septimæ canones componebat, in primo aiebat se suscipere canones sex generalium synodorum, ut etiam quinisextæ canones comprehenderet ea mente qua diximus. Duo tamen dicit non congruentia: unum, quod quatuor aut quinque post sextam synodum annis celebrata sit quinisexta, quod impossibile est. Nam si postrema sextæ synodi actio celebrata fuit indict. x, quinisexta vero in suo tertio canone ait edere suos canones post quartam indictionem, decem omnino interlapsi sunt anni, non quinque. Alterum est, quod cos-

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τρίτον ἐπιχειρεῖς, ἀποδεῖξαι βουλόμενος οἰκουμε-C νικὴν τὴν πενθέκτην. Ἐνστερνίζεται ἡ ζ' σύνοδος τοὺς κανόνας τῶν ἓξ οἰκουμενικῶν συνόδων. Ἡ δὲ κυρίως ς' κανόνας οὐκ ἐξέθετο· ἄρα περὶ τῶν κανόνων τῆς πενθέκτης νοεῖ. Ἀλλ' εἴπερ ἔχαιρες τῇ ἀληθείᾳ, καὶ ἐμίσεις τὸ ψεῦδος, κατεῖδες ἂν ἐκ τῶν Πρακτικῶν τῆς ζ' συνόδου, πράξει δ', ὅτι ἐσκανδαλίζοντο τινὲς ἀκούοντες κανόνας τῆς ς' συνόδου· πρὸς οὓς ἔλεγε Ταράσιος ὁ πατριάρχης ὅτι ἡ ἁγία μεγάλη ἕκτη σύνοδος ἐπὶ Κωνσταντίνου συνεκροτήθη· καὶ μετὰ τέσσαρα ἔτη ἢ πέντε συναθροισθέντες οἱ αὐτοὶ Πατέρες ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ υἱοῦ Κωνσταντίνου τοὺς κανόνας ἐκτεθείκασιν. Οἱ γὰρ, φησὶν, ὑπογράψαντες ἐπὶ Κωνσταντίνου, οἱ αὐτοὶ καὶ ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ ὑπέγραψαν.

Ἔλεγε δὲ ταῦτα Ταράσιος κυρῶσαι βουλόμενος D τοὺς κανόνας, ἐν οἷς ἦν ὁ πβ' διαλαμβάνων περὶ τῆς εἰκόνος τοῦ Σωτῆρος, ἵν' ἔχοι δεῖξαι κατὰ τῶν εἰκονομαχούντων τὴν χρῆσιν τῶν σεπτῶν εἰκόνων. Τούτῳ γοῦν τῷ σκοπῷ Ταράσιος ἐπαινέτης ἦν τῶν τῆς πενθέκτης κανόνων· καὶ συγγράφων τοὺς τῆς ζ', ἐν τῷ πρώτῳ ἐνστερνίζεσθαι ἔλεγε τοὺς κανόνας τῶν ἓξ οἰκουμενικῶν συνόδων, ἵνα συμπεριλάβοι καὶ τοὺς τῆς πενθέκτης ἐπὶ τῷ προῤῥηθέντι σκοπῷ. Δύο δὲ ὅμως λέγει ἀσύμφωνα· ἓν μὲν, ὅτι τέσσαρα ἢ πέντε μετὰ τὴν ἁγίαν ς' σύνοδον ἔτη γέγονεν ἡ πενθέκτη, ὅπερ ἀδύνατον· εἰ γὰρ ἡ ἐσχάτη τῆς ς' συνόδου πρᾶξις γέγονεν ἰνδικτιῶνος ι', οἱ δὲ τῆς πενθέκτης ἐν τῷ τρίτῳ κανόνι φασὶν ἐκτίθεσθαι τοὺς κανόνας μετὰ τὴν τετάρτην ἰνδικτιῶνα, δέκα πάντως ἔτη θετέον μεθόριον, οὐχὶ πέντε. Δεύτερόν ἐστιν, ὅτι

τοὺς αὐτοὺς λέγει ὑπογεγραφέναι τῇ ς συνόδῳ καὶ τῇ πενθέκτῃ· ὅπερ οὐκ ἀληθὲς ἐκ τῶν ὑπογραφῶν ἐλέγχεται· δῆλον γὰρ τῷ βουλομένῳ συμβάλλειν, ὅτι τὸ πλεῖστον μέρος τῶν ὑπογραψάντων διαφέρει, ἐξ ὧν ἀληθῆ πάντως εὑρίσκεται, ἃ γράφει ὁ Βιβλιοθηκάριος Ἀναστάσιος ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς Ἰωάννην ὄγδον τὸν πάππαν, καταβαλλόμενος προοίμιον τῇ ἑαυτοῦ ἑρμηνείᾳ τῆς ζ' συνόδου· λέγει δὲ ταῦτα· « Ἰστέον ἐν ταύτῃ τῇ λ' συνόδῳ προσεῖναί τινα ἔκ τε τῶν ἀποστολικῶν, καὶ τῶν τῆς ς' οἰκουμενικῆς συνόδου κανόνων καὶ ῥήσεων, ἃ παρ' ἡμῖν, δηλαδὴ τοῖς Ῥωμαίοις, οὔτε διερμηνευθέντα φέρεται, οὔτε ἀπόδεκτά ἐστι. Περὶ μὲν γὰρ τῶν ἀποστολικῶν κανόνων ἴσμεν σαφῶς ἐνίους τὴν τῶν τοιούτων κανόνων παραδοχὴν μὴ ῥᾳδίως ποιεῖσθαι. Καὶ γὰρ καὶ ὁ προκάτοχός σου πάππας ὁ μακαριώτατος Στέφανος τούτων οὐ πλείους ἢ πεντήκοντα δεκτέους εἶναι συνοδικῶς ἀπεφήνατο, εἰ καὶ ἀρχιερέων Ῥώμης θεσμοί τινες ἐκ τῶν κανόνων ἐκείνων παρειλῆφθαι δοκοῦσιν. Ὅθεν δὴ θεσπίσματι τῆς ἀποστολικῆς σου ἀξίας οὐ μόνον ἐκείνους τοὺς ν' δέχεται ἡ Ἐκκλησία, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῶν ἀρχιερέων Ῥώμης ἅπαντας, οἷα δὴ σαλπίγγων τοῦ Πνεύματος· ναὶ μὴν καὶ τοὺς ἁπάντων καθόλου τῶν ἐκκρίτων Πατέρων, καὶ τοὺς τῶν ἱερῶν συνόδων κανόνας καὶ διδάγματα, ἐκεῖνα δηλαδὴ μόνα, ἐν οἷς οὐδὲν ἔνεστι τῇ ὀρθοδοξίᾳ μὴ σύμφωνον, καὶ τῇ ὀρθότητι τῶν ἠθῶν ὑπεναντίον, ἢ τοῖς δόγμασι τῆς Ῥωμαϊκῆς κἂν ὁτιοῦν ἀντιφερόμενον· μᾶλλον δὲ τὰ σφοδρῶς μαχόμενα τοῖς ἐξ ἐναντίας, τουτέστι τοῖς αἱρετικοῖς. Τοὺς τοίνυν κανόνας, οὓς φασιν οἱ Γραικοὶ ὑπὸ τῆς ἕκτης ἐκδοθῆναι συνόδου ἐπὶ τοσοῦτον ὁ κορυφαῖος δέχεται θρόνος ἐν τῇ παρούσῃ ἑβδόμῃ συνόδῳ, ὥστε μηδαμῶς τὸ παράπαν ἐκείνους στέργειν, οἳ τοῖς προτέροις κανόσι καὶ διαταγαῖς τῶν ἁγίων τοῦ θρόνου τούτου ἀρχιερέων, ἢ γοῦν τῇ σεμνότητι τῶν ἠθῶν εἰσιν ἀντικείμενοι, εἰ καὶ παρὰ Λατίνοις μέχρι τοῦδε ξύμπαντες ἄγνωστοι παντελῶς διατελοῦσιν ὄντες, οὐδὲ γὰρ ἡρμηνεύθησαν· ἀλλ' οὐδὲ εὕρηνται ἐν τοῖς λοιποῖς πατριαρχικοῖς θρόνοις, καίπερ Ἑλλάδι χρωμένοις φωνῇ, τοῖς ἐκείνων ἀρχείοις ἐγκείμενοι· ὅτι μηδεὶς αὐτῶν ὅτε ἐξεδίδοντο, ἢ συνεκδιδούς, ἢ συμφωνῶν, ἢ παρὼν ὅλως ἐτύγχανε. Καίτοι διαβεβαιοῦνται οἱ Γραικοί, τοὺς κανόνας τούτους ἐκτεθεῖσθαι ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν Πατέρων, οἳ τὴν ἕκτην σύνοδον συνεκρότουν· ἀλλὰ τοῦτο δεῖξαι σαφέσι τεκμηρίοις οὐκ ἂν ἔχοιεν. »

Ὁρᾷς ὅτι σύμφωνα τῇ ἀληθείᾳ γράφει ὁ ἑρμηνεὺς Ἀναστάσιος; Ὅτε γοῦν ἐπιχειρεῖς, ὅτι ἡ ζ' σύνοδος μέμνηται κανόνων τῶν ἓξ οἰκουμενικῶν συνόδων, ἄρα καὶ τῶν τῆς πενθέκτης, ἡ γὰρ κυρίως ς' κανόνας οὐ συνέγραψεν· ἀληθῆ λέγεις, ἀλλ' οὐκ ἀναγκαῖα καὶ ἔνθεσμα· τοῦτο γὰρ ἐσκόπει Ταράσιος ὁ τοὺς κανόνας τῆς ζ' συνόδου ὑπαγορεύσας, τὸ τοὺς κανόνας τῆς πενθέκτης νομισθῆναι γνησίους πρὸς τὸ ἀπελέγξαι τοὺς Εἰκονομάχους· ὥστε τῶν ἀνατολικῶν ἦν ἡ τοιαύτη οἰκονομία. Ὁ δὲ ἀποστολικὸς θρόνος τούτους οὔτε ἐπεγίνωσκεν, οὔτε εἶχε κανόνας, ἀλλ' ἐπὶ τοσοῦτον ἐδέξατο ἐν τῇ ζ' συνόδῳ, ὅσον ἐπιδοκι-

dem fuisse inquit, qui subscripsere in sexta synodo et in quinisexta; quod ex subscriptionibus patet verum non esse; si quis enim conferre voluerit, comperiet majorem partem qui subscripserunt, non esse eosdem. Scribebat sane et Leo Isaurus ad Gregorium II, Cur, inquiens, in sex conciliis de imaginibus nihil est dictum? et papa respondit, nihil dictum esse. Quod papa non fateretur, nec imperator objiceret, si quinisexta legitima haberetur. Ex quibus vera esse comperiuntur, quæ scribit Bibliothecarius Anastasius in præfatione suæ in septimam synodum interpretationis ad Joannem VIII: « Sane notandum est, quædam in hac synodo ex apostolorum et sextæ universalis synodi canonibus et sententiis inveniri, quæ penes nos interpretata nec habentur nec admittuntur. Et certe de apostolorum canonibus liquido novimus, quoniam his quidam facile non præbuere consensum. Sed et prædecessor vester beatus papa Stephanus non ex his plus quam quinquaginta recipiendos synodice promulgavit, licet quædam constituta pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur. Unde apostolatu Vestro decernente non solum illos solos quinquaginta canones Ecclesia recipit, sed et omnes pontificum Romanorum utpote Spiritus sancti tubarum, quia et omnium omnino probabilium Patrum, et sanctorum conciliorum regulas et institutiones admittit, illas duntaxat quæ nec rectæ fidei, nec probis moribus obviant, sed nec sedis Romanæ decretis ad modicum quid resultant; quin potius adversarios, id est hæreticos, potenter impugnant. Ergo regulas, quas Græci a sexta synodo perhibent editas, ita in hac synodo principalis sedes admittit, ut nullatenus ex iis illæ recipiantur quæ prioribus canonibus vel decretis sanctorum sedis hujus pontificum, aut certe bonis moribus inveniuntur adversæ. Quamvis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ; sed nec in cæterarum patriarchalium sedium, licet Græca utantur lingua, reperiantur archivis: nimirum quia nulla earum, cum ederentur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inventa est. Quanquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inventi; sed hoc nullis probare certis possunt indiciis. »

Vides interpretem Anastasium consona scribere veritati? Quando igitur arguis: Septima synodus meminit canonum sex generalium conciliorum; ergo etiam quinisextæ, quandoquidem quæ vere sexta fuit, nullos canones edidit, vera dicis, sed non necessario et jure concludentia. Nam Tarasius, qui septimæ synodi canones conscripsit, hoc volebat, nimirum canones quinisextæ haberi pro legitimis, ut posset redarguere Iconomachos. Itaque Orientalium fuit excogitatio hæc; at vero sedes apostolica nec agnoscebat, nec pro canonibus habebat, sed catenus in septima synodo susce-

pit, ut solum probaret argumentum canonis octogesimi secundi, per quem iconomachiæ perfidia reprobatur. Itaque hujusmodi argumentis uti ad probandum quinisextam esse œcumenicam, idem, Nile, est, quod, dum causa agitur, Græcos proferre accusatores, testes, judices contra Latinos.

NILUS (Cap. XVII).

« Adeo vero ratos illos canones Romanus episcopus habebat, dum pax Ecclesiarum vigebat, ut Adrianus papa scribens ad Tarasium, admiraretur quod is sanctæ hujus synodi canones et decreta teneret. Legito in actis septimæ synodi ex epistola Adriani papæ ad Tarasium Constantinopolitanum hæc : « Invenimus autem in prædicta synodica epistola Sanctitatis Vestræ post plenitudinem fidei et confessionem sacri Symboli, et omnium sanctarum sex synodorum, et de sacris ac venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri : quia et easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis quæ jure ac divinitus ab ipsis promulgatæ sunt, inter quas continetur canon octogesimus secundus de venerandis imaginibus. » Quod igitur iste canon per ipsum quoque beatum Adrianum ratus sit, codices ostensi testabuntur. At nimis absurdum est, Latinos non solum hostes esse œcumenicarum synodorum, quorum ipsi duces fuere, sed inter se etiam digladiari ; et modo quidem Adrianum papam vocare hos canones miraculum laude dignum : modo vero Innocentium, vel alium quemcunque reprobare eosdem. »

CONFUTATIO.

Arguis quarto pro quinisexta : Adrianus papa scribens Tarasio ratum habet octogesimum secundum canonem quinisextæ ; ergo synodus illa legitima est et in œcumenicis numeranda. Sed plane erras, et erroris tui causa est prava interpretatio. Nam Tarasii voces, quas papa laudat, non ita habent ut Græca interpretatio continet ; Græce enim ita legitur : Quia et eamdem sanctam sextam synodum suscipio cum omnibus ejus canonibus. At textus Latinus habet : Quia et easdem sanctas sex synodos suscipio cum earum canonibus. Ita nec Tarasius sextam synodum expresse posuit, nec papa referendo illius voces, sed corrigendo voces Tarasii, quod ita is dixerat : Suscipio sanctas sex synodos cum earum canonibus, papa sic refert : Post confessionem sacri Symboli et sex synodorum, invenimus et de sacris imaginibus. Non ergo laudat papa Tarasium, ut decreta quiniscextæ tenentem, quemadmodum dicis, sed ut omnium sanctarum synodorum et rectæ de sacris imaginibus fidei cultorem. Hæc autem recta de imaginibus fides continebatur in octogesimo secundo canone quinisextæ et rectam fidem papa

A μάσαι τὴν ἐμφερομένην τῷ πβ' κανόνι ἔννοιαν, δι' ἧς στηλιτεύεται ἡ εἰκονομαχία.

Τοιαῦτα γοῦν προβάλλειν ἐπιχειρήματα πρὸς τὸ τὴν πενθέκτην ἀποδεῖξαι οἰκουμενικὴν ταυτόν ἐστιν, ὦ Νεῖλε, καὶ τῆς δίκης ἀνισταμένης προφέρειν τοὺς Γραικοὺς κατὰ Λατίνων κατηγόρους, μάρτυρας καὶ δικαστάς.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Οὕτω δὲ τοὺς κανόνας ἐκείνους κυρίους ἡγεῖτο καὶ ὁ τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπος, ἕως ἐν εἰρήνῃ τὰ ἐκκλησιαστικὰ διετέλουν ὄντα, ὡς καὶ τὸν πάππαν Ἀδριανὸν Ταρασίῳ γράφοντα διὰ θαύματος ἄγειν τὰ κατ' αὐτὸν, ἐμμένοντα τοῖς ὑπὸ τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου κανονικῶς ὁρισθεῖσιν. Ἀνάγνωθι ἀπὸ B τῶν Πρακτικῶν τῆς ζ' συνόδου, ἀπὸ τῆς ἐπιστολῆς τοῦ πάππα Ἀδριανοῦ πρὸς Ταράσιον Κωνσταντινουπόλεως ταῦτα· « Εὕρομεν δὲ ἐν τῇ προειρημένῃ ἐπιστολῇ τῇ συνοδικῇ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης μετὰ τὸ πλήρωμα τῆς πίστεως καὶ τῆς ὁμολογίας τοῦ ἱεροῦ συμβόλου, καὶ πασῶν τῶν ἁγίων ἓξ συνόδων, καὶ περὶ τῶν ἱερῶν καὶ σεπτῶν χαρακτήρων θαῦμα αἰνέσεως καὶ περιπτύξεως ἄξιον, περιέχον· Ὅτι καὶ τὰ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου δέχομαι μετὰ πάντων τῶν ἐνθέσμως καὶ θειωδῶς ἐκφωνηθέντων παρ' αὐτῆς κανόνων· ἐν οἷς ἐμφέρεται κανὼν πβ' περὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. » Ὅτι μὲν οὖν ὁ κανὼν οὗτος καὶ παρὰ τοῦ μακαρίου Ἀδριανοῦ τὸ κύριον ἔχει, τὰ βιβλία φανέντα μαρτυρήσει τῷ λόγῳ· πάνυ δὲ ἄτοπον μὴ μόνον πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς τῶν συνC όδων Λατίνους ἀπεχθῶς ἔχειν, ὧν ἡγεμόνες αὐτοὶ κατέστησαν, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἑαυτοὺς στασιάζειν· καὶ νῦν μὲν τὸν πάππαν Ἀδριανὸν τοὺς κανόνας τούτους θαῦμα αἰνέσεως καλεῖν, νῦν δὲ τὸν Ἰννοκέντιον, ἢ ἕτερον, εἰ τύχοι, τοὺς αὐτοὺς ἀποδοκιμάζειν. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Τέταρτον ἐπιχειρεῖς εἰς σύστασιν τῆς πενθέκτης· Ἀδριανὸς ὁ πάππας Ταρασίῳ γράφων κύριον ἔχει τὸν πβ' κανόνα τῆς πενθέκτης· ἄρα γνησία ἡ πενθέκτη, καὶ ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς ἀριθμητέα. Ἀλλ' ἐπλανήθης, ὦ θαυμάσιε, ἐκ τῆς παρερμηνείας τοῦ χωρίου. Αἱ γὰρ τοῦ Ταρασίου φωναὶ, ἃς ἐπαινεῖ ὁ πάππας, οὐ περὶ τῆς ἕκτης συνόδου ῥητῶς διαλαμβάνουσι, καθὼς ἔχει ἡ Ἑλληνικὴ ἑρμηνεία· τὸ γὰρ D Λατινικὸν ὕφος τῆς ἐπιστολῆς τοῦ πάππα, ὃς ἔγραψε Ῥωμαϊστὶ, ἔχει οὕτως· Ὅτι καὶ τὰς αὐτὰς ἁγίας ἓξ συνόδους δέχομαι μετὰ πάντων τῶν κανόνων, οὓς ἐνθέσμως καὶ θειωδῶς αὗται ἐξεφώνησαν. Ὥστε Ἀδριανὸς ὁ πάππας οὐκ ἐπαινεῖ τὸν Ταράσιον ὡς ἐμμένοντα τοῖς ὁρισθεῖσιν ὑπὸ τῆς πενθέκτης, ὡς σὺ λέγεις, ἀλλ' ὡς ἐμμένοντα τῇ ὀρθοδοξίᾳ πασῶν τῶν συνόδων καὶ τῶν σεπτῶν εἰκόνων. Αὕτη δὲ ἡ περὶ τῶν εἰκόνων ὀρθοδοξία περιείχετο τῷ πβ' τῆς πενθέκτης κανόνι· καὶ ἐπαινεῖ ὁ πάππας τὴν ὀρθοδοξίαν, τὸν δὲ κανόνα λεγόμενον οὐκ ἐπικυροῖ ὡς κανόνα. Καὶ δῆλον ἐξ ὧν ἐπιφέρει μετὰ τὴν ἐξάπλωσιν τοῦ κανόνος. Ταύτῃ γὰρ, φησὶ, τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῇ μαρτυρίᾳ τὴν περιεργίαν τῶν πονηρευομένων, καὶ τὴν φλυαρίαν τῶν αἱρετικῶν ἀπώσατο ἡ

ὑμετέρα ἀδελφικὴ ἱερωσύνη. Οὐ λέγει ὁ πάππας· Τούτῳ τῷ κανόνι τῆς ϛ' συνόδου, ἀλλὰ, Ταύτῃ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῇ μαρτυρίᾳ· ἐπαινεῖ γὰρ τὸ ἐμπεριεχόμενον, ἀλλ' οὐχὶ ὡς κανόνα· καὶ τοῦτ' αὐτό ἐστιν, ὅπερ ἔλεγεν ὁ Βιβλιοθηκάριος Ἀναστάσιος· ὅτι τοὺς τοιούτους κανόνας ὁ ἀποστολικὸς θρόνος ἐπὶ τοσοῦτον δέχεται ἐν τῇ ζ' συνόδῳ, ὥστε μὴ στέργειν ἐκείνους, οἵτινες ἀντίκεινται τοῖς κανόσι τῶν ἀρχιερέων τῆς Ῥώμης· καὶ ὅτι ἀπαξάπαντας οὐκ εἶχον οἱ Λατῖνοι, ἀλλ' ἦσαν αὐτοῖς ἄγνωστοι. Εἷς δέ τις κανὼν ὁ πβ' περὶ τῶν ἱερῶν εἰκόνων γέγονε γνώριμος διὰ τὸ ἐντεθῆναι τῇ ζ' συνόδῳ κατὰ τῶν Εἰκονομάχων· καὶ τοῦτον ἐπαινεῖ ὁ πάππας ἐν τῇ Ταρασίου ἐπιστολῇ, ἔπειτα ὀνομάζει κανόνα μὲν οὐχὶ, μαρτυρίαν δὲ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ὅθεν μάταια ἐπιχειρεῖς· πρῶτον μὲν, ὅτι τὰς φωνὰς τοῦ Ταρασίου ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῦ πάππα προκομίζεις οὐ γνησίως ἑρμηνευθείσας. Διαφέρει γὰρ εἰπεῖν, « Τὰ ὑπὸ τῆς αὐτῆς ἁγίας ἕκτης συνόδου, » ὡς ἔχει τὸ κείμενον τὸ Ἑλληνικόν· καὶ εἰπεῖν, « Τὰς αὐτὰς ἁγίας ἓξ συνόδους » κατὰ τὸ Ῥωμαϊκόν· καὶ πάλιν τὸ εἰπεῖν, « Ἐκφωνηθέντων παρ' αὐτῆς, » καὶ « Ἐκφωνηθέντων παρ' αὐτῶν, » ὡς ἔχει τὸ Λατινικόν· δεύτερον, ὅτι ὁ ἔπαινος τοῦ Ἀδριανοῦ οὐ δίδωσι τῷ κανόνι κῦρος, ἀλλ' ἢ μόνον ὅτι ὀρθοδοξίαν περιεῖχεν· ἐκ τούτου δὲ οὐκ ἔστι συνάγειν τοὺς κανόνας εἶναι γνησίους, καὶ τὴν πενθέκτην οἰκουμενικήν· ἀλλ' ὅτι ἐν ἐκείνοις οὐκ ὀλίγοι κανόνες, ἐν οἷς ὀρθ' ἄττα καὶ οὐκ ἀπόβλητα περιέχεται. Οὐκοῦν ἀπεχθῶς ἔχουσιν οἱ Λατῖνοι πρὸς τὰς οἰκουμενικὰς τῶν συνόδων, τὰς μὴ οὔσας οἰκουμενικὰς μὴ ὡς τοιαύτας δεχόμενοι, μᾶλλον δὲ τὰς μήτε ὅλως συνόδους καλεῖσθαι ἀξίας· οὔτε πρὸς ἑαυτοὺς στασιάζουσιν οἱ ἀρχιερεῖς τῆς Ῥώμης· ὃ γὰρ Ἀδριανὸς ἔσχε θαῦμα αἰνέσεως καὶ περιπτύξεως ἄξιον, τοῦτο καὶ οἱ λοιποὶ ἀρχιερεῖς ὑπερεπαινοῦσιν. Ἠγάσθη δὲ ὁ πάππας τὴν ὀρθοδοξίαν τοῦ Ταρασίου περὶ τῶν ἁγίων εἰκόνων. Ἔγραφε καὶ Λέων Ἴσαυρος πρὸς Γρηγόριον τὸν πάππαν· Διατί ἐν ταῖς ἓξ συνόδοις οὐδὲν ἐῤῥέθη περὶ τῶν εἰκόνων; Καὶ ἀποκρινόμενος ὁμολογεῖ ὁ πάππας, ὅτι οὐδὲν ἐῤῥέθη. Ἀλλ' οὔτε ὁ βασιλεὺς οὕτως ἂν προὔτεινεν, οὔτε ὁ πάππας ἀπεκρίνετο τοιουτοτρόπως, εἴπερ ἐνομίζετο καὶ παρὰ Γραικοῖς καὶ παρὰ Λατίνοις ἡ πενθέκτη οἰκουμενικὴ, καὶ οἱ παρ' αὐτῆς κανόνες κύριοι. Ζήτει τὰς πρὸ τῆς ζ' συνόδου ἐπιστολάς· οὐχὶ τὸν κανόνα ὡς κανόνα, καθ' ὃ οἱ τῆς Ῥώμης συνεφώνησαν, καὶ συμφωνοῦσι πάντες. Διὸ δὴ καὶ τὸ λέγειν τοὺς κανόνας τῆς πενθέκτης νομισθῆναι κυρίους ὑπὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς Ῥώμης ἕως διετέλει ὄντα ἐν εἰρήνῃ τὰ ἐκκλησιαστικὰ, μετὰ δὲ τὴν διχόνοιαν ἀποδοκιμασθῆναι, συγκλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. Ποῦ γὰρ εὑρήσεις πρὸ τῆς διχονοίας τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἐξισούμενον τῷ πάππᾳ, ὥς φησιν ὁ λϛ' τῆς πενθέκτης κατὰ τοὺς ψευδοκανόνας τὸν τρίτον, τῆς β' καὶ τῆς δ' τὸν κη'; Εἰ τούτους δὴ τοὺς λεγομένους κανόνας ἀειδήποτε ἡ Ἐκκλησία τῆς Ῥώμης ἀπεδοκίμαζεν, ὡς δῆλον ἐκ τῶν ἐπιστολῶν Λέοντος τοῦ πάππα τῶν μετὰ τὰ Πρακτικὰ τῆς δ'

laudat; illum vero qui dicitur canon, non ut canonem probat. Quod ex iis liquet quæ infert papa post expositum canonem. Hoc enim, inquit, testimonio orthodoxæ fidei malignorum curiositatem et hæreticorum garrulitatem vestrum repulit fraternum sacerdotium. Non dicit papa, Hoc sexto synodi canone, sed, Hoc testimonio orthodoxæ fidei; laudat enim quod continetur, non ut canonem; et hoc est quod Bibliothecarius Anastasius aiebat, hujusmodi canones a sede apostolica ita admitti, ut nullatenus illos recipiat qui decretis pontificum Romanorum adversantur, et universos fuisse Latinis incognitos, quia nec interpretatos. Erant igitur universi quidem incogniti. Unus vero quidam ex iis, octogesimus secundus, de sacris imaginibus innotuit, quia insertus fuit septimæ synodo contra Iconomachos; et hunc laudat papa in epistola ad Tarasium, non quidem canonem illum vocans, sed orthodoxæ fidei testimonium. Itaque vano uteris argumento: primo quidem, quia voces Tarasii epistolæ papæ insertas profers non recte conversas. Differt enim dicere, « Quæ ab eadem sancta sexta synodo, » ut legitur Græce; et dicere, « Easdem sanctas sex synodos, » ut habet textus Latinus; et rursus differt, « promulgatæ ab ipsa » et « promulgatæ ab ipsis, » ut habetur in textu Latino. Secundo, quia ex ea commendatione papæ non fit canon legitimus, sed probatur tantum rectam in eo fidem contineri; ex quo non licet colligere canones esse legitimos, et quinisextam œcumenicam, sed tantum, non paucos ejus canones recta et non rejicienda continere. Quare nec verum est, Latinos esse generalium synodorum inimicos, si non suscipiunt pro œcumenicis quæ non sunt œcumenicæ, imo quæ nec synodi quidem sunt: nec secum pugnant Romani pontifices. Nam quod Adrianus habuit pro miraculo laude ac veneratione digno, hoc et cæteri pontifices extollunt laudibus. Admiratus vero fuit papa rectam fidem Tarasii de sacris imaginibus, non canonem ut canonem; in quo Romani pontifices convenere omnes et conveniunt. Proinde asserere canones quinisextæ habitos fuisse ratos a Romanis pontificibus dum Ecclesiarum pax vigebat, postea vero fuisse reprobatos, est connectere quæ non cohærent. Ubi enim reperias ante schisma Constantinopolitanum exæquatum papæ, ut canon 36 quinisextæ statuit juxta pseudocanones secundæ synodi, et 28 quartæ? Si hos titulo tenus canones Romana semper Ecclesia reprobavit, ut videre est in epistola Leonis papæ parte III quartæ synodi, quomodo ratos postmodum habuit canones quinisextæ, qui iisdem constant vocibus quibus et reprobati? Et quæ pax erat inter papam et patriarcham, qui se æqualem papæ jactitaret, si Cœlestinus condemnabat et removebat Nestorium patriarcham Constantinopolitanum, Leo Dioscorum Alexandrinum, Agapetus Anthimum Constantinopolitanum, Leo II Macarium Antiochenum, Adrianus Tarasium

Constantinopolitanum dum illi scriberet, se ejus synodica minime recepturum fuisse, quod statim ex laico ordine sublimatus esset ad gradum sacerdotalem, nisi orthodoxum cognovisset? Quomodo hæc fiebant, et pax erat Ecclesiis, et quinisextæ canones pro legitimis habebantur? Nullo modo hæc consistunt. Nam si rati erant canones, nullam potestatem pontifices habebant in patriarchas; si vero habebant, non rati erant canones: sed cum pax erat, nullius auctoritatis erant; post schisma vero sunt apud Latinos quod semper erant, solis vero probati Orientalibus quibus etiam fuerunt origo præcipua schismatis.

A συνόδου, πῶς εἶχεν ἔπειτα κυρίους τῆς πενθέκτης τοὺς κανόνας ταυτοφώνους ὄντας τοῖς ἀποδοκιμασθεῖσιν; Καὶ πῶς εἰρήνευεν ὁ πάππας μετὰ τοῦ πατριάρχου ἴσον ἑαυτὸν τῷ πάππᾳ κομπάζοντος, εἴπερ Κελεστῖνος κατέκρινε καὶ μετεκίνει Νεστόριον πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως, Λέων τὸν Ἀλεξανδρείας Διόσκορον, Ἀγαπητὸς ὁ πάππας Ἄνθιμον Κωνσταντινουπόλεως, Μακάριον Ἀντιοχείας Λέων ὁ πάππας, καὶ Ἀδριανὸς Ταράσιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως, γεγραφὼς πρὸς αὐτὸν, ὡς οὐκ ἂν ἐδέξατο τὴν αὐτοῦ χειροτονίαν, ἀθρόον ἐκ λαϊκοῦ ἀνυψωθέντος εἰς τὸν ἱερατικὸν βαθμὸν, εἰ μὴ ὀρθοδοξοῦντα ἐπέγνω; Πῶς ταῦτα ἐγίνετο, καὶ εἰρήνη κατεῖχε τὰς Ἐκκλησίας, καὶ οἱ κανόνες τῆς πενθέκτης κύριοι ἐνομίζοντο; Ἀδύνατα ταῦτα, ὦ Νεῖλε. Εἰ γὰρ κύριοι οἱ κανόνες, οὐκ ἂν εἶχον ἐξουσίαν ἐπὶ τοὺς πατριάρχας οἱ Ῥώμης ἐπίσκοποι. Εἰ δὲ εἶχον, οὐ κύριοι οἱ κανόνες· ἀλλ' εἰρήνης μὲν οὔσης, ὑπῆρχον ἄκυροι· μετὰ δὲ τὴν διχόνοιαν παρὰ μὲν Λατίνοις εἰσὶν ὅπερ ἦσαν πάντοτε ἄκυροι, τοῖς δὲ ἀνατολικοῖς κύριοι μόνοις, οἷς καὶ γεγόνασι καταβολὴ μεγίστη τοῦ σχίσματος.

NILUS (Cap. XVIII).

« Si quis vero dicat, papam non subdi Patrum legibus, quis hoc ferat? cum a Patribus ipse primatum acceperit. Certe intolerabile est illos ab eo negligi, per quos ipse evectus est et magnus esse videtur. Præterea qui hoc animo est, se quoque ipsum damnat; quandoquidem qui leges posuit, ipse est. At B. Paulus prævaricatorem se inquit, si quæ destruxit hæc iterum ædificare vellet. Quod si ostensum est, illum judicio Patrum esse subditum sicut in dogmatibus, ita et in cæteris, quomodo Patrum legibus non sit subjectus? Quis vero æquum esse dicat, cæteros illum observare ut Patrem, qui tantorum Patrum auctoritatem antiquat? »

B

ΝΕΙΛΟΣ.

« Εἰ δέ τις ὑπάγεσθαι τὸν πάππαν τοῖς παρὰ τῶν Πατέρων κειμένοις νόμοις ἐρεῖ, οὐκ ἀνεκτὰ πάντως ἐρεῖ. Διατί; Ὅτι παρὰ τῶν Πατέρων αὐτὸς τὸ πρεσβεῖον εἰλήφει. Καὶ ἥκιστα φορητὸν, δι' ὧν ἐκεῖνος ἤρθη τε καὶ μέγας εἶναι δοκεῖ, τούτους ἐν οὐδενὶ τίθεσθαι. Ἄλλως τε τὸν οὕτω διακείμενον καὶ ἑαυτόν ἐστιν ἀθετεῖν, εἴπερ αὐτός ἐστιν ὁ τοὺς νόμους θείς. Ὁ δὲ μακάριος Παῦλος παραβάτην ἑαυτόν φησιν, εἴ γε ἃ κατέλυσε, ταῦτα πάλιν οἰκοδομεῖν προθυμεῖται. Εἰ δὲ δέδεικται ὥσπερ ἐν τοῖς δόγμασιν, οὕτω δὴ κἀν τοῖς ἄλλοις παρὰ τῶν Πατέρων εὐθύνεσθαι, πῶς οὐχ ὑπάγεται τοῖς παρὰ τῶν Πατέρων κειμένοις νόμοις; Ἢ πῶς δίκαιον τοὺς C ἄλλους ὡς Πατρὶ τούτῳ προσέχειν, Πατέρας τοσούτους αὐτῷ διαγράφοντι; »

CONFUTATIO.

Multa jam de hoc argumento dixeras, et resumis, illud unum tibi habens propositum, ut deprimas papam. Dicis intolerandum esse, si quis dicat papam non subdi legibus Patrum, quod ipse a Patribus accepto primatu, cur eos possit parvipendere, per quos magnus effectus est? Dicis papam ita affectum se ipso damnari, quandoquidem ipse est qui posuit leges; dicis ostensum esse, papam et rationem dogmatum et aliarum rerum judicio subdi, et non esse æquum honorari ut Patrem qui aspernatur Patres. At certe si tuum argumentum valet, valebit etiam quod ex contrario est. Tu sic arguis: Papa habet primatum a Patribus, ergo subditus est legibus Patrum. Nos vero dicimus: Patres habent privilegia et honores a papa, ergo papa non subjacet legibus Patrum, sed potius illi subjacent legibus papæ. Tui vero enthymematis antecedens falsum esse jam probatum est per synodorum testimonia; et nunc etiam ad roborandam veritatem probabitur ejus falsitas.

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Πολὺν περὶ τούτου λόγον καταθέμενος, αὖθις τὴν ὑπόθεσιν ἐπαναλαμβάνεις, ἐκεῖνο μάλιστα φροντίζων, ὅπως τὸν πάππαν καταβιβάσῃς. Λέγεις οὐκ ἀνεκτὸν εἶναι φάσκειν μὴ ὑπάγεσθαι τὸν πάππαν τοῖς κειμένοις παρὰ τῶν Πατέρων νόμοις· ὅτι παρὰ τῶν Πατέρων εἰληφὼς τὸ πρεσβεῖον, πῶς ἐξουθενεῖν δύναται τοὺς αὐτὸν μεγαλύναντας; Λέγεις, ὅτι διακείμενος οὕτως ἑαυτὸν ὁ πάππας ἀθετεῖ, εἴπερ αὐτός ἐστιν ὁ θεὶς τοὺς νόμους· λέγεις, ὅτι δέδεικται καὶ ἐν δόγμασι, καὶ ἐν ἄλλοις τὸν πάππαν εὐθύνεσθαι· καὶ ὅτι οὐ δίκαιον τιμᾶσθαι ὡς Πατέρα τὸν διαγράD φοντα τοὺς Πατέρας. Εἰ μὲν οὖν ὑγιές ἐστι τὸ σὸν ἐπιχείρημα, πάντως καὶ τὸ ἐκ τοῦ ἐναντίου ὑγιὲς ἔσται. Τὸ σὸν οὕτως ἔχει· Ὁ πάππας ἔχει τὸ πρεσβεῖον παρὰ τῶν Πατέρων, ἄρα ὑπόκειται τοῖς νόμοις τῶν Πατέρων. Ἡμεῖς δέ φαμεν· Οἱ Πατέρες ἔχουσι τὰ προνόμια καὶ τὰς τιμὰς παρὰ τοῦ πάππα, ἄρα ὁ πάππας οὐχ ὑπόκειται τοῖς νόμοις τῶν Πατέρων, μᾶλλον δὲ ἐκεῖνοι ὑπόκεινται τοῖς νόμοις τοῦ πάππα. Τοῦ δὲ σοῦ ἐνθυμήματος ἡ πρόσληψις ἤδη μὲν ἐξελήλεγκται ψευδὴς οὖσα ταῖς συνοδικαῖς ἀποφάσεσι, καὶ νῦν δὲ ὅμως ἐλεγχθήσεται εἰς παράστασιν τῆς ἀληθείας.

A Οἱ τῆς β' συνόδου Πατέρες κανόνα ἐγεγράφεισαν, ὥστε τὸν Κωνσταντινουπόλεως ἔχειν τὰ πρεσβεῖα τῆς τιμῆς μετὰ τὸν τῆς Ῥώμης ἐπίσκοπον. Ἀλλ' ὅμως Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας ἀντεποιεῖτο τῆς χειροτονίας τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Διόσκορος Ἀλεξανδρείας ἐχειροτόνησεν Ἀνατόλιον τὸν Κωνσταντινουπόλεως· ὅθεν παντί που δῆλον, ὅτι ὁ κανὼν ἐκεῖνος, εἰ καὶ ὅλως γέγονεν, ἄκυρος ἔμεινεν. Διὸ δὴ ἐν τῇ τετάρτῃ συνόδῳ οἱ τοποτηρηταὶ τοῦ πάππα τὸν κανόνα τοῦτον οὐκ ὀρθῶς προφέρεσθαι ἔλεγον· καὶ Λέων ὁ τηνικαῦτα πάππας, καὶ οἱ μετ' αὐτὸν ἀρχιερεῖς οὐδέποτε ὡς γνήσιον ἐδέξαντο· ὥσπερ καὶ τὸν τῆς τετάρτης συνόδου, ὃν ἐπὶ βεβαιώσει τοῦ προτέρου τινὲς ὑπεξέθεντο· μέχρις οὗ τῆς μακρᾶς κατισχυσάσης ἐπιμονῆς, ὡς B μαρτυρεῖ Ἀδριανὸς ὁ πάππας ἐν τῇ β' τῆς ἑβδόμης συνόδου πράξει πρὸς τοὺς βασιλέας γράφων, ὁ Κωνσταντινουπόλεως θρόνος τὴν δευτέραν ἐκληρώσατο τάξιν, ὑποβιβάσας δηλαδὴ ἑαυτῷ τοὺς λοιποὺς τῶν ἀνατολικῶν θρόνους, καὶ μετακινήσας τὰ ὅρια, ἃ ἔθεντο οἱ ἀπόστολοι καὶ ἡ πρώτη σύνοδος. Κατέπραξε δὲ τουτί, φησὶν Ἀδριανὸς, τῇ αὐθεντίᾳ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τὸ δεύτερος εἶναι λαβών.

Εἰ δὲ Μάρκος μὲν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, καὶ Εὐόδιος ἐν Ἀντιοχείᾳ, ὥς φησιν Εὐσέβιος ἐν τῷ β' καὶ γ' τῆς *Ἱστορίας*, καὶ Ἰγνάτιος ὁ θεοφόρος ἐν τῇ πρὸς Ἀντιοχεῖς ἐπιστολῇ, τοὺς πατριαρχικοὺς ἐκόσμησαν θρόνους τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ Πέτρου· ὥστε λέγειν τὸν ἐν ἁγίοις Γρηγόριον τὸν Διάλογον ἐν τῇ ρα' ἐπιστολῇ C πρὸς Εὐλόγιον Ἀλεξανδρείας, ὅτι τρεῖς ὕψωσεν ὁ Πέτρος θρόνους, καὶ εἷς τοὺς τρεῖς εἶχεν· εἶτα ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐδράξατο τῆς δευτέρας χώρας, παραγκωνισάμενος τοὺς δύο, καὶ τοῦτο βεβιασμένῃ ἐνστάσει κατεκτήσατο δι' αὐθεντίας τοῦ πάππα· πῶς οὐκ εὔδηλον τῶν ἀνατολικῶν θρόνων τὰ προνόμια ἠρτῆσθαι τῆς ἐξουσίας τοῦ πάππα; Καὶ πῶς οὐκ εὔδηλον, ὅτι Πέτρου τὸν Ἀλεξανδρείας δεύτερον, καὶ τρίτον καταστήσαντος τὸν Ἀντιοχείας, ἔπειτα τοῦ πάππα νομοθετήσαντος δεύτερον τὸν Κωνσταντινουπόλεως, ἴσην ἔχει ὁ Πέτρος καὶ οἱ διάδοχοι τὴν ἐξουσίαν κατά γε τὸ ποιμαίνειν, καὶ κυβερνᾷν, καὶ διατίθεσθαι τὰ τῆς Ἐκκλησίας; Εἰ γοῦν πρεσβεῖόν ἐστι τοῦ Κωνσταντινουπόλεως τὸ εἶναι δεύτερον, τοῦ Ἀλεξανδρείας τὸ τρίτον εἶναι, D τοῦ Ἀντιοχείας τὸ εἶναι τέταρτον, καὶ ταῦτα ἔχουσι παρὰ τοῦ πάππα· οὐκ ἀληθῆ λέγεις, Νεῖλε, ὅτι παρὰ τῶν Πατέρων εἴληφεν ὁ πάππας τὸ πρωτεῖον. Ἀληθὲς δὲ, ὅτι παρὰ τοῦ πάππα εἰλήφασιν οἱ Πατέρες τὰ προνόμια. Καὶ εἴπερ κατὰ σὲ, παρ' ὧν τις ἔχει τὸ πρεσβεῖον, ἐκείνων τοῖς νόμοις ὑπάγεται· οἱ δὲ ἀνατολικοὶ πατριάρχαι παρὰ τοῦ πάππα ἔχουσι τὸ πρεσβεῖον τοῦ εἶναι δεύτερον, καὶ τρίτον, καὶ τέταρτον· ἄρα κατὰ σὲ ἐπάναγκες ὑπάγονται τοῖς νόμοις τοῦ πάππα. Εἰ δὲ φαίης, οὐ παρὰ τῶν πατριαρχῶν, οὓς ἐτίμησεν ὁ πάππας, ἀλλὰ παρὰ συνόδων οἰκουμενικῶν εἶναι τὸ πρεσβεῖον τοῦ

Patres secundæ synodi ediderant canonem, ut Constantinopolitanus haberet honoris prærogativam post Romanum. Attamen Theophilus Alexandrinus vindicabat sibi consecrationem episcopi Constantinopolitani (1), et Dioscorus Alexandrinus consecravit Anatolium Constantinopolitanum. Ex quo manifestum est, canonem illum, si factus est, nullum robur habuisse. Quapropter legati papæ actione XVI quartæ synodi immerito illum proferri aiebant, et Leo, tunc temporis papa, et successores ejus nunquam ut legitimum susceperunt, quemadmodum et vicesimum octavum quartæ synodi, suppositum a quibusdam ad confirmandum priorem illum, donec, longa prævalente instantia, ut Adrianus papa testatur actione II septimæ synodi scribens ad imperatores, Constantinopolitana sedes locum obtinuit secundum, nimirum inferiores se constituens cæteras Orientis patriarchales sedes, et transferens terminos, quos statuerunt apostoli et prima synodus. Hæc autem, ut Adrianus papa inquit, sedis apostolicæ auctoritate habuit, ut jam illius beneficio esset secunda.

Si ergo Marcus quidem Alexandriæ, et Evodius Antiochiæ, ut inquit Eusebius lib. II et III *Historiæ*, et sanctus Ignatius martyr in epist. ad Antiochenos, patriarchalibus præsedere sedibus auctoritate Petri; ut plane sanctus Gregorius magnus epist. 101, ad Eulogium Alexandrinum dicat tres a Petro sedes fuisse sublimatas et unum tres habuisse; deinde Constantinopolitanus, extrusis illis, secundus est habitus, et hoc assidua instantia consecutus per auctoritatem papæ, an non manifestum est privilegia Orientalium sedium pendere ab auctoritate papæ? An non manifestum est, quod Petro constituente secundum Alexandrinum, Antiochenum tertium, papa vero postmodum concedente ut secundus esset Constantinopolitanus, parem habet Petrus et successores potestatem in pascendo, gubernando et instituendo ecclesiastico ordine? Itaque si prærogativa Constantinopolitani est esse secundum, et Alexandrini esse tertium, et Antiocheni esse quartum, et hæc habent a papa, non est verum quod ais, papam a Patribus habuisse primatum; sed contra, patres habuisse a papa privilegia, et si per te, a quibus quisque honores sumit, legibus illorum est subditus; Orientales vero patriarchæ habent honores a papa, ut secundum, tertium, et quartum obtineant locum; certe etiam papæ legibus necessario per te subduntur. Si dicas non esse primatum papæ a patriarchis, quos honoravit papa, sed ab œcumenicis conciliis, dicis quæ nullo modo constant. Prima synodus in sexto canone præcipit, antiquos observari mores, et vetusta Ecclesiarum privilegia non turbari. Si ergo papa primatum habebat

(1) Ex Vita Chrysostomi.

ante Nicænam synodum, ut expresse fatetur et ipsa in hoc eodem canone recitato a Romanis actione XVI quartæ synodi, quomodo primatu honoratus est a conciliis generalibus? Non itaque contemnit Patres papa, quia legibus illorum non subditur; nam si subderetur, evangelico non obtemperaret dicto, quo jussus est Petrus pascere, non pasci, et custos esse vineæ, non custodibus subesse, et medicus esse valetudinem largiens Ecclesiæ membris, non ipse sanari juxta synodorum sententias. Tu vero quando transgressorem vocas papam, quia leges quas posuit non observat, accipis ut confessum quod placet, quasi vero quinisextæ pseudocanones firmati essent auctoritate papæ. Ubi ergo damnat se ipsum papa, dum damnat quæ nunquam probavit? Ita nec papam ostendisti legitime judicatum et damnatum in causa dogmatum, nec in aliis Patrum judicio subjectum. Quare id etiam quod subdis tanquam demonstratum, nullam habet veritatis umbram; nimirum, si papa non subditur Patrum legibus, per hoc fieri ut ab ipso contemnantur.

A πάππα, ἀπίθανα λέγεις καὶ ἀμήχανα. Ὅτι τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατεῖν βούλεται ἡ πρώτη σύνοδος, καὶ σώζεσθαι τὰ πρεσβεῖα ταῖς Ἐκκλησίαις κατὰ τὴν παλαιὰν συνήθειαν. Εἰ δὲ πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ πρώτης συνόδου ὁ πάππας εἶχε τὰ πρωτεῖα, πῶς τὸ πρεσβεῖον εἴληφε παρὰ συνόδων οἰκουμενικῶν; Οὐκ ἐξουθενεῖ τοίνυν τοὺς Πατέρας ὁ πάππας, τοῖς ἐκείνων νόμοις μὴ ὑπαγόμενος· εἰ γὰρ ὑπήγετο τοῖς ἐκείνων νόμοις, ἦν ἂν παραβάτης τῆς εὐαγγελικῆς θεσμοθεσίας, δι' ἧς ποιμαίνειν τῷ Πέτρῳ προστέτακται, οὐ ποιμαίνεσθαι, καὶ φύλαξ εἶναι τῆς ἀμπέλου, οὐ φυλάσσεσθαι, καὶ ἰατρὸς τὴν ῥῶσιν χαριζόμενος τοῖς μέλεσι τῆς Ἐκκλησίας, οὐχ ὑγιάζεσθαι κατὰ τὰς συνοδικὰς ἀποφάσεις. Σὺ δὲ ὅτε λέγεις παραβάτην τὸν πάππαν, ὅτι τοὺς νόμους
B οὓς ἔθετο οὐ φυλάττει, λαμβάνεις τὸ σοὶ δοκοῦν ὡς ὁμολογούμενον· ὥσπερ εἰ κυρωθέντες ἦσαν τῇ ἐξουσίᾳ τοῦ πάππα οἱ ψευδοκανόνες τῆς πενθέκτης. Ποῦ τοίνυν ἀθετεῖ ἑαυτὸν ὁ πάππας διὰ τὸ ἀθετεῖν ἃ μηδέποτε ἐδοκίμασεν; Οὔτε γοῦν ἔδειξας τὸν πάππαν ἐν τοῖς δόγμασιν εὐθυνόμενον κανονικῶς καὶ ἐνθέσμως, οὔτε ἐν τοῖς ἄλλοις παρὰ τῶν Πατέρων κρινόμενον. Ὅθεν οὐδ' ὃ ἐπιφέρεις ὡς ἀποδειχθὲν, ἔχει σκιὰν ἡντιναοῦν ἀληθείας· ὅτι τοῖς παρὰ τῶν Πατέρων κειμένοις νόμοις μὴ ὑπαγόμενος ὁ πάππας διαγράφει τοσούτους Πατέρας.

NILUS. (Cap. XIX.)

« Dicere autem, papam non esse certi loci episcopum, sed absolute episcopum, quomodo non sit cum valde manifestis pugnare? Primo enim ostensum supra est, illum et cæteros episcopos esse ejusdem ordinis; deinde in cunctis œcumenicis conciliis Romæ episcopus vocatur. Si vero quia in suis litteris non se Romæ episcopum, sed absolute episcopum scribit, habeat propterea hoc idem et Cyrillus; is enim alicubi absolute ita inscribitur, *Cyrillo episcopo* (1); et multo magis hoc Cyrillus habeat, quod et ab aliis hoc illi datur. Similiter si quis episcopus, quando scribit, non addat episcopi titulum, hic ne episcopus quidem esto; sed si solum se episcopum vocet, certi loci limites fugiat, et sit universalis orbis terrarum episcopus; si vero et hoc supprimat, hic ne episcopus quidem esto. Et quomodo hæc non sint ænigmati similia? »

ΝΕΙΛΟΣ.

« Τὸ δὲ λέγειν μὴ εἶναι τὸν πάππαν ἐπίσκοπον ἀφωρισμένως, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπίσκοπον, πῶς οὐ σφόδρα τοῖς φανεροῖς ἀντιλέγειν ἐστί; Πρῶτον μὲν γὰρ
C δέδεικται ἀνωτέρω ὁμοταγῆ τοῦτον εἶναι τοῖς ἄλλοις τῶν ἐπισκόπων· ἔπειτα ἐν πάσαις ταῖς οἰκουμενικαῖς τῶν συνόδων Ῥώμης ἐπίσκοπος ὀνομάζεται. Εἰ δὲ ὅτι ἐν οἷς αὐτὸς ἐπιστέλλει, οὐ Ῥώμης ἐπίσκοπον, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπίσκοπον ἑαυτὸν ὀνομάζει, ἐχέτω τὰ ἴσα διὰ ταῦτα καὶ Κύριλλος· ἔστι γὰρ ὅπου ἁπλῶς ἐπιγράφεται, *Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ*· καὶ πολλῷ πλέον ἐκεῖνο, ὅσῳ καὶ παρ' ἄλλων τὰ τοιαῦτα ἀκούει. Οὐ μὴν ἀλλ' εἰ καί τις ἐπίσκοπος ἐν οἷς γράφει, οὐ προστίθησι τὸ τοῦ ἐπισκόπου ὄνομα, μηδὲ ἐπίσκοπος ἔστω λοιπόν· ἀλλ' ἂν μὲν γράφῃ ἐπίσκοπος μόνον, φευγέτω τὴν περιγραφὴν, καὶ καθολικὸς τῆς οἰκουμένης ἐπίσκοπος ἔστω· ἂν δὲ καὶ τοῦτο ἀφῇ, καὶ ὑπὸ τὸν τοιοῦτον ἔστω. Καὶ πῶς οὐ ταῦτα αἰνίγματι παραπλήσια; »

CONFUTATIO.

Si cum manifestis pugnare est, sentire et loqui de primatu papæ quæcunque supra dicta sunt, quod et Romæ episcopus, et episcopus universalis, impletum in te illud est: *Væ ponentes tenebras lucem, et lucem tenebras; sapientes in oculis vestris, et coram vobismetipsis prudentes*[1]. Namque juxta tuam doctrinam hæc duo pugnant inter se, esse Romæ episcopum et episcopum universalem. Non ita res habet. Norat Athanasius se episcopum Alexandrinum, et Julium Romanum, ascendit tamen vocatus Romam ad Julium episcopum, et ra-

D

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ τοῖς φανεροῖς ἀντιλέγειν ἐστὶ τὸ περὶ τῆς τοῦ πάππα ἀρχῆς φρονεῖν καὶ λέγειν, ὅσα εἴρηται ἀνωτέρω, ὅτι καὶ Ῥώμης ἐπίσκοπος, καὶ οἰκουμενικὸς ἐπίσκοπος, πεπλήρωται ἐπὶ σοὶ τὸ ῥητὸν ἐκεῖνο, *Οὐαὶ οἱ τιθέντες τὸ σκότος φῶς, καὶ τὸ φῶς σκότος· οἱ συνετοὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐνώπιον αὐτῶν ἐπιστήμονες*. Κατὰ γὰρ τὴν σὴν ἐπιστήμην τὸ εἶναι Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ οἰκουμενικὸν ἐπίσκοπον, πρὸς ἄλληλα μάχεται. Ἀλλ' ὦ γενναῖε, οὐχ οὕτως ἔχει. Ἤδει καὶ Ἀθανάσιος Ἰούλιον ἐπίσκοπον ὄντα Ῥώμης, καὶ ἑαυτὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον

[1] Isa. v, 20, 21.

(1) I part. conc. Ephes., cap. 52.

ἀλλ' ὅμως ἀνῆλθεν κληθεὶς εἰς Ῥώμην πρὸς Ἰούλιον, καὶ ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἀπελογήσατο. Καὶ ὁ πάππας πρὸς τοὺς ἐν Ἀντιοχείᾳ κατηγόρους τοῦ Ἀθανασίου γράφων, πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα λέγει μαρτυροῦντα αὐτῷ τὴν ἐπὶ τοὺς ἀνατολικοὺς ἐξουσίαν. ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις καὶ ταῦτα πρὸς τῷ τέλει· « Εἰ γὰρ καὶ ὅλως, ὡς φατὲ, γέγονέ τι ἁμάρτημα, ἔδει κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα, καὶ μὴ οὕτως γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν· ἔδει γραφῆναι πᾶσιν ἡμῖν, ἵν' οὕτως παρὰ πάντων ὁρισθῇ τὸ δίκαιον. Ἐπίσκοποι γὰρ ἦσαν οἱ πάσχοντες, καὶ οὐχ αἱ τυχοῦσαι ἐκκλησίαι αἱ πάσχουσαι, ἀλλ' ὧν αὐτοὶ οἱ ἀπόστολοι δι' ἑαυτῶν καθηγήσαντο. Διὰ τί δὲ περὶ τῆς Ἀλεξανδρέων πόλεως μάλιστα οὐκ ἐγράφετε ἡμῖν; Ἢ ἀγνοεῖτε, ὅτι τοῦτο ἔθος ἦν, πρότερον γράφεσθαι ἡμῖν, καὶ οὕτως ἔνθεν ὁρίζεσθαι τὰ δίκαια; Εἰ μὲν οὖν τι τοιοῦτον ἦν ὑποπτευθὲν εἰς τὸν ἐπίσκοπον τὸν ἐκεῖ, ἔδει πρὸς τὴν ἐνταῦθα Ἐκκλησίαν γραφῆναι. » Εἶτα· « Ἃ γὰρ παρειλήφαμεν παρὰ τοῦ μακαρίου Πέτρου τοῦ ἀποστόλου, ταῦτα καὶ ὑμῖν δηλῶ· καὶ οὐκ ἂν ἔγραψα, φανερὰ ἡγούμενος εἶναι ταῦτα παρὰ πᾶσιν, εἰ μὴ τὰ γενόμενα ἡμᾶς ἐτάραξεν. »

Εἴπερ διδασκαλία τοῦ ἀποστόλου Πέτρου ἐστὶ γράφεσθαι τῷ ἐπισκόπῳ Ῥώμης, ἵν' ἐκεῖθεν ὁρίζωνται τὰ δίκαια, ὥς φησιν ἡ ἐπιστολὴ, ἣν ὑπὲρ ἑαυτοῦ φέρει ὁ μέγας Ἀθανάσιος, ἀνάγκη πᾶσα τὸν πάππαν εἶναι καὶ ἐπίσκοπον Ῥώμης ὡρισμένως, καὶ ἁπλῶς οἰκουμενικὸν ἐπίσκοπον. Ἤδει Κύριλλος τὸν Κελεστῖνον Ῥώμης ἐπίσκοπον, καὶ ἑαυτὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον· ἀλλ' οὐ θαῤῥεῖ χωρὶς τοῦ πάππα ἀποστῆναι τῆς Νεστορίου κοινωνίας· ᾔδει πᾶσα ἡ τρίτη σύνοδος τὸν πάππαν Ῥώμης ἐπίσκοπον, ἀλλ' ἐπικαλεῖται κατὰ τῶν ἀποσχιστῶν τοῦ πάππα τὴν ἀγανάκτησιν, ἵνα σωφρονισθῶσιν ὑπὸ τοῦ πάππα. Τί δεῖ πολλὰ λέγειν; Ἀρκούντως περὶ τούτου ἐν τοῖς κατόπιν εἴρηται, καὶ πλήρη τὰ Πρακτικὰ τῶν συνόδων. Τοῦτο γοῦν ἀπαρνεῖσθαι τοῖς φανεροῖς ἀντιλέγειν ἐστί· καὶ τὸ καλεῖν τὸν πάππαν ὁμοταγῆ τοῖς ἄλλοις τῶν ἐπισκόπων ψευδομένους ἐστὶν ἀποφαίνεσθαι τοὺς τῶν ἁγίων συνόδων Πατέρας, οἵτινες τὴν ὑπεροχὴν τοῦ πάππα τοσούτῳ πλήθει προσωνυμιῶν ἐπευφήμησαν. Πῶς ἂν ταῦτα Κυρίλλῳ, ἢ ᾡτινιοῦν ἐπισκόπῳ προσάψαι τις; Εἰ γὰρ ἐφαίνετο ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῶν συνόδων ἕτερός τις ἐπίσκοπος καὶ οἰκεῖον ἔχων ἀφωρισμένως θρόνον, καὶ ἐπὶ πᾶν τὸ σῶμα τῆς Ἐκκλησίας αὐθεντίαν ἐπιδεικνύμενος, ἠκολούθει ἂν ἃ ἐπιφέρεις ἄτοπα· νῦν δὲ τοιούτου ὄντος μόνου τοῦ πάππα, τί χρὴ ἐπιφέρειν τὰ ἀναρμόστως ἔχοντα, ὅτι παρασιωπῶν τις ἐπίσκοπος τὸ ἑαυτοῦ ἀξίωμα, οὐκ ἂν εἴη ἐπίσκοπος; Εἰ δὲ ἁπλῶς ἐπίσκοπον ἑαυτὸν ἐπιγράφοι, καθολικὸς ἂν εἴη τῆς οἰκουμένης ἐπίσκοπος. Οὐ γὰρ ἐκ τῆς προσηγορίας τεθείσης ἢ μὴ προστεθείσης ἐστὶν ἢ μή ἐστι τοιοῦτος ὁ περὶ οὗ ὁ λόγος· οὐδ' ἐκ τῶν λόγων ἐστὶ τὰ πράγματα, ἀλλ' ἐκ τῶν πραγμάτων οἱ λόγοι. Καὶ Κύριλλος οὖν καὶ ὁστισοῦν ἐπίσκοπος, ἂν μὴ προσθῇ τὸ τίνος, οὐχ

A tionem de se reddidit. Et papa scribens ad Antiochenos accusatores Athanasii, multa dicit et magni ponderis, quæ testantur jurisdictionem ejus in Orientales; inter alia vero ad finem hæc (1): « Nam si omnino, ut dicitis, aliquid peccatum est, oportebat secundum canonem ecclesiasticum, et non ita fieri judicium; oportebat ad nos omnes scribi, ut quod justum est decerneretur ab omnibus: episcopi enim erant qui patiebantur, et principales Ecclesiæ quæ patiebantur, quibus ipsi per sese apostoli præfuerunt. Cur vero de Alexandrina potissimum civitate non scripsistis ad nos? An nescitis hunc morem fuisse, ut prius scribatur ad nos, atque ita hinc definiantur quæ justa sunt? Si talis igitur erat suspicio de episcopo illius ur-
B bis, scribendum erat ad hanc Ecclesiam. » Deinde: « Quæ enim accepimus a B. apostolo Petro, ea vobis significo, nec certe scripsissem, quæ omnibus manifesta esse arbitror, nisi nos turbassent, quæ gesta sunt. »

Si tradita est ab apostolo Petro hæc institutio, ut scribatur episcopo Romano, et definiantur inde quæ justa sunt, ut epistola inquit quam pro se affert magnus Athanasius, omnino necesse est, papam et Romæ esse ut certi loci episcopum, et absolute episcopum œcumenicum. Sciebat Cyrillus Cœlestinum Romæ esse episcopum, non tamen
C audet citra obtentam a papa licentiam abdicare se Nestorii communione; sciebat universa tertia synodus papam esse Romæ episcopum, implorat tamen contra schismaticos indignationem papæ, ut per eam castigarentur. Quid multa? satis hac de re dictum, et plena sunt acta synodorum. Hoc igitur abnegare cum manifestis pugnare est; et asserere, papam cum cæteris episcopis esse ejusdem in jurisdictione ordinis, est mentientes facere Patres conciliorum, qui tam variis titulis papæ excellentiam celebrarunt. Hæc autem Cyrillo, aut cuivis episcopo quomodo conveniant? Si enim legeretur in actis synodorum esse aliquem alium episcopum qui et suam privatam haberet
D sedem, et in totum Ecclesiæ corpus auctoritatem exerceret, sequerentur absurda quæ infers; nunc vero, cum talis episcopus sit solus papa, quid opus est inferre quæ minime congruunt? Quod si quis episcopus supprimat nomen dignitatis, non sit episcopus; si vero simpliciter episcopum se inscribat, universalis sit orbis terrarum episcopus? Non enim ex appellatione posita, vel non posita est vel non est talis qui scribit; nec res ex vocibus sunt, sed voces e rebus. Itaque sive Cyrillus, sive quicunque alius episcopus, si forte non addiderit cujus loci sit episcopus, nunquam erit universalis; et papa sive simpliciter, sive Romæ episcopus dicatur, semper habet quod sit Petri

(1) Athan. Apol. II, 1, ad Rom. synod.

successor, hoc est et Romæ et totius orbis episcopus.

NILUS (Cap. XX).

« Sed neque sola, ut aiunt, Romana sedes habet, ut vocetur apostolica. Constat ex undecima sextæ synodi actione, ubi legitur : « Constantinus, religiosissimus archidiaconus hujus sanctæ Dei catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, » hoc est Constantinopolitanæ. Similiter actionibus VI et VII sedes quæque principalis vocatur apostolica. Ut si quis quæ justa sunt disceptare velit, vel omnes propter hæc æquali dignas honore censere debeat cum Romana sede, vel nec Romana sedes propter hoc superemineat cæteras, dum non licet commune in privatum transire. »

CONFUTATIO.

Si in actis synodorum non esset obvia et appellationis communio, et simul differentia, haberent aliquam tua dicta excusationem; sed si multo magis elucet in illis differentia quam communitas, cur in tanta luce caligas? Nunquam reperies orientales sedes vocari apostolicas absque additamento, sed cum distinctione et diminutione. Quin imo in vetustioribus conciliis nequaquam sibi arrogabant apostolici titulum; sola enim Romana sedes vocatur apostolica in tertia synodo. Certe secunda ejus actione Cyrillus simpliciter Alexandrinus, Juvenalis Hierosolymitanus; Arcadius, et Projectus, et Philippus apostolicæ sedis vocantur legati; et hoc deinceps in illa synodo reperies, nimirum solos papæ legatos sedis apostolicæ dictos, sedium vero orientalium inscriptos simpliciter. In quarta synodo pariter orientales sedes nude proferuntur, legati autem papæ apostolici titulo passim exprimuntur. Itaque actione prima in ipso exordio : « Paschasinus, inquit, sedis apostolicæ legatus, dixit : Beatissimi et apostolici episcopi Romæ, qui est omnium Ecclesiarum caput, mandata habemus, etc. » Nec facile numeraveris in quarta synodo hujus tituli repetitionem. In sexta quoque synodo, actione I, Orientales simpliciter scriptos reperies, Romanos vero ita : « Theodorus, et Georgius et Joannes tenentes locum sancti papæ sedis apostolicæ senioris Romæ; » et hoc deinceps observatum usque ad actionem undecimam, in qua post enumerationem episcoporum habetur in Græco quod citas, « Constantinus, religiosissimus archidiaconus hujus sanctissimæ Dei catholicæ et apostolicæ magnæ Ecclesiæ. » Et locum non examinatum arripis, ut suffragetur tibi. Nec animadvertis, aliud esse sedem apostolicam, et aliud Ecclesiam apostolicam; quam necesse est unam esse ubique diffusam, sedem vero apostolicam esse Constantinopolitanam, nec ipsi unquam dicere, aut eo titulo se subscribere ausi sunt, qui se patriarchas œcumenicos nullo jure appellant.

ἕξει ποτὲ τὸ καθολικὸς εἶναι. Καὶ ὁ πάππας εἴτε ἁπλῶς εἴτε Ῥώμης καλούμενος ἐπίσκοπος, οὐδέποτε ἀπόλλυσι τὸ Πέτρου εἶναι διάδοχος, δηλονότι καὶ Ῥώμης καὶ οἰκουμενικὸς ἐπίσκοπος.

ΝΕΙΛΟΣ.

Ἀλλ' οὐδ' ὥς φασι, μόνος ὁ τῆς Ῥώμης θρόνος ἔχει τὸ ἀποστολικὸς ὀνομάζεσθαι· Δῆλον ἐκ τῆς ια' πράξεως τῆς ϛ' συνόδου. « Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ἀρχιδιάκονος τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτη τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, » δηλαδὴ Κωνσταντινουπόλεως. Ὁμοίως δὲ ἐν τῇ ϛ' καὶ ἐν τῇ ζ' ἕκαστος τῶν καθολικῶν θρόνων ἀποστολικὸς ὀνομάζεται· ὥστε εἴ τις ἐθέλοι τὰ δίκαια λογίζεσθαι, ἢ καὶ πάντας διὰ ταῦτα τῶν ἴσων ἀξιώσει τῷ Ῥώμης θρόνῳ· ἢ μηδὲ ὁ τῆς Ῥώμης θρόνος διὰ ταῦτα τὸ ἐξαίρετον κατὰ τῶν ἄλλων ἐχέτω, ἕως ἂν τὸ κοινὸν ἴδιον γενέσθαι χώραν οὐκ ἔχῃ. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ μὲν ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῶν συνόδων μὴ ἦν τὸ κοινὸν τῆς προσηγορίας κατιδεῖν ὁμοῦ καὶ τὸ διάφορον, εἶχες ἂν εὐλογοφανῆ τῶν σῶν λόγων αἰτίαν· εἰ δὲ ἐν ἐκείνοις πολλῷ μᾶλλον λάμπει τὸ διάφορον ἢ τὸ κοινὸν, πόθεν, ὦ θαυμάσιε, τὴν τοσαύτην πέπονθας ἀβλεψίαν; Οὐδέποτε τοὺς ἀνατολικοὺς ὄψει θρόνους καλουμένους χωρὶς προσθήκης ἀποστολικοὺς, ἀλλὰ μετὰ διαστολῆς καὶ ὑφέσεως. Ἀλλ' οὐδὲ ἀποστολικοὶ ὅλως ἐπεγράφοντο ἐν ταῖς ἀρχαιοτάταις τῶν συνόδων· μόνος γὰρ ὁ τῆς Ῥώμης θρόνος ἀποστολικὸς ἐν τῇ τρίτῃ καλεῖται συνόδῳ. Κατὰ γοῦν τὴν δευτέραν πρᾶξιν Κύριλλος ἁπλῶς Ἀλεξανδρείας, Ἰουβενάλιος Ἱερουσολύμων· Ἀρκάδιος δὲ, καὶ Προϊεκτος, καὶ Φίλιππος τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου καλοῦνται ληγάτοι· καὶ τοῦτο καθεξῆς εὑρήσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ συνόδῳ, μόνους δηλαδὴ πάππα τοὺς ληγάτους ἐπιγραφομένους τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας, τοὺς δὲ ἀνατολικοὺς θρόνους ψιλῶς ἐκφερομένους. Παραπλησίως κἀν τῇ τετάρτῃ οἱ ἀνατολικοὶ θρόνοι γυμνῶς ἐκφέρονται, οἱ δὲ τοῦ πάππα ληγάτοι τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ προσηγορίαν ἔχουσιν ἄνω καὶ κάτω συμπλεκομένην. Εὐθὺς οὖν ἐν τῇ πρώτῃ πράξει, « Πασχασῖνος, φησὶ, φύλαξ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ἔφη· Τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ ἐπισκόπου τῆς Ῥωμαίων πόλεως, κεφαλῆς ὑπάρχοντος πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν, προστάξεις ἔχομεν, » καὶ τὰ ἑξῆς. Καὶ ὅλως οὐκ ἔστιν εὐαρίθμητα ἐν τῇ δ' συνόδῳ τὰ τοιαῦτα. Εἶτα κατὰ τὴν ϛ' σύνοδον ἐν μὲν τῇ πρώτῃ πράξει εὑρήσεις τοὺς ἀνατολικοὺς ἁπλῶς μνημονευομένους· τοὺς δὲ, ἀπὸ Ῥώμης οὕτω· « Θεόδωρος καὶ Γεώργιος καὶ Ἰωάννης οἱ τὸν τόπον ἐπέχοντες τοῦ ἁγιωτάτου πάππα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης· » καὶ τοῦτ' αὐτὸ ἐφεξῆς φυλαττόμενον μέχρι τῆς ια' πράξεως, ἐν ᾗ μετὰ τὴν ἀπαρίθμησιν τῶν ἐπισκόπων κεῖται ἑλληνιστὶ, ὃ προφέρεις, « Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος ἀρχιδιάκονος τῆς ἐνταῦθα ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. » Καὶ συναρπάζεις τὸ χωρίον ἀνεξετάστως εἰς μαρτύριον, οὐ συννοῶν, ὅτι ἄλλο θρόνος ἀποστο-

λικὸς, καὶ ἄλλο ἀποστολικὴ Ἐκκλησία, ἣν μίαν εἶναι ἀνάγκη ἁπανταχοῦ διεσπαρμένην· θρόνον δὲ ἀποστολικὸν εἶναι τὸν Κωνσταντινουπόλεως οὔτ' αὐτοί ποτε εἰπεῖν ἢ καθυπογράψαι ἐτόλμησαν οἱ παρανόμως ἑαυτοὺς ἐπιφημίσαντες οἰκουμενικοὺς πατριάρχας. Καὶ γοῦν ὁ μακάριος Λέων ὁ πάππας Μαρκιανῷ τῷ Αὐγούστῳ περὶ Ἀνατολίου γράφων τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ μεμφόμενος τ ἀνδρὸς τὸ ὑπέρμετρον, « Ἀρκείτω, φησὶν, Ἀνατολίῳ, ὅτι βοηθούσης τῆς ὑμετέρας εὐσεβείας, καὶ συγκαταθεμένης τῆς ἐμῆς σπουδῆς γέγονε πόλεως τηλικαύτης ἐπίσκοπος· μὴ δὴ ἀπαξιούτω τὴν βασιλίδα πόλιν, ἣν οὐ δύναται ἀποστολικὸν θρόνον ποιῆσαι. » Ὅθεν καὶ ἡ μάταιος ἐλέγχεται φιλοτιμία τῶν λεγόντων, ὅτι πρῶτος Βυζαντίου ἐπίσκοπος ὁ πρωτόκλητος Ἀνδρέας. Εἰ γὰρ τοῦτο ἦν, πῶς οἱ Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοποι τῆς τοῦ ἀποστολικοῦ προσηγορίας οὐ κατετρύφων ἐν ταῖς οἰκουμενικαῖς συνόδοις; καὶ διατί τοσούτους ἀγῶνας ἠγωνίσαντο, τῶν ἄλλων πατριαρχῶν ὑπερκύψαι φιλοτιμούμενοι.

A Itaque S. Leo papa scribens Marciano Augusto de Anatolio Constantinopolitano et reprehendens immoderatum hominis studium, « Satis, inquit, sit prædicto, quod vestræ pietatis auxilio et mei favoris assensu episcopatum tantæ urbis obtinuit. Non dedignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere sedem. » Ex quo etiam refellitur inanis ambitio dicentium, primum Byzantii episcopum fuisse Andream apostolum. Nam si hoc esset, cur episcopi Constantinopolitani in conciliis œcumenicis apostolici titulum sibi frequentissime non arrogarunt? cur vero tot labores susceperunt, cupientes sese attollere supra cæteros patriarchas?

Τί δὲ, ὅτι καὶ αὐτὸ τοῦτο τὸ χωρίον, ὃ προφέρεις ἐκ τῆς ιαʹ πράξεως τῆς ϛʹ συνόδου, φανερῶς προσθήκην πέπονθε τῆς λέξεως ἐκείνης, *ἀποστολικῆς*; Ὁ γὰρ ἀρχαῖος ἑρμηνεὺς οὕτω Λατινικῶς μετήνεγκεν· « Κωνσταντῖνος ὁ θεοσεβέστατος διάκονος ταύτης τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. » Καὶ μή μοι λέγε, ὅτι Λατῖνος ἦν· οὔπω γὰρ ἦσαν τότε τῆς διχονοίας αἱ ὑποψίαι· καὶ μαρτυρεῖ τῇ ἀκεραιότητι τοῦ Λατίνου ἑρμηνέως ἡ τῶν πραγμάτων ἀλήθεια. Οὐ γὰρ ἂν εὕροις ἐν τοῖς Πρακτικοῖς τῶν συνόδων πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως ἀποστολικὸν ἐπιγραφόμενον, τοὺς δὲ τοποτηρητὰς τοῦ πάπα καὶ κατ' αὐτὴν ταύτην τὴν ιαʹ τῆς ϛʹ συνόδου πρᾶξιν ἀποστολικοῦ θρόνου μνημονευομένους, καὶ ἐφεξῆς μέχρι τῆς ὑπογραφῆς τοῦ ὅρου, ἐν ᾗ Πέτρος ὑπογέγραπται τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου τῆς Ἀλεξανδρέων, καὶ Γεώργιος ἐπέχων τὸν τόπον τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου Ἱεροσολύμων, μετὰ τῆς ὀφειλομένης ἀεὶ προσθήκης, ὡς εἴρηται, καὶ τοῦτο πρῶτον ἐν τῷ τέλει τῆς ϛʹ συνόδου. Ὁ δὲ Ῥώμης θρόνος ἄνωθεν καὶ ἀποστολικὸς Ῥώμης, καὶ ἀποστολικὸς κατ' ἐξαίρετον ἐπιγράφεται ἀπολύτως· τοῦτο δηλαδὴ σημαινουσῶν τῶν ἁγίων συνόδων, ὅτι καὶ Ῥώμης ἐπίσκοπος ὁ πάπας, καὶ ἐπίσκοπος ἁπάσης τῆς Ἐκκλησίας· οἱ δὲ λοιποὶ ἀποστολικοὶ θρόνοι ἀφωρισμένως εἰσὶ μόνον ἀποστολικοὶ, ἀλλ' οὐχὶ καὶ ἀπολύτως· ὅπερ καὶ ἐν τῇ ζʹ συνόδῳ προδήλως φαίνεται· ἐκεῖ γὰρ συνεχῶς ἀποστολικοὶ καλοῦνται, ὡς ἐν τῇ δευτέρᾳ πράξει· « Πέτρος καὶ Πέτρος οἱ θεοφιλέστατοι πρεσβύτεροι καὶ πρεσβευταὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας εἶπον· Λεγέτω ἡμῖν ἡ ἁγία σύνοδος, εἰ παραδέχεται τὰ γράμματα τοῦ ἁγιωτάτου πάπα. » Καὶ τοῦτ' αὐτὸ ἐσήμαινε Ταράσιος ὁ πατριάρχης ἐν τῇ πρὸς Ἀδριανὸν τὸν πάπαν ἐπιστολῇ τῇ ἐμφερομένῃ μετὰ τὰ Πρακτικὰ τῆς ζʹ συνόδου, φάσκων· « Ἡ οὖν ἀδελφικὴ ὑμῶν ἀρχιεροπρεπὴς ἁγιωσύνη ἐνθέσμως καὶ κατὰ Θεοῦ βούλησιν πρυτανεύουσα τὴν ἱεραρχικὴν ἁγιστείαν, διαβόητον ἔχει τὴν δόξαν. » Τὸ γὰρ πρυτανεύεσθαι τὴν ἱεραρχικὴν ἁγιστείαν ἀπολελυμένως παρὰ τοῦ πάππα τῆς κατὰ πᾶσαν τὴν

B Quid? quod hic ipse locus quem profers ex actione undecima sextæ synodi, manifeste additamentum passus est vocis illius *apostolicæ?* nam antiquus interpres ita Latine transtulit: « Constantinus Deo amabilis diaconus hujus sanctæ Dei Ecclesiæ. » Neque dicas interpretem fuisse Latinum, nondum enim ortæ erant suspiciones ex Orientali dissensione, probatque integritatem interpretis rei veritas. Nam in Actis synodorum nusquam videbis patriarcham Constantinopolitanum apostolici titulo insignitum; at vero legatos papæ et in ipsa sextæ synodi actione undecima ita vocatos, et deinceps usque ad subscriptiones definitionis, in qua subscriptus est Petrus apostolicæ sedis Alexandrinorum, et Georgius locum tenens C apostolicæ sedis Hierosolymorum, cum adjectione semper, ut dictum est; sed ibi primum ad finem sextæ synodi. At Romana sedes ab initio et apostolica Romæ, et absolute apostolica per excellentiam nuncupatur. Ut sanctæ synodi illud plane significent, quod papa et Romæ sit episcopus et episcopus universæ Ecclesiæ; cæteræ vero sedes apostolicæ limitata dignitate sint apostolicæ, non illimitata. Quod et in septima synodo palam est: in illa enim assidue leguntur sedes apostolicæ Orientalis diœceseos; Romana vero etiam absolute, ut actione secunda: « Petrus et Petrus Deo amabiles presbyteri et legati apostolicæ cathedræ dixerunt: Dicat nobis sancta synodus, si admittat litteras sanctissimi papæ. » Hoc innuebat Tarasius D scribens Adriano papæ his verbis: « Vestra igitur fraterna summoque sacerdotio decorata sanctitas legitime ac secundum Dei voluntatem gubernans sacrum hierarchicum ordinem, percelebrem habet gloriam. » Quod enim absolute ait hierarchicum ordinem gubernari a papa, universalem denotat Ecclesiam apostolica auctoritate gubernari, siquidem paulo ante cathedræ Petri apostoli papam vocat hæredem; et manifestum hujus rei indicium est, quod nullus unquam patriarcha vocatus est

Pater apostolicus, nisi solus papa. Septima synodo, actione II: « Petrus et Petrus Deo amabiles presbyteri et locum tenentes Adriani sanctissimi papæ Romani dixerunt: Nos ipsi acceptas ab apostolico Patre nostro hujusmodi litteras detulimus. » Et actione IV, in subscriptionibus: « Petrus miseratione divina archipresbyter sanctæ Dei catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ, et locum supplens Adriani sancti et apostolici papæ, etc. » Adeo vero communis Christianorum omnium erat mos ita nominandi papam, ut magnus Athanasius in epistola ad omnes ubique solitariam vitam agentes hæc dicat: « Nam nec ipsi Liberio episcopo Romano in primis pepercerunt, sed furorem suum usque ad ea loca extenderunt; nec ducti reverentia sunt, quod sit apostolica sedes, et Roma imperii Romani metropolis; nec recordati sunt, quod illos antea, cum ad eos scriberent, apostolicos viros vocarent. »

Ἐκκλησίαν ἀποστολικῆς διοικήσεως σημαντικόν ἐστι· φησὶ γάρ, ὅτι Πέτρου τοῦ θείου ἀποστόλου τὴν καθέδραν ἐκληρώσατο· καὶ τούτου σαφὲς τεκμήριον, ὅτι οὐδεὶς πώποτε τῶν πατριαρχῶν ἔσχε τὴν τοῦ ἀποστολικοῦ Πατρὸς ἐπωνυμίαν, εἰ μὴ μόνος ὁ πάππας· ἐν τῇ β' πράξει τῆς ζ' συνόδου, « Πέτρος καὶ Πέτρος, φησὶν, οἱ θεοφιλέστατοι πρεσβύτεροι, καὶ τὸν τόπον ἐπέχοντες Ἀδριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου πάππα Ῥώμης εἶπον· Ἡμεῖς αὐτοὶ λαβόντες παρὰ τοῦ ἀποστολικοῦ ἡμῶν Πατρὸς τὰ τοιαῦτα γράμματα ἠγάγομεν· » καὶ ἐν τῇ δ' πράξει ἐν ταῖς ὑπογραφαῖς· « Πέτρος ἐλέῳ Θεοῦ ἀρχιπρεσβύτερος τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, καὶ τὸν τόπον ἀναπληρῶν Ἀδριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ ἀποστολικοῦ πάππα, » καὶ τὰ ἑξῆς. Οὕτω δὲ κοινὸν ἦν τοῖς πᾶσι καλεῖν τῇ ὀνομασίᾳ ταύτῃ τὸν πάππαν, ὡς καὶ τὸν μέγαν Ἀθανάσιον ἐν τῇ ἐπιστολῇ τοῖς ἁπανταχοῦ τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦσι, λέγειν· « Καὶ γὰρ οὐδὲ Λιβερίου τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης κατὰ τὴν ἀρχὴν ἐφείσαντο, ἀλλὰ καὶ μέχρι τῶν ἐκεῖ τὴν μανίαν ἐξέτεινον· καὶ οὐχ ὅτι ἀποστολικός ἐστι θρόνος ᾐδέσθησαν, οὐδ' ὅτι μητρόπολις ἡ Ῥώμη τῆς Ῥωμαίων ἐστὶν εὐλαβήθησαν· οὐδ' ὅτι πρότερον ἀποστολικοὺς ἄνδρας γράφοντες εἰρήκασιν, ἐμνημόνευσαν. »

Itaque cum tanta sit differentia, qua tribuitur apostolici appellatio Orientalibus et papæ, cur dicis vel omnes æqualis esse debere dignitatis cum Romana sede, vel nec Romanam sedem excellere, dum fieri non potest ut commune transeat in privatum? Quænam communitas, si solus olim papa hoc habebat, deinde aliis vix tandem commune factum, aliter papæ, aliter patriarchis tribuitur? Cæterum in hoc aliqua apparet convenientia; quod vero Constantinopolitanus œcumenicum se inscribat, quæ ratio, quæ convenientia? An quia Constantinopolis nova Roma? At Leo papa scribens ad Marcianum Augustum clamabat: « Habeat sicut optamus, Constantinopolitana civitas gloriam suam; alia tamen ratio est rerum sæcularium, alia divinarum. Nec præter illam petram quam Dominus in fundamento posuit, stabilis erit ulla constructio. Propria perdit, qui indebita concupiscit. » Alia est, inquit, ratio sæcularium, alia divinorum. Itaque argumentum illud non valet: Honorata fuit Constantinopolis imperio et senatu, habeat ergo cum seniore Roma æqualia privilegia. Non enim fundatur senioris Romæ primatus imperio et senatu, ut inquit B. Leo, sed illa petra quam Dominus in fundamento posuit.

Ὥστε τοσαύτης οὔσης τῆς διαφορᾶς, καθ' ἣν ἡ τοῦ ἀποστολικοῦ προσηγορία καὶ τοῖς ἀνατολικοῖς ἀπονέμεται καὶ τῷ πάππᾳ, πῶς λέγεις, ὅτι ἢ πάντας δεῖ ἀξιοῦσθαι τῶν ἴσων τῷ Ῥώμης θρόνῳ, ἢ μηδὲ τὸν Ῥώμης θρόνον ἔχειν τὸ ἐξαίρετον, ἕως ἂν τὸ κοινὸν ἴδιον γενέσθαι χώραν οὐκ ἔχῃ; Ποία κοινότης, εἰ μόνος εἶχε πάλαι τοῦτο ὁ πάππας, εἶτα ὀψὲ καὶ μόγις κοινωθὲν ἄλλως ἀποδίδοται τῷ πάππᾳ, καὶ ἄλλως τοῖς πατριάρχαις; Καὶ τοῦτο μὲν ὅλως γέγονε κατά τινα φαινομένην ἀκολουθίαν· πόθεν δὲ καὶ ἐκ ποίας ἀκολουθίας ἑαυτῷ προσήρπασε τὴν τοῦ οἰκουμενικοῦ ἐπιγραφὴν ὁ Κωνσταντινουπόλεως; Διὰ τὸ εἶναι τὴν Κωνσταντινούπολιν νέαν Ῥώμην; Ἀλλ' ἐβόα Λέων ὁ πάππας Μαρκιανῷ τῷ Αὐγούστῳ ἐπιστέλλων· « Ἐχέτω, ὃ ποθοῦμεν, ἡ Κωνσταντινούπολις τὴν ἑαυτῆς δόξαν· ἀλλ' ἕτερος λόγος ἐστὶ τῶν κοσμικῶν, καὶ ἕτερος τῶν θείων· παρὰ γὰρ τὴν πέτραν, ἣν ὁ Κύριος ἐν θεμελίῳ ἔθετο, οὐδεμία στάσιμος ἔσται οἰκοδομή. Τῶν οἰκείων ἐκπίπτει ὁ τῶν ἀνοικείων ἐφιέμενος. » Ἕτερος, φησὶ, λόγος τῶν τοῦ κόσμου, καὶ τῶν θείων ἕτερος· οὐχ ὑγιὴς ἄρα ἡ δύναμις τοῦ ἐπιχειρήματος· Τετίμηται ἡ Κωνσταντινούπολις βασιλείᾳ καὶ συγκλήτῳ· ἄρα τῶν ἴσων ἀπολαυέτω τῇ πρεσβυτέρᾳ Ῥώμῃ πρεσβείων· οὐ γὰρ ἵδρυται τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης τὸ πρεσβεῖον ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ καὶ τῇ συγκλήτῳ, ἤ φησιν ὁ μακάριος Λέων, ἀλλ' ἐπὶ τῇ πέτρᾳ ἣν ὁ Κύριος ἐν θεμελίῳ ἔθετο.

Omnino autem qui fieri potest ut duo sint episcopi œcumenici? Nam quod refert Bibliothecarius Anastasius, in sui defensionem responderi a Græcis (1), quod non ita vocetur œcumenicus Constantinopolitanus, ut universi orbis teneat præsulatum, sed quod quidam parti orbis præsit quæ a Christianis inhabitata vocatur *œcumene*; hoc, inquam, inventum non serio agentium, sed luden-

Πῶς δὲ ὅλως δυνατὸν δύο εἶναι οἰκουμενικοὺς ἐπισκόπους; Ὃ γάρ φησιν ὁ βιβλιοφύλαξ Ἀναστάσιος παρὰ τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει προφερόμενον εἰς ἀπολογίαν ὅτι οὐχ οὕτως οἰκουμενικὸς ὁ Κωνσταντινουπόλεως, ὡς εἶναι τῆς καθόλου πρόεδρος Ἐκκλησίας, ἀλλ' ὅτι μέρους τινὸς, ὃ παρὰ Χριστιανῶν οἰκούμενον *οἰκουμένη* καλεῖται· τοῦτο, φημὶ, τὸ παρεύρημα παιζόντων ἂν εἴη τὰ θεῖα, οὐ σπουδαζόν-

(1) In præfatione VII syn. ad Joan. VIII.

των. Οὐχ οὕτως ἐξέλαβον τὴν φωνὴν οἱ πολλὰ κατ' ἐκείνης ἀθλήσαντες ἀρχιερεῖς τῆς Ῥώμης, Πελάγιος, καὶ Γρηγόριος ὁ Διάλογος· οὐδ' ἡρμήνευσαν οὕτως οἱ τὴν φωνὴν ταύτην πρῶτοι ἐφαρπάσαντες πατριάρχαι, Ἰωάννης ὁ Νηστευτὴς καὶ Κυριακός· ἀλλ' οἰκουμενικοὺς ἐπέγραφον ἑαυτοὺς καταχρώμενοι τῷ σημαινομένῳ· καὶ ὥς φησιν ὁ Διάλογος γράφων Ἀναστασίῳ τῷ Ἀντιοχείας· Τοιαύτην αἰτίαν παρεχόμενοι, ὥστε εἰ ταύτην, φησὶν, εὐμενῶς φέρομεν, τῆς καθόλου Ἐκκλησίας τὴν πίστιν φθείρομεν. Καὶ οὐκ ἔστιν ὅπου περὶ τῆς φωνῆς γράφων, συχνὰς δὲ περὶ ταύτης ἔδωκεν ἐπιστολὰς, οὐκ ἀθετεῖ, καὶ ἀποβάλλεται ὡς βέβηλον, ὡς ὕβριν τῆς Ἐκκλησίας, ὡς μεγάλων ἀφορμὴν σκανδάλων, ἀλαζονείας μεστὴν, τοῦ Ἀντιχρίστου πρόδρομον, ἀπώλειαν τῆς πίστεως, ἀνοσίαν, ἀντιλέγουσαν τῷ Εὐαγγελίῳ καὶ τοῖς ἱεροῖς κανόσιν, ἀλλοτρίωσιν τῆς πίστεως, καὶ οἰκείωσιν αἱρέσεως, φησὶν ἐν τῇ δευτέρᾳ πράξει τῆς ἑβδόμης συνόδου ὁ πάππας Ἀδριανός.

A tium est in divinis. Non ita vocem hanc intellexerunt, qui contra eam acerrime invecti sunt Romani pontifices, Pelagius et Gregorius Dialogus (1); nec ita sunt interpretati, qui primi hunc titulum sibi arrogarunt patriarchæ, Joannes Jejunator et Cyriacus; sed œcumenicos se inscripserunt vero abutentes significatu; atque, ut scribit Gregorius Dialogus Anastasio Antiocheno, talem præbentes causam, ut si hanc, inquit, æquanimiter portamus, universæ Ecclesiæ fidem corrumpamus. Nec locus est in quo de hac voce mentionem faciens, frequentes autem propter illam dedit epistolas, eam non damnaverit rejeceritque ut profanam, ut universalis Ecclesiæ injuriam, ut magnorum originem scandalorum, plenam superbiæ, Antichristi B præcursorem, per quam fides perditur, ut scelestam et contradicentem Evangelio sacrisque canonibus; qua, ut Adrianus papa inquit in suis litteris ad imperatores, qui utitur et assensum præbet, alienum se a fide orthodoxa, et rebellem Ecclesiæ catholicæ manifestat.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Ὁ δὲ μακάριος Χρυσόστομος καὶ τῶν ἀρχιερέων ἕκαστον ἐν τῷ τοῦ Χριστοῦ θρόνῳ καθίσαι λέγει, ὥσπερ τοὺς νομικοὺς ἱερέας ἐπὶ τοῦ θρόνου Μωσέως. Ὥστε οὐ μέγα τῷ Ῥώμης θρόνῳ τὸ παρὰ τῶν ἀποστόλων καλεῖσθαι, ἑκάστου τῶν ἐπισκόπων ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Χριστοῦ καθημένου. »

NILUS (Cap. XXI).

« Beatus vero Pater Chrysostomus etiam unumquemque episcopum asserit in cathedra Christi sedere, quemadmodum legales sacerdotes in cathedra Mosis. Quare non est magni faciendum quod Romæ sedes vocetur apostolica, cum omnis episcopus sedeat in sede Christi. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

C Ἀνωτέρω μὲν ἔλεγες ἕκαστον τῶν καθολικῶν θρόνων ἀποστολικὸν ὀνομάζεσθαι, ὥστε τὸν πάππαν μηδὲν πλέον ἔχειν κατά γε τοῦτο ὑπὲρ τοὺς ἀνατολικοὺς πατριάρχας· νῦν δὲ λέγεις μὴ τῶν πατριαρχῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐπισκόπων ἑκάστου μηδὲν πλέον ἔχειν τὸν πάππαν, ἐπείπερ κατὰ τὸν μακάριον Χρυσόστομον ἕκαστος τῶν ἐπισκόπων κάθηται ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Χριστοῦ· καὶ ταῦτα λέγων δύο ἁμαρτάνεις· ἓν μὲν, ὅτι τοῦ Χρυσοστόμου τὸ ῥητὸν διαστρέφεις· εἶτα καὶ σαυτῷ περιπίπτεις. Ἐν οἷς γὰρ τὸν πάππαν ἐξευτελίζεις, μίαν ἁπαξαπάντων δογματίζεις ἰσότητα, εἴπερ τῶν ἐπισκόπων ἕκαστος ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ἔχει τοῦ Χριστοῦ θρόνον. Πῶς τοίνυν ἔλεγες τοὺς καθολικοὺς τῶν θρόνων ὡς ἐξαίρετόν τι καλεῖσθαι πάντας ἀποστολικούς; Εἰ γὰρ D μεῖζον ἔχειν τὸν Χριστοῦ θρόνον, ἢ ἀποστολικὸν εἶναι, καὶ πάντες οἱ ἐπίσκοποι τὸν Χριστοῦ ἔχουσι θρόνον, πάντες ἄρα τὸ μεῖζον ἔχουσι, καὶ εἰς τὸ οὐδὲν οἴχεται κατὰ σὲ τῶν πατριαρχῶν ἡ προτίμησις διὰ τὸ καλεῖσθαι ἀποστολικούς. Διαστρέφεις δὲ καὶ τὸ ῥητὸν τοῦ Χρυσοστόμου· λέγει γάρ· « Ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ γραμματεῖς καὶ οἱ Φαρισαῖοι· νῦν δὲ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, Ἐπὶ τῆς Μωϋσέως καθέδρας ἐκάθισαν οἱ ἱερεῖς, ἀλλ' ἐπὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ· τὴν γὰρ ἐκείνου διεδέξαντο διδασκαλίαν. » Ἐξηγουμένου τοίνυν τοῦ Χρυσοστόμου τὸν θρόνον εἰς τὴν διδασκαλίαν, σὺ λαμβάνεις εἰς τὴν

CONFUTATIO.

Supra dicebas, quamlibet principalium sedium vocari apostolicam, ut papa, quod attinet ad hoc, nihil plus habeat supra cæteros patriarchas. Nunc dicis papam non solum supra nullum patriarcham, sed neque supra quemlibet episcopum plus quidquam habere, quandoquidem juxta beatum Chrysostomum quilibet episcopus sedet in cathedra Christi; et hæc dicens duo peccas: primo quidem, quia dictum Chrysostomi pervertis; deinde et ipse tecum pugnas. Dum enim papam deprimis, unam constituis omnium æqualitatem, siquidem episcopus quilibet unam et eamdem Christi cathedram habet. Quomodo igitur aiebas præcipuum hoc habere principales sedes, quod omnes vocentur apostolicæ? Si enim plus est, habere Christi sedem quam vocari apostolicum, et omnes episcopi habent cathedram Christi, certe omnes habent quod plus est, et evanescit per te patriarcharum prærogativa, quod vocentur apostolici. Pervertis autem et Chrysostomi dictum. Ait enim: « Super Moysi cathedram sederunt Scribæ et Pharisæi, nunc vero non ita; neque enim super cathedram Moysi sederunt sacerdotes, sed super Christi sedem, illius enim suscepere doctrinam. » Cum ergo Chrysostomus cathedram in doctrinam interpretetur, tu in potestatem accipis. Itaque secundum Chrysostomi sensum habemus verum dogma, quod

(1) Lib. VI, ep. 24.

omnes episcopi sedem Christi habeant, doctrinam scilicet evangelicam disseminantes. At vero secundum tuæ interpretationis perversitatem habemus blasphemam opinionem, quod omnes episcopi æqualitatem habeant dignitatis. Porro quid sentiret beatus Pater Chrysostomus de Petro et successoribus, habes homilia 34 in Acta apostolorum, dum verba illa explicat, *In diebus illis exsurgens Petrus :* « Ut fervens, inquit, et is cui Christus demandaverat ovilis curam, utque sociorum princeps, ipse semper loquitur primus. » Et infra : « Merito ipse rem cum auctoritate tractat, ut qui omnes habuit sibi commissos ; huic enim dixit Christus : *Et tu aliquando conversus confirma fratres tuos**. Et homilia 21 : « Petrus tanquam exercitus dux circumibat acies, quærens quæ pars esset bene apparata, quæ bene instructa, quæ indigeret ejus præsentia. Vide ubique ipsum circumcursantem, et primum se ostendentem. » Et infra : « Et ubi quidem periculum, et gubernantis prudentia, ibi Petrus ; ubi vero tranquilla omnia, communiter omnes. Ita majorem non exigebat honorem. » Et homilia in Joannem 88, explicans illud postremi capitis, *Hic autem quid ?* « Quoniam, inquit, Petro magna Christus prædixit, et orbem terrarum illi tradidit. » Et paulo ante : « Huic Petro commissa est præfectura fratrum. »

A ἐξουσίαν. Καὶ κατὰ μὲν τὴν ἔννοιαν τοῦ Χρυσοστόμου ἀληθὲς ἔχομεν δόγμα, ὅτι πάντες οἱ ἐπίσκοποι τὸν Χριστοῦ ἔχουσι θρόνον, δηλαδὴ τὴν εὐαγγελικὴν σπείροντες διδασκαλίαν· κατὰ δὲ τὴν στρεβλότητα τῆς σῆς ἑρμηνείας βλάσφημον ἔχομεν κακοδοξίαν, ὅτι πάντες οἱ ἐπίσκοποι τὴν αὐτὴν ἔχουσιν ἰσοτιμίαν. Οἷα δὲ ἐφρόνει ὁ μέγας Πατὴρ Χρυσόστομος περὶ Πέτρου καὶ τῶν διαδόχων ἔχεις, ἐν τῇ εἰς τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων ὁμιλίᾳ γ' εἰς ἐκεῖνο τὸ ῥητόν· *Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος*. « Καὶ ὡς θερμὸς, φησὶ, καὶ ὡς ἐμπιστευθεὶς παρὰ Χριστοῦ τὴν ποίμνην, καὶ ὡς τοῦ χοροῦ πρῶτος, ἀεὶ πρότερος ἄρχεται τοῦ λόγου. » Καὶ κατωτέρω· « Εἰκότως πρῶτος τοῦ πράγματος αὐθεντεῖ Πέτρος, ἅτε γὰρ αὐτὸς πάντας ἐγχειρισθείς· πρὸς γὰρ τοῦ- B τον εἶπεν ὁ Χριστὸς, *Καὶ σύ ποτε ἐπιστρέψας, στήριξον τοὺς ἀδελφούς σου*. Καὶ ἐν τῇ κα' ὁμιλίᾳ· « Καθάπερ τις στρατηγὸς περιῄει τὰς τάξεις ὁ Πέτρος ἐπισκοπῶν, ποῖον εἴη συγκεκροτημένον μέρος, ποῖον ἐν κόσμῳ, ποῖον τῆς αὐτοῦ δέοιτο παρουσίας. Ὅρα πανταχοῦ αὐτὸν περιτρέχοντα, καὶ πρῶτον εὑρισκόμενον. » Καὶ κατωτέρω· « Καὶ ἔνθα μὲν ἦν κίνδυνος, καὶ ἔνθα οἰκονομία, ὁ Πέτρος· ἔνθα δὲ γαλήνης τὰ πράγματα γέμει, κοινῇ πάντες. Οὕτως οὐκ ἀπῄτει τιμὴν μείζονα » Καὶ ἐν τῇ πη' ὁμιλίᾳ εἰς τὸν Ἰωάννην, ἐξηγούμενος ἐκεῖνο τοῦ ἐσχάτου κεφαλαίου· *Κύριε, οὗτος δὲ τί ;* « Ἐπεὶ, φησὶ, τῷ Πέτρῳ μεγάλα προεῖπεν ὁ Χριστὸς, καὶ τὴν οἰκουμένην ἐνεχείρισε· » Καὶ μικρῷ πρόσθεν· « Οὗτος ὁ Πέτρος τὴν προστασίαν ἐνεπιστεύθη τῶν ἀδελφῶν. »

Hæc de Petro tam magnificis verbis Chrysostomus. De successoribus vero itane sentiebat ut tu ? Minime gentium ; namque Innocentio papæ scribens, primo quidem miserabiliter deplorat quæcunque passus erat a Theophilo Alexandrino ; et inter alia, « Necessarium, inquit, duximus persuadere honorabilissimis dominis meis, Demetrio, Pansophio, Pappo et Eugenio episcopis suas sedes relinquere et tam vasto mari sese committere, longamque peregrinationem suscipere, et ad vestram charitatem properare, ut omnibus aperte narratis remedium quam citissime adhibeatur. » Et infra : « Neque enim juri consentaneum erat, Ægyptium esse judicem incolentium Thraciam. » Et : Rogo charitatem vestram, ut excitetur, condoleatque et nihil prætermittat quo malorum sit finis. » Et : Ubi ergo, domini mei summe honorandi, perveneritis ad rerum notitiam, ostendite fortitudinem quæ vos decet, et studium ponite ut tanta iniquitas quæ grassata est in Ecclesias reprimatur. » Et : « Ne igitur totum pervadat orbem tanta confusio, scribe, quæso, ut quæ absentibus nobis et judicium non detrectantibus adeo nefarie gesta sunt, altera tantum parte præsente, nullius sint roboris ; eos vero qui ejusmodi scelera ausi sunt, ubi convicti fuerint, ecclesiasticarum legum censuræ subdi ; nobis autem, qui in nullo crimine deprehensi sumus, nullius rei sceleris, date ut vestris assidue litteris

C Τοιαῦτα περὶ τοῦ Πέτρου μεγαληγορῶν φθέγγεται. Περὶ δὲ τῶν διαδόχων ἆρα οὕτως ἐφρόνει, ὥσπερ σὺ, Νεῖλε ; Οὐδαμῶς· καὶ γὰρ Ἰννοκεντίῳ γράφων τῷ πάππᾳ, πρῶτον μὲν ἐκτραγῳδεῖ ὅσα πέπονθε διὰ Θεοφίλου Ἀλεξανδρείας, εἶτα πρὸς τοῖς ἄλλοις φησίν· « Ἀναγκαῖον ἐνομίσαμεν τοὺς κυρίους μου τοὺς τιμιωτάτους ἐπισκόπους, Δημήτριον, Πανσόφιον, Πάππον, καὶ Εὐγένιον πεῖσαι τάς τε ἑαυτῶν ἀφεῖναι, καὶ πελάγους κατατολμῆσαι τοσούτου, καὶ μακρὰν ἀποδημίαν στείλασθαι, καὶ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀναδραμεῖν ἀγάπην, καὶ πάντα σαφῶς ἀναδιδάξαντας ταχίστην παρασκευάσαι γενέσθαι τὴν διόρθωσιν. » Καὶ κατωτέρω· « Οὐ γὰρ ἀκόλουθον ἦν τὸν ἐξ Αἰγύπτου τοῖς ἐν Θρᾴκῃ δικάζειν. » Καί· « Παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἀγάπην διαναστῆναι, καὶ D συναλγῆσαι, καὶ πάντα ποιῆσαι, ὥστε στῆναι ταύτῃ τὰ κακά. » Καί· « Μαθόντες τοίνυν ἅπαντα, κύριοί μου τιμιώτατοι, τὴν προσήκουσαν ὑμῖν ἀνδρίαν καὶ σπουδὴν ἐπιδείξασθε, ὥστε παρανομίαν τοσαύτην ἐπεισελθοῦσαν ταῖς Ἐκκλησίαις ἀναστεῖλαι. » Καί· « Ἵνα μὴ οὖν τοσαύτη σύγχυσις καταλάβῃ τὴν ὑφ' ἡλίῳ πᾶσαν, ἐπιστεῖλαι παρακλήθητι, τὰ μὲν οὕτω παρανόμως γεγενημένα ἀπόντων ἡμῶν, καὶ ἐκ μιᾶς μοίρας, καὶ οὐ παραιτησαμένων κρίσιν, μηδεμίαν ἔχειν ἰσχύν· τοὺς δὲ τοιαῦτα παρανομήσαντας, ἐλεγχομένους, τῷ ἐπιτιμίῳ ὑποβάλλεσθαι τῶν ἐκκλησιαστικῶν νόμων· ἡμᾶς δὲ τοὺς οὐχ ἁλόντας, οὐκ ἀποδειχθέντας ὑπευθύνους, τῶν γραμμάτων

* Luc. XXII, 32.

τῶν ὑμετέρων δότε ἀπολαύειν συνεχῶς, καὶ τῆς A ἀγάπης, καὶ πάντων τῶν ἄλλων, ὥσπερ καὶ ἔμπροσθεν. » Μετὰ ταῦτα γράφει ὁ θεσπέσιος Πατὴρ ἑτοιμότατα ἔχειν τοῦ κριθῆναι παρὰ τοῦ πάππα, καὶ μηδαμῶς φεύγειν τὸ τοιοῦτον κριτήριον. Γράφει καὶ δευτέραν πρὸς τὸν πάππαν ἐπιστολὴν πάνυ εὐχαριστῶν ὑπὲρ τῆς καταβληθείσης σπουδῆς, κἂν μὴ ἔτυχε τὰ πράγματα τῆς ὀφειλομένης διορθώσεως. Ἀλλ' οὖν μὴ δεῖν ἀποκαμεῖν τὸν πάππαν· προκεῖσθαι γὰρ αὐτῷ ἀγῶνα ταραττομένης σχεδὸν τῆς οἰκουμένης ἁπάσης.

Τρία γοῦν ἔστι λαβεῖν ἐκ τῶν τοῦ Χρυσοστόμου φωνῶν· ὅτι οὐκ ἠνείχετο ὁ Χρυσόστομος κρίνεσθαι ὑπὸ τοῦ Ἀλεξανδρείας· ὅτι ἐπικαλεῖται τὸ κριτήριον τοῦ πάππα, ἵνα τῆς ἀδίκου κρίσεως ἀπαλλαγῇ· ὅτι, ταραττομένης τῆς οἰκουμενικῆς Ἐκκλησίας, τὸν B πάππαν διεγείρει πρὸς ἄμυναν. Τί δὲ ἄλλο ταῦτα ἢ ὁμολογία σαφὴς τῆς ἀποστολικῆς καὶ οἰκουμενικῆς ἐν τῷ πάππᾳ ἐξουσίας, ἣν οὔτε ὁ Ἀλεξανδρείας, οὔτε ὁ Κωνσταντινουπόλεως εἶχεν, ἢ ἔχει; Πῶς οὖν οὐδὲν μέγα τῷ Ῥώμης τὸ ἀποστολικὸν καλεῖσθαι, ἑκάστου τῶν ἐπισκόπων καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Χριστοῦ; Οὐκ ἔστι ταῦτα σύμφωνα τῷ φρονήματι τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ τῆς πάλαι ἀνατολικῆς Ἐκκλησίας· ἀλλὰ τὸ λέγειν ὡς λέγεις κλέπτειν ἐστὶ τὰς πατρικὰς χρήσεις, καὶ ἀναρχίαν καὶ σχίσματα παρεισάγειν. Καίτοι οὐδὲ κατὰ τὴν σὴν ἐξήγησιν συμπεραίνεις ὃ βούλει. Ἔστω γὰρ πάντας τοὺς ἐπισκόπους καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Χριστοῦ· ἀλλ' οὐκ ἀνάγκη καθῆσθαι ἰσοτίμως· ὥσπερ οἱ νομικοὶ C ἱερεῖς ἐπὶ τῆς Μωσέως καθέδρας, ἀλλ' οὐκ ἰσοτίμως, ὑπερεῖχε γὰρ ἐν αὐτοῖς ὁ μέγας ἀρχιερεύς. Μέγα τοίνυν τῷ Ῥώμης θρόνῳ τὸ μόνον καλεῖσθαι ἐξαιρέτως ἀποστολικὸν, καὶ τὸ μόνον οὕτω καθῆσθαι ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ Χριστοῦ, ὥστε κρίνειν ἅπαντας τοὺς ἐπισκόπους.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Τὸ δὲ λέγειν, Μόνῳ τῷ πάππᾳ ἔξεστιν οἰκουμενικὴν ἀθροίζειν σύνοδον, πῶς οὐ τοῖς λίαν φανεροῖς ἀντιλέγειν ἐστὶ, μᾶλλον δὲ πῶς οὐκ αἰσχύνη, τὸν ἱερέα ἀπὸ τούτων φιλοτιμεῖσθαι, ἀφ' ὧν ἔστι μέγα καὶ τὸν βασιλέα φρονεῖν; Ἵνα δὲ εἰδῇς, ὅτι βασιλεῦσι μᾶλλον, οὐκ ἐπισκόποις τὰ τοιαῦτα ἀνεῖται, ἀνάγνωθι ἀπὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς πρώτης D συνόδου τὴν ἐπιστολὴν αὐτῆς τῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ· « Ἐπειδὴ, φησὶ, τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, συναγαγόντος ἡμᾶς ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν. » Ἀνάγνωθι ἀπὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς τρίτης συνόδου τὴν ἐπιστολὴν αὐτῆς πρὸς Θεοδόσιον καὶ Οὐαλεντινιανόν· « Ἡ ἁγία σύνοδος, φησὶν, ἡ χάριτι Θεοῦ καὶ νεύματι τοῦ ὑμετέρου κράτους συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει· » καὶ ἀπὸ τοῦ τέλους τῶν Πρακτικῶν τῆς τετάρτης συνόδου· « Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος, ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν καὶ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων συναχθεῖσα. » Ὁ δὲ μακάριος Λέων ὁ Ῥώμης Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ γράφων, ἀντὶ μεγάλου

A fruamur et charitate aliisque omnibus, sicut et antea. » Subdit deinde sanctus Pater, paratissimum se esse ad subeundum papæ judicium, et ejus tribunal se nullo modo devitare. Scribit et alteram epistolam ad eumdem papam, agitque magnas gratias pro studio collato, quamvis subsecutum non esset remedium, quod opus erat. Rogat tamen ne papa causam deserat; propositum quippe illi esse certamen, interturbato fere universo terrarum orbe.

Ex quibus Chrysostomi verbis tria habemus: quod non ferebat Chrysostomus se ab Alexandrino judicari; quod appellat papæ judicium, ut se iniquo judicio liberaret; quod, turbata per univer-B sum orbem Ecclesia, papam excitat ad ferendum judicium. Hæc porro quid aliud sunt quam aperta confessio apostolicæ et universalis in papa auctoritatis, quam nec Alexandrinus, nec Constantinopolitanus habuit aut habet? Quomodo igitur non magnifaciendum quod Romanus vocetur apostolicus, cum episcopus quisque sedeat in sede Christi? Hæc non conveniunt cum sensu Chrysostomi et antiquæ Orientalis Ecclesiæ; sed ita dicere ut tu dicis, est Patrum sententias afferre fallaciter, et negando primatum schisma inducere. Quanquam ne sic quidem, ut tu interpretaris, habes quod vis. Esto enim quod omnes episcopi sedeant in sede Christi; non tamen necesse est sedere omnes cum C æqualitatis honore: sicut et legales sacerdotes in cathedra Moysi non omnes æqualiter sedebant; eminebat enim inter illos pontifex. Itaque magnifaciendum est quod sola Romana sedes per excellentiam vocetur apostolica, et solus episcopus Romanus ita sedeat in cathedra Christi, ut episcoporum omnium sit judex.

NILUS (Cap. XXIII).

« Dicere autem, soli papæ licere œcumenicam congregari synodum, an non est quæ manifestissima sunt oppugnare? an potius turpe non est in eo sacerdotem esse ambitiosum, in quo potest etiam imperator se jactare? Ut scias autem ad imperatorem potius, quam ad episcopos id pertinere, D legito epistolam primæ synodi ad Ecclesiam Alexandrinam: « Quoniam, inquit, Dei gratia, et Constantinus Deo amabilissimus imperator nos congregavit e diversis provinciis. » Legito ex Actis tertiæ synodi epistolam ejus ad Theodosium et Valentinianum, actione VI: « Sancta synodus Dei gratia et nutu majestatis vestræ congregata in Ephesiorum metropoli; » et ex fine actorum quartæ synodi: « Sancta et magna et universalis synodus, per Dei gratiam et sanctionem religiosissimorum et Christi amantium imperatorum collecta. » Beatus quoque Leo Romanus episcopus ad Theodosium imperatorem scribens, loco magnæ rei petit, ut imperator annueret fieri in Italia synodum generalem. Non petiisset autem, si juris sui fuisset præstare illud. »

τινὸς αἱρεῖται κατανεῦσαι τὸν βασιλέα γενικὴν συγκροτηθῆναι σύνοδον ἐν Ἰταλίᾳ. Οὐκ ἂν δὲ ἐζήτησεν ὅπερ σὺν τῷ δικαίῳ ἔφθασεν ἔχων.»

CONFUTATIO.

Si manifestam veritatem oppugnare est quærere in Actis synodorum ut nulla sit repugnantia, certe qui hæc non quærit, contradicit synodis. Congregatam se ait prima synodus a Dei gratia et imperatore Constantino. Exponit hoc sancta sexta synodus in Prosphonetico ad Constantinum imperatorem: « Arius, inquit, insurgebat, divisor et partitor Trinitatis, et continuo Constantinus semper Augustus, et Silvester celeberrimus magnam et illustrem Nicææ synodum congregabant. Congregabant Constantinus et Silvester; non ergo verum est, quod ais, non ad episcopos, sed ad imperatores hoc pertinere.

De secunda vero synodo rursus iidem Patres in Prosphonetico: « Theodosius et Damasus conventum congregabant. »

De tertia vero et quarta synodo: « Iterum Nestorius, et contra Cœlestinus et Cyrillus; nam ille Christum dividebat et partiebatur: hi vero a Domino stantes cum sceptrorum domino divisorem dejiciebant. Deinde, inquit, Eutychis delirante insania novam fabulam, Leonis epistola tanquam rugitus leonis, grandi sonitu ex urbe perstrepens; archimandritam tunc temporis bestiam perterruit, et e monachorum depulit grege. »

De quinta præterea: « Vigilius, inquit, et Justinianus quintæ synodi conventum celebrabant. »

Cum sexta synodus tam planis verbis hæc asserat, prima vero, et tertia, et quarta, quas profers, dicant se congregatas nutu et decreto imperatorum, necesse est aut sanctas synodos inter se dissentire, aut non vera te dicere, dum asseris, imperatorum esse, non sacerdotum congregare synodos œcumenicas. Non dissentire autem sacras synodos et per se constat: alioquin altera pars mentiretur, si esset dissidium. Constat etiam ex ipsorummet imperatorum scriptis, per quæ synodi œcumenicæ congregatæ sunt. Ipsi enim fatentur, quo modo quave ratione congregabant, declarantes se hoc fecisse non ut auctoritate utentes, sed ut religionem propugnantes. Ut ex his jure optimo colligatur solius papæ potestatis esse proprie synodos œcumenicas congregare. Itaque præclaræ memoriæ Constantinus imperator in allocutione ad sanctam synodum de pace, ut videre est in fragmentis primæ synodi: « Postquam, inquit, de vestra dissensione præter omnem spem audivi, non posthabendum duxi quod relatum est; sed precatus huic etiam rei adhiberi remedium per ministerium meum, omnes absque mora accersivi. » Accersisse ait se episcopos, non regia usum potestate, non politica administratione innixum, sed precatum,

A

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Εἰ τοῖς φανεροῖς ἀντιλέγειν ἐστὶ τὸ ζητεῖν ἐν τοῖς τῶν συνόδων Πρακτικοῖς τὴν προσήκουσαν συμφωνίαν, τὸ μὴ ταύτην ζητεῖν ἀντιλέγειν ἔσται ταῖς συνόδοις. Συναγηγέρθαι φησὶν ἡ πρώτη σύνοδος ὑπὸ τῆς Θεοῦ χάριτος καὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου. Ἐξηγεῖται τοῦτο ἡ ἁγία ἕκτη σύνοδος ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον· « Ἄρειος, φησὶ, διαιρέτης καὶ κατατομεὺς τῆς Τριάδος ἐγήγερτο, καὶ παραυτίκα Κωνσταντῖνος ὁ ἀεισέβαστος καὶ Σίλβεστρος ὁ ἀοίδιμος τὴν ἐν Νικαίᾳ μεγάλην τε καὶ περίβλεπτον συνέλεγον σύνοδον. Συνέλεγε Κωνσταντῖνος καὶ Σίλβεστρος· οὐκ ἀληθὲς ἄρα ὃ λέγεις, ὅτι βασιλεῦσιν, οὐκ ἐπισκόποις ταῦτα

B ἀνεῖται.

Ὡσαύτως περὶ τῆς δευτέρας φησὶν, ὅτι Θεοδόσιος καὶ Δάμασος ὁ πάππας συνήθροιζον τὸν σύλλογον.

Περὶ δὲ τῆς τρίτης καὶ δ' συνόδου ἐξηγεῖται ὁμοίως ἡ ἕκτη ἐν οἷς λέγει· « Πάλιν Νεστόριος, καὶ πάλιν Κελεστῖνος καὶ Κύριλλος· ὁ μὲν γὰρ τὸν Χριστὸν διῄρει καὶ κατεδίκαζεν, οἱ δὲ τῷ δεσπότῃ συλλαμβανόμενοι σὺν τῷ τῶν σκήπτρων δεσπόζοντι τὸν κατατομέα κατέβαλλον. Εἶτα, φησὶ, τῆς Εὐτυχοῦς ἀνοίας ληρωδούσης ἕτερον μύθημα, Λέοντος ἡ δέλτος καθάπερ βρύχημα λέοντος ῥωμαλέον ἐκ Ῥώμης ἠχήσασα τὸν τέως ἀρχιμανδρίτην θῆρα κατεξεφόβησε, τῆς τε μοναστικῆς ἀγέλης ἀπήλασεν.

C Καὶ περὶ τῆς πέμπτης, ὅτι « Βιγίλιος σὺν Ἰουστινιανῷ συνίστων τὸ τῆς πέμπτης συνέδριον. »

Ταῦτα λεγούσης ἀναφανδὸν τῆς ϛ' συνόδου, τῆς δὲ πρώτης καὶ τρίτης, καὶ τετάρτης, ἃς προφέρεις, λεγουσῶν συναχθῆναι νεύματι καὶ θεσπίσματι τῶν βασιλέων, ἀνάγκη ἢ τὰς ἁγίας συνόδους διαφωνεῖν, ἢ σὲ μὴ ἀληθεύειν ἀποφαινόμενον, ὅτι βασιλέων, οὐχ ἱερέων ἐστὶ τὸ συνάγειν οἰκουμενικὴν σύνοδον. Τὰς μὲν οὖν ἁγίας συνόδους μὴ διαφωνεῖν πρὸς ἑαυτὰς καὶ αὐτόθεν δῆλον· ἀνάγκη γὰρ ἐν οἷς ἡ διαφωνία θάτερον μέρος ψεύδεσθαι· δῆλον δὲ καὶ ἐξ ὧν αὐτοὶ ἐκεῖνοι γράφουσιν οἱ βασιλεῖς, δι' ὧν αἱ οἰκουμενικαὶ συνηθροίσθησαν σύνοδοι· αὐτοὶ γὰρ ἐξηγοῦνται, πῶς καὶ τίνι λόγῳ συνήθροιζον, δηλοποιοῦντες ὅτι τοῦτο ἔπραττον οὐχ ὡς ἐξουσιασταὶ,

D ἀλλ' ὡς ὑπερασπισταί. Ὥστε δικαίως ἐκ τούτων συνάγεσθαι μόνης εἶναι κυρίως τῆς ἐξουσίας τοῦ πάππα τὸ τὰς οἰκουμενικὰς συναθροίζειν συνόδους. Κωνσταντῖνος γοῦν ὁ ἀοίδιμος βασιλεὺς πρὸς τὴν ἁγίαν πρώτην σύνοδον περὶ εἰρήνης διαλεγόμενος, ὡς ἐν τοῖς σωζομένοις ἔνεστι τῆς συνόδου ἐκείνης, « Ἐπειδὴ, φησὶ, τὴν υμετέραν διάστασιν παρ' ἐλπίδα πᾶσαν ἐπυθόμην, οὐκ ἐν δευτέρῳ τὴν ἀκοὴν ἐθέμην· τυχεῖν δὲ καὶ τοῦτο θεραπείας δι' ἐμῆς εὐξάμενος ὑπηρεσίας, τοὺς πάντας ἀμελλητὶ συμμετεστειλάμην. » Συμμετεστείλατο, φησὶ, τοὺς ἐπισκόπους, οὐ βασιλικῇ δυναστείᾳ χρησάμενος, οὐ

πολιτικῇ ἐπιμελείᾳ στηριζόμενος, ἀλλ' εὐξάμενος τυχεῖν θεραπείας τὸ κακὸν διὰ τῆς αὐτοῦ ὑπηρεσίας. Εἴτε γοῦν ὑπηρεσίαν νοεῖς τὴν πρὸς τὸν Θεὸν, εἴτε τὴν πρὸς τὴν Ἐκκλησίαν, εὐχῆς καὶ ὑπηρεσίας ἔργον ὁμολογεῖν γενέσθαι αὐτῷ ὁ βασιλεὺς τὴν μετάπεμψιν τῶν ἐπισκόπων, οὐχὶ ἐξουσίας καὶ δυναστείας. Εἰ δὲ κατὰ τὴν ϛ' σύνοδον Κωνσταντῖνος καὶ Σίλβεστρος συνέλεγον τὴν πρώτην σύνοδον, καὶ ὁμολογεῖ Κωνσταντῖνος συναγεῖραι ὑπηρετικῶς· ἄρα Σίλβεστρος συνήγειρε ποιμαντικῶς. Πῶς γὰρ ἄλλως; Εἰ γὰρ ἄλλως, διατί μὴ συναγεῖραι λέγει ὁ Ἀλεξανδρείας, ἢ ὁ Ἀντιοχείας, ἀλλὰ Σίλβεστρος ὁ Ῥώμης; Εἰ δὲ εἴποις, Διὰ τὸ εἶναι τὸν Ῥώμης πρῶτον τῇ τάξει, ἀντιλεγούσας ἔχεις τὴν δ' σύνοδον καὶ τὴν ἑβδόμην· τὴν δ' ἐν οἷς λέγει κατὰ τὴν ἀρχὴν τῶν Πρακτικῶν· « Σύνοδον ἐτόλμησε ποιῆσαι Διόσκορος ἐπιτροπῆς δίχα τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου, ὅπερ οὐδέποτε γέγονεν, οὐδὲ ἐξὸν γενέσθαι. »

Τὴν ζ' ἐν οἷς λέγει κατὰ τὴν ϛ' πρᾶξιν· « Νόμος ἐστὶ ταῖς συνόδοις ἔχειν συνεργὸν τὸν τῆς Ῥωμαίων πάππαν. » Ταῦτα δὲ πρωτεῖον οὐ ψιλῆς τάξεως, ἀλλ' ἐξουσίας δηλοῦσιν· ἡ γὰρ ἐπιτροπὴ, καὶ ἡ συνεργία τοῦ πάππα κατὰ τὸν νόμον τῶν συνόδων, ἀθέμιτον καὶ παράνομον δηλοῖ τοὐναντίον· τοῦτο δὲ τεκμήριον προφανὲς οὐχὶ μόνης τάξεως, ἀλλ' ἐξουσίας καὶ ἐπιστασίας· καὶ γὰρ ὑπῆρξαν οἰκουμενικαὶ σύνοδοι, ἐν αἷς οὐ τετήρηται τῶν πατριαρχῶν ἡ τάξις, οἷον ἐν τῇ τρίτῃ· οὐ γὰρ παρῆν ὁ Κωνσταντινουπόλεως καὶ ὁ Ἀντιοχείας· ἐν τῇ τετάρτῃ, ἐν ᾗ οὐ παρῆν ὁ Ἀλεξανδρείας· ἐν τῇ ἕκτῃ ἐκβέβληται ὁ Ἀντιοχείας. Χωρὶς δὲ τοῦ Ῥώμης οὐδέποτε γέγονεν, οὐδὲ ἐξὸν γενέσθαι. Εἰ δὲ μόνη ἡ τάξις ἐδίδου τὸ πρωτεῖον τῷ πάππᾳ, ἐγίνοντο ἂν αἱ σύνοδοι καὶ χωρὶς τοῦ πάππα, καὶ τῆς ἐξουσίας αὐτοῦ.

Ἑρμηνεύει δὲ τὸν ἑαυτοῦ σκοπὸν ὁ μέγας Κωνσταντῖνος προδηλότερον, ἐν οἷς λέγει καὶ γράφει ταῖς Ἐκκλησίαις· « Πεῖραν, φησὶ, λαβὼν ἐκ τῆς τῶν κοινῶν εὐπραξίας, ὅση τῆς θείας δυνάμεως πέφυκε χάρις, τοῦτον πρό γε πάντων ἔκρινα εἶναί μοι προσήκειν σκοπὸν, ὅπως παρὰ τοῖς μακαριωτάτοις τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πλήθεσι πίστις μία, καὶ εἰλικρινὴς ἀγάπη, ὁμογνώμων τε περὶ τὸν παγκρατῆ Θεὸν εὐσέβεια τηρῆται. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο οὐχ οἷόν τε ἦν ἀκλινῆ καὶ βεβαίαν τάξιν λαβεῖν, εἰ μὴ εἰς ταυτὸ πάντων ὁμοῦ, ἢ τῶν γοῦν πλειόνων ἐπισκόπων συνελθόντων, ἑκάστου τῶν προσηκόντων τῇ ἁγιωτάτῃ θρησκείᾳ διάκρισις γένοιτο· τούτου ἕνεκεν πλείστων ὅσων συναθροισθέντων, καὶ αὐτὸς καθάπερ εἷς ἐξ ὑμῶν ἐτύγχανον συμπαρών. Οὐ γὰρ ἀρνησαίμην ἄν, ἐφ' ᾧ μάλιστα χαίρω, συνθεράπων ὑμέτερος πεφυκέναι. »

Ἐν τούτοις ὁ μέγας Κωνσταντῖνος οὕτως ἐπιλογίζεται· Ἡ εὐπραξία τῶν κοινῶν ἐμοὶ περιγέγονεν ἐκ τῆς Θεοῦ χάριτος. Ἐγὼ δὲ βασιλεὺς ὢν τὴν εὐπραξίαν τῶν κοινῶν ὀφείλω ζητεῖν· ὀφείλω τοίνυν ἐπισπᾶσθαι τὴν θείαν χάριν. Ἐπιδίδωσι δὲ ἡ θεία χάρις ἑαυτὴν γινομένων ἐκείνων, ἐν οἷς εὐαρεστεῖται Θεός· εὐαρεστεῖται δὲ μάλιστα τῇ ὀρθῇ πίστει θρησκευομένῃ παρὰ τῶν λαῶν. Τοῦτο ἄρα ἐμοὶ

A ut malo adhiberetur remedium per ministerium ejus. Sive ergo ministerium intelligas erga Deum, sive Ecclesiam, precis et ministerii opus fuisse sibi convocationem episcoporum fatetur imperator, non potestatis et auctoritatis. Et si Constantinus et Silvester, ut ait sexta synodus, congregabant primam synodum; et Constantinus fatetur se convocasse ministri opera, restat ut Silvester convocaverit pastoris officio. Quo enim alio titulo? Si enim alio titulo, cur potius Silvester Romanus quam Alexandrinus et Antiochenus convocasse dicitur? Si dicas, Quia Romanus est ordine primus, contradicunt quarta et septima synodus: quarta, ubi dicit Actorum initio: « Synodum celebrare ausus est Dioscorus non obtenta facultate a sede B apostolica; quod nunquam factum est, nec fieri licet. »

Septima actione VI ubi dicit, « legem synodorum esse, ut Romanum papam cooperantem habeant. » Hæc autem primatum designant non nudi ordinis sed auctoritatis. Nam concedenda licentia et cooperatio papæ juxta legem synodorum nefarium et iniquum ostendit quod contra fit, et manifestissimum est argumentum non puri ordinis, sed potestatis et jurisdictionis; siquidem fuere synodi œcumenicæ in quibus ordo patriarcharum non est servatus, utpote tertia, in qua non fuit Constantinopolitanus, et Antiochenus; quarta, in qua non adfuit Alexandrinus; sexta, in qua ejectus est An-C tiochenus. At sine papa nunquam facta est synodus, nec fieri potest. Quod si ordo solus primatum tribueret papæ, possent etiam fieri synodi sine papa et auctoritate ejus.

Suum porro consilium declarat apertius Constantinus Magnus in sua epistola ad Ecclesias: « Cum, inquit, ex rebus pro republica feliciter gestis experimento didicerim, quanta sit divinæ virtutis benignitas, hoc mihi ante alia propositum statuendum putavi, ut beatissimi Ecclesiæ catholicæ populi fidem unam, et charitatem sinceram, et consentientem erga omnipotentem Deum teneant cultum. Verum quia hoc non poterat fixo stabilique ordine firmari, nisi vel omnibus episcopis, vel D majori eorum parte in unum conveniente, quo singula ad sanctissimam religionem pertinentia examinarentur, idcirco quamplurimis congregatis, ipse quoque tanquam unus e numero vestrum adfui. Neque enim negaverim id, ex quo maximam capio lætitiam, vestrum me esse conservum »

In his Constantinus Magnus hac ratiocinatione utitur: Felicitas reipublicæ obvenit mihi ex Dei gratia. Ego vero, cum imperator sim, reipublicæ statum felicem curare debeo; ergo et gratiam aucupari divinam. Dat vero se divina gratia, si fiant illa quæ Deo placent; placet vero potissimum Deo rectæ fidei cultus in populis. Hoc ergo est mihi curandum. Sed quia non poterat hoc ad prosperum

perduci finem absque synodo œcumenica, ideo episcopos convocavi.

Causa igitur et finis convocationis episcoporum est felix reipublicæ status, cujus potestas et administratio in imperatore est. Sed quia impossibile est finem spiritalium esse corporalia, impossibile etiam est felicem reipublicæ statum esse per se finem synodi. Si ergo alius est per se finis synodi, alius profecto ab imperatore est, cujus proprium sit operari ad finem per se propositum: talis autem est spiritalis pastor. Illius ergo per se erit opus convocare synodos; et Constantinus apte congruenterque dixit, suo ministerio fuisse convocatos episcopos. Ait enim eximius doctor Gregorius Nazianzenus oratione ad Nazianzenos civilibus fungentes muneribus et timore perculsos, necnon præfectum irascentem: « Num sermonem cum libertate prolatum accipietis, quando lex Christi meæ vos potestati ac meo tribunali subjicit? si quidem dominamur et ipsi, et addo principatum nostrum majorem et perfectiorem esse. An vero decet spiritum carni, et terrenis cœlestia cedere? »

Itaque si principatus spiritalis ita se habet ad temporalem sicut spiritus ad carnem, et caro est organum spiritus, necessario et imperium erit sacerdotii instrumentum, et convocantur episcopi per imperatores jure ministerii, non dominatus, instrumenti, non principalis causæ; inferioris munere, non superioris potestate. Quid vero aliud significabat imperator (1), quando in conventu episcoporum considere noluit postremus, nisi annuentibus episcopis? et cum occasione libellorum, quos alter alterum accusantes episcopi obtulerant, ipse aiebat: « Cum vos constituerit Deus sacerdotes et principes, ut judicetis et dijudicetis populos, diique sitis, utpote cunctis hominibus superiores: juxta dictum illud ita decernens: *Ego dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes* [9]; et, *Deus stetit in synagoga deorum* [10]; oportet vos omne studium ad divina conferre. »

Quomodo hæc dixisset et egisset Constantinus Magnus, si quasi auctoritate usus congregasset episcopos? Sicut autem prima synodus posterioribus regula exstitit, ita quæ gessit et dixit Constantinus synodum cogens, regula fuit iis qui successere principibus. Tria enim erant ob quæ imperatores dicebantur congregare synodos: orthodoxæ fidei propugnatio, cibariorum subministratio, et pacatus reipublicæ status. Propugnationem Constantinus vocat ministerium. De subministratione alimoniæ narrat Eusebius lib. III, *De Vita Constantini*, jussisse illum, ut episcopis in dies singulos abunde suppeditarentur necessaria. Tranquillum reipublicæ statum et ipse Constanti-

[9] Psal. LXXXI, 6. [10] ibid. 4.

(1) Euseb. lib. III De Vita Const.

A ζητητέον. Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦτο ἀδύνατον ἦν κατορθωθῆναι ἄνευ συνόδου οἰκουμενικῆς, διὰ τοῦτο συνεκάλεσα τοὺς ἐπισκόπους.

Ἡ τοίνυν αἰτία καὶ τὸ τέλος τοῦ συγκαλέσαι τὴν σύνοδον ἡ εὐπραξία τῶν κοινῶν, ἧς ἡ ἐξουσία καὶ τὸ κῦρος ἐν τῷ βασιλεῖ. Ἀλλὰ μὴν ἀδύνατον τὰ σωματικὰ εἶναι τέλος τῶν πνευματικῶν· ἀδύνατον ἄρα καὶ τὴν εὐπραξίαν τῶν κοινῶν τὸ καθ' αὑτὸ τέλος τῆς συνόδου. Εἰ δὴ τὸ καθ' αὑτὸ τέλος τῆς συνόδου ἄλλο, ἄλλον εἶναι δεῖ παρὰ τὸν βασιλέα, οὗ ἂν εἴη ἴδιον ἐνεργεῖν σκοποῦντα τὸ καθ' αὑτὸ τέλος· τοιοῦτος δέ ἐστιν ὁ πνευματικὸς ποιμήν. Ἐκείνου τοίνυν καθ' αὑτὸ ἔργον ἂν εἴη συγκαλεῖν τὰς συνόδους· καὶ μάλα προσφυῶς ἔλεγε Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας διὰ τῆς αὐτοῦ ὑπηρεσίας μετασταλῆναι τοὺς ἐπισκόπους. Φησὶ γὰρ ὁ μέγας φωστὴρ Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἐν τῷ πρὸς τοὺς πολιτευομένους Ναζιανζοῦ B ἀγωνιῶντας, καὶ τὸν ἄρχοντα ὀργιζόμενον· « Ἆρα δέχεσθε σὺν παῤῥησίᾳ τὸν λόγον, ὅτι τοῦ Χριστοῦ ὁ νόμος ὑποτίθησιν ὑμᾶς τῇ ἐμῇ δυναστείᾳ, καὶ τῷ ἐμῷ βήματι; ἄρχομεν γὰρ καὶ αὐτοί· προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ τὴν μείζονα καὶ τελεωτέραν ἀρχήν. Ἢ δεῖ τὸ πνεῦμα ὑποχωρῆσαι τῇ σαρκὶ, καὶ τοῖς γηΐνοις τὰ ἐπουράνια; »

Εἴπερ οὖν οὕτως ἔχει ἡ πνευματικὴ ἀρχὴ πρὸς τὴν ἔξω, ὥσπερ τὸ πνεῦμα πρὸς τὴν σάρκα· ἔτι δὲ ἡ σὰρξ τοῦ πνεύματος ὄργανον· ἀνάγκη καὶ τὴν βασιλείαν εἶναι ὄργανον τῆς ἱερωσύνης· καὶ συγκαλεῖσθαι τοὺς ἐπισκόπους ὑπὸ τῶν βασιλέων ὑπηρετικῶς, οὐ δεσποτικῶς, ὀργανικῶς, οὐκ αὐθεντικῶς, C διακονικῶς, οὐκ ἐξουσιαστικῶς. Ἢ τί ἄλλο ἦν τὸ συνεδρευσάσης τῆς συνόδου μὴ καθεσθῆναι Κωνσταντῖνον, εἰ μὴ, ἐπινευσάντων τῶν ἐπισκόπων, εἰσελθόντα μετὰ τοὺς ἐπισκόπους εἰς τὴν ἁγίαν σύνοδον; Καὶ τὸ ῥηθὲν αὐτῷ προφάσει τῶν λιβέλλων, οὓς κατ' ἀλλήλων οἱ ἐπίσκοποι ἐδεδώκεισαν· « Τοῦ Θεοῦ προχειρισαμένου ὑμᾶς ἱερεῖς τε καὶ ἄρχοντας, κρίνειν τε καὶ διακρίνειν τὰ πλήθη, καὶ θεοὺς εἶναι, ἅτε δὴ ἀνθρώπων ἁπάντων ὑπερέχοντας, ὁρισαμένου κατὰ τὸ εἰρημένον· *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες*· καὶ τὸ, *Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν*· χρὴ πᾶσαν τὴν σπουδὴν περὶ τὰ θεῖα ποιεῖσθαι. »

Πῶς ἂν τοιαῦτα ἔλεγε καὶ ἔπραττεν ὁ μέγας D Κωνσταντῖνος, εἴπερ ὡς μετ' ἐξουσίας μετεκαλεῖτο τοὺς ἱερεῖς; Ὥσπερ δὲ ἡ πρώτη σύνοδος κανὼν γέγονε ταῖς μετὰ ταῦτα συνόδοις, οὕτω καὶ ἃ πέπραχε καὶ εἶπε Κωνσταντῖνος συναγείρων τὴν σύνοδον, κανὼν γέγονε τοῖς μετέπειτα βασιλεῦσιν. Τρία γὰρ ἦν, δι' ἃ τὰς οἰκουμενικὰς συνόδους ἐλέγοντο συγκροτεῖν οἱ βασιλεῖς· ὀρθοδόξου πίστεως ὑπερμαχία, σιτηρεσίων χορηγία, καὶ τοῦ πολιτεύματος εἰρηναία κατάστασις. Τὴν ὑπερμαχίαν ὁ Κωνσταντῖνος ὑπηρεσίαν καλεῖ. Περὶ τῆς χορηγίας λέγει Εὐσέβιος, ὅτι πᾶσι τοῖς ἐπισκόποις προσέταττε Κωνσταντῖνος ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας χορηγεῖσθαι δαψιλῶς τὰ σιτηρέσια. Τὴν εἰρηναίαν κατάστασιν καὶ

αὐτὸς ὁ Κωνσταντῖνος ἔν τε ταῖς ἐπιστολαῖς καὶ ταῖς προσλαλιαῖς αὐτοῦ, καὶ οἱ λοιποὶ αὐτοκράτορες αἰτιολογοῦσιν. Ὑπερμαχεῖν δὲ καὶ χορηγεῖν, καὶ τῶν λαῶν τὰ σχίσματα καὶ τὰς διχονοίας δι' ἐπισκοπικῆς ὁμηγύρεως ἀπελαύνειν οὐκ ἔστιν αὐθεντεῖν καὶ ἐξουσιάζειν· διαφέρει γὰρ ταῦτα τὸ σύνολον, ὥσπερ κριτοῦ ἔργον καὶ συνηγόρου.

Τοῦτο ἐξηγούμενος Γρηγόριος ὁ πάππας Λέοντι τῷ Ἰσαύρῳ ἐπιστέλλων ἔγραφε· καὶ φέρεται τὰ γράμματα πρὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς ζ' συνόδου· « Οἶδας, βασιλεῦ, ὅτι τὰ δόγματα τῆς ἁγίας Ἐκκλησίας οὐχὶ βασιλέων εἰσὶν, ἀλλὰ τῶν ἀρχιερέων. » Εἶτα· « Ἡ συμβουλία δὲ τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, καὶ τῶν εὐσεβῶν ἀρχιερέων μία δύναμίς ἐστιν, ὅταν μετ' εἰρήνης καὶ ἀγάπης τὰ πράγματα διοικῶνται. » Καὶ πάλιν ἐν τῇ β' ἐπιστολῇ, « Ἄκουσον, φησὶ, βασιλεῦ, τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν, καὶ παῦσον, καὶ ἀκολούθησον τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ, καθὼς εὗρες καὶ παρέλαβες. Οὐκ εἰσὶ δόγματα τῶν βασιλέων, ἀλλὰ τῶν ἀρχιερέων, ὅτι ἡμεῖς νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν. » Καὶ γράψαντος τοῦ Εἰκονομάχου Λέοντος, ὅτι, « Βασιλεὺς καὶ ἱερεύς εἰμι, » ἀποκρίνεται ὁ πάππας· Τοῦτο οἱ πρὸ σοῦ βασιλεῖς ἔδειξαν ἔργῳ καὶ λόγῳ, οἱ κτίσαντες καὶ φροντίσαντες τῶν Ἐκκλησιῶν, ἅμα τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἐκζητήσαντες πόθῳ καὶ ζήλῳ τῆς ὀρθοδοξίας τὴν ἀλήθειαν, Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας, καὶ Θεοδόσιος ὁ Μέγας, καὶ Οὐαλεντινιανὸς ὁ Μέγας, καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Ἰουστινιανοῦ πατὴρ, ὁ τῆς ς' συνόδου. Οὗτοι οἱ βασιλεῖς θεοπρεπῶς ἐβασίλευσαν, μετὰ τῶν ἀρχιερέων μιᾷ βουλῇ καὶ γνώμῃ τὰς συνόδους συναθροίσαντες, καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν δογμάτων ἐκζητήσαντες τὰς ἁγίας Ἐκκλησίας συνεστήσαντο καὶ κατεκόσμησαν. »

Ἰδοὺ γυμνὴν ἔχεις τὴν ἀλήθειαν, ὅτι τὰ δόγματα οὐκ ἔστι τῶν βασιλέων· καὶ ὅτι μετὰ τῶν ἀρχιερέων οἱ βασιλεῖς συνήθροιζον τὰς συνόδους μιᾷ βουλῇ, ὑπερμαχοῦντες, χορηγοῦντες, καὶ εἰρήνην τοῖς λαοῖς πρυτανεύοντες. Θεοδόσιος καὶ Οὐαλεντινιανὸς προσκαλούμενοι τοὺς Πατέρας τῆς γ' συνόδου, « Ἤρτηται, φασὶ, τῆς εἰς Θεὸν εὐσεβείας ἡ τῆς ἡμετέρας πολιτείας κατάστασις. » Εἶτα· « Βασιλεύειν οὖν τεταγμένοι παρὰ Θεοῦ, σύνδεσμοί τε τῆς τῶν ὑπηκόων εὐσεβείας τε καὶ εὐπραγίας τυγχάνοντες, ἀρραγὲς ἀεὶ τὸ προσφυὲς τούτων φυλάττομεν. » Εἶτα· « Ἑκατέρου δεόντως ἐπιμελόμενοι (οὐδὲ γὰρ ἔνεστι τὸν θατέρου μεταποιούμενον μὴ ὁμοίως τοῦ ἑτέρου φροντίσαι), σπουδὴν τιθέμεθα πρὸ τῶν ἄλλων τὸ τὴν ἐκκλησιαστικὴν κατάστασιν Θεῷ πρέπουσαν καὶ τοῖς ἡμετέροις πρόσφορον διαμένειν καιροῖς, ἔχειν τε ἐκ τῆς τῶν πάντων ὁμονοίας τὸ ἀτάραχον, καὶ διὰ τῆς ἐν τοῖς ἐκκλησιαστικοῖς πράγμασιν εἰρήνης τὸ ἀστασίαστον. »

Ὁρᾷς, ποίῳ λόγῳ οἱ βασιλεῖς ἑλέσθαι φασὶ προνοεῖν τῶν ἐκκλησιαστικῶν; Ὅτι, φασὶν, ἡ κατάστασις τῶν πολιτικῶν ἤρτηται τῶν πνευματικῶν· καὶ ἐπειδὴ ἴδιον τοῖς βασιλεῦσιν ἔργον τὸ διατηρεῖν ἀτάραχον καὶ ἀστασίαστον τὸ πολίτευμα, δέον αὐτοὺς φροντίσαι καὶ τῆς εὐσεβείας· ἧς μὴ συμφώνως πιστευομένης ταραχαὶ καὶ σχίσματα ἐν τοῖς λαοῖς.

A nus in epistolis et allocutionibus suis et cæteri imperatores pro causa afferunt. Propugnare autem, et suppeditare, et populorum dissidia et seditiones per conventum episcoporum exstinguere, non est jus dominii et potestatis habere. Distant enim hæc inter se plurimum, sicut judicis et patroni opus.

Declarat hæc in priore sua epistola ad Leonem Isaurum Gregorius papa ante septimam synodum: « Scis, inquit, imperator, sanctæ Ecclesiæ dogmata non imperatorum esse, sed pontificum. » Deinde: « Consilium autem Christi amantium imperatorum, et piorum pontificum virtus est una, quando cum pace atque charitate res administrantur. » Et in secunda epistola: « Audi, inquit, B humilitatem nostram, imperator; cessa, et sanctam Ecclesiam sequere, prout invenisti atque accepisti. Non sunt imperatorum dogmata, sed pontificum, quoniam Christi sensum nos habemus. » Et cum Iconomachus Leo scripsisset: « Imperator sum et sacerdos; » respondit papa: « Enimvero qui ante te fuerunt imperatores, hoc opere ac sermone demonstrarunt, qui condiderunt et curam gesserunt Ecclesiarum una cum pontificibus, cupiditate zeloque incensi, rectæque fidei veritatem pervestigantes, Constantinus Magnus, Theodosius Magnus, Valentinianus Magnus et Constantinus Justiniani pater, qui sextæ synodo interfuit. Imperatores isti religiose imperarunt, et cum pontificibus uno con- C silio ac sententia synodos congregantes, et veritatem dogmatum perquirentes, sanctas Ecclesias constituerunt et ornarunt. »

En nudam habes veritatem, quod dogmata non sunt imperatorum, et quod cum pontificibus imperatores congregabant synodos uno consilio, propugnantes, subministrantes, et pacem populorum curantes. Theodosius et Valentinianus convocantes tertiæ synodi Patres. « Pendet, inquiunt, a religione, qua Deus colitur, nostræ reipublicæ status. » Deinde: « Constituti igitur a Deo ut regnemus, et simus subditis nostris vinculum pietatis et prosperitatis, indivulsam semper conservamus naturalem eorum societatem. » Mox: « Utriusque, ut par est, curam D gerentes (nec enim fieri potest, ut qui uni studet alterum negligat), ante omnia in illud incumbimus, ut Ecclesiarum status Deum condecens, nostrisque temporibus congruens servetur, habeamusque ex communi omnium concordia tranquillitatem, perque servatam in rebus ecclesiasticis pacem exstinguamus seditiones. »

Vides qua ratione imperatores fatentur se conferre ad ecclesiasticorum curam? Quoniam status reipublicæ pendet a spiritalibus, et quia proprium imperatorum opus est, conservare rempublicam a turbis et seditionibus liberam, opus est illos etiam de religione cogitare: nam si una fides omnium non sit, turbæ et schismata oriuntur in populis.

Itaque fatentur, non primaria ratione, sed ob necessitatem temporalium attingere spiritalia. Hoc autem non est, quod tu dicis imperatorum esse, non episcoporum, congregare synodum œcumenicam: sed contra, imperatorum esse per accidens, episcoporum per se.

Valentinianus et Marcianus de quarta synodo scribentes Leoni papæ, « Sanctitatem, inquiunt, Tuam principatum in episcopatu divinæ fidei possidentem, sacris litteris in principio justum credimus alloquendam. » Deinde, « Quatenus omni impio errore sublato, per celebrandam synodum te auctore maxima pax circa omnes episcopos fidei catholicæ fiat. » Et Pulcheria Augusta in eumdem modum Leoni scribens, « Et propterea, inquit, tua reverentia quocunque modo prospexerit, significare dignetur, ut omnes etiam totius Orientis episcopi, Thraciæ atque Illyrici in unam civitatem velociter ab Orientalibus partibus valeant convenire. »

A Ὁμολογοῦσιν οὖν μὴ κατὰ πρῶτον λόγον, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀνάγκην τῶν σωματικῶν ἅπτεσθαι τῶν πνευματικῶν· τοῦτο δὲ οὐκ ἔστιν ὃ λέγεις, βασιλέων, οὐκ ἐπισκόπων εἶναι τὸ συνάγειν συνόδους· μᾶλλον μὲν οὖν τοὐναντίον, κατὰ συμβεβηκὸς εἶναι τῶν βασιλέων, καθ' αὑτὸ τῶν ἐπισκόπων.

Οὐαλεντινιανὸς δὲ καὶ Μαρκιανὸς περὶ τῆς δʹ συνόδου πρὸς Λέοντα γράφοντες τὸν πάππαν, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐν τοῖς πρὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς συνόδου, « Τὴν σὴν Ἁγιωσύνην, φασὶν, ἐπισκοπεύουσαν, καὶ ἄρχουσαν τῆς θείας πίστεως, ἱεροῖς γράμμασιν ἐν πρώτοις δίκαιον ἡγησάμεθα προσειπεῖν. « Εἶτα· « Ὥστε, πάσης ἀσεβοῦς πλάνης ἀποκινηθείσης διὰ τῆς συγκροτηθησομένης ταύτης συνόδου σοῦ αὐθεντοῦντος, μεγίστη εἰρήνη περὶ πάντας τοὺς ἐπισκόπους τῆς καθολικῆς πίστεως γένηται. » Γράφει καὶ

B Πουλχερία ἡ Αὐγούστα περὶ τούτου πρὸς τὸν αὐτὸν Λέοντα τὸν πάππαν τοιαῦτα· « Καὶ διὰ τοῦτο ἡ σὴ εὐλάβεια καθ' ὃν ἂν φανείη τρόπον, σημᾶναι καταξιώσει, ἵνα πάντες καὶ πάσης τῆς Ἀνατολῆς οἱ ἐπίσκοποι, Θρᾴκης τε καὶ Ἰλλυρικοῦ, εἰς μίαν πολιν τὴν ταχίστην ἀπὸ τῶν ἀνατολικῶν μερῶν παραγένωνται.

Vides, qui quartam synodum congregavere quid scribant? Convocandam synodum auctore papa, et significare volente, ut in unam civitatem conveniant episcopi. Hoc ergo solum innuunt sacræ synodi, cum se congregatas dicunt Dei gratia et imperatorum decreto. Neque enim synodi plus tribuunt imperatoribus quam imperatores sibi.

Βλέπεις οἷα γράφουσιν οἱ τὴν τετάρτην συναθροίσαντες σύνοδον; Συγκροτηθησομένην τὴν σύνοδον αὐθεντοῦντος τοῦ πάππα, καὶ σημᾶναι καταξιοῦντος, ὅπως εἰς μίαν πόλιν παραγένωνται οἱ ἐπίσκοποι. Τοῦτ' ἄρα καὶ μόνον βούλονται αἱ ἅγιαι σύνοδοι, κατὰ Θεοῦ χάριν ἑαυτὰς καὶ θέσπισμα βασιλικὸν συναθροισθῆναι διαγορεύουσαι· οὐ γὰρ δὴ πλέον ἀπονέμουσιν αἱ σύνοδοι τοῖς βασιλεῦσιν, ἢ αὐτοὶ

C ἑαυτοῖ οἱ βασιλεῖς.

Quod autem objicis, beatum Leonem papam scripsisse imperatori Theodosio, et loco magnæ rei petiisse, ut imperator annueret fieri in Italia synodum generalem; quod, ais, non quæ sivisset si juris sui fuisset præstare illud, ipse Leo declarat optime, et instantiam diluit per ea quæ in eadem epistola scribit: « Litteris clementiæ vestræ, quas dudum ad beati Petri apostoli sedem pro catholicæ fidei amore misistis, tantam fiduciam sumpsimus defendendæ per vos veritatis et pacis. » Deinde: « Comperimus enim non incerto nuntio, sed fidelissimo rerum quæ gestæ sunt narratore, Hilaro diacono nostro, convenisse ad synodum plurimos sacerdotes; quorum utique frequentia consultationi et judicio profuisset, si is qui sibi locum principem vindicabat, sacerdotalem moderationem custodire voluisset. »

Ὃ δὲ λέγεις, ὅτι Λέων ὁ μακάριος πάππας Θεοδοσίῳ τῷ βασιλεῖ γράφων, ἀντὶ μεγάλου τινὸς αἰτεῖται κατανεῦσαι τὸν βασιλέα γενικὴν συγκροτηθῆναι σύνοδον ἐν Ἰταλίᾳ, καὶ ὅτι οὐκ ἂν ἐζήτει ὅπερ σὺν τῷ δικαίῳ ἔφθασεν ἔχων· αὐτὸς ὁ Λέων ἄριστα διασαφεῖ, καὶ λύει τὴν ἔνστασιν ἐν οἷς γράφει κατ' αὐτὴν ἐκείνην τὴν ἐπιστολήν· « Τοῖς γράμμασι τῆς ὑμετέρας φιλανθρωπίας ἐντυχόντες, ἃ πρώτῳ ἐστείλατε τοῦ μακαρίου ἀποστόλου Πέτρου τῷ θρόνῳ ἐκ τῆς πρὸς τὴν καθολικὴν πίστιν διαθέσεως, τοσαύτην ἐλάβομεν πεποίθησιν τοῦ ἐκδικηθῆναι δι' ὑμῶν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὴν εἰρήνην. » Εἶτα· « Ἔγνωμεν γὰρ διηγησαμένου πιστότατα ὑμῖν Ἱλάρου τοῦ ἡμετέρου διακόνου πλείστους ἱερεῖς συνελθεῖν εἰς τὴν

D σύνοδον, ὧν ἡ πληθὺς ἐγένετο ἂν πρὸ ἔργου τῇ συμβουλίᾳ καὶ τῇ κρίσει, εἴπερ ἱερατικὴν ἐπιείκειαν φυλάξαι ἠθέλησεν ἐκεῖνος, ὅστις ἑαυτῷ τόπον ἐξάρχοντος ἐξεδίκει. »

Loquitur autem pontifex de Dioscoro, qui sibi locum principem vindicaverat, quoniam ab imperatore Theodosio primatum et auctoritatem acceperat in secunda synodo Ephesina, ut constat ex prima actione Chalcedonensis. Hoc igitur reprehendens papa et in litteris ad Pulcheriam et alios, manifestissime ostendit, quod si munus imperatorum esset congregare synodos, ipsorum quoque esset dare locum principem in iis cui vellent. Atqui Leo papa hoc reprehendit, et Dioscorum ait vindicasse sibi principem locum, quamvis ille hoc ab impera-

Λέγει δὲ περὶ Διοσκόρου ὁ πάππας, τόπον ἄρχοντος ἑαυτῷ ἐκδικήσαντος διὰ τὸ παρὰ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως τὴν αὐθεντίαν καὶ τὰ πρωτεῖα τῆς δευτέρας ἐν Ἐφέσῳ εἰληφέναι συνόδου, ὡς δῆλον ἐκ τῆς αʹ πράξεως τῆς τετάρτης συνόδου. Τοῦτο γοῦν μεμφόμενος ὁ πάππας ἐνταῦθα, καὶ ἐν τοῖς πρὸς Πουλχερίαν γράμμασι, καὶ ἑτέρους σαφέστατα δείκνυσιν, ὅτι εἰ βασιλέων ἦν τὸ συνάγειν τὰς συνόδους, βασιλέων ἂν ἦν καὶ τὸ δοῦναι τὴν αὐθεντίαν τῶν συνόδων καὶ τὰ πρωτεῖα οἷς ἂν βούλοιντο. Ἀλλὰ μὴν τοῦτο μέμφεται ὁ μακάριος Λέων, ὅτι Διόσκορος

ἐξεδίκησεν ἑαυτῷ ἐξάρχοντος τόπον, καίτοι λαβὼν παρὰ βασιλέως τὴν ἐξουσίαν. Οὐκ ἄρα βασιλέων τὸ συνάγειν τὰς συνόδους, εἰ μὴ ὀργανικῶς καὶ ὑπηρετικῶς· καθ' ὃν δὴ τρόπον οὐκ ὤφειλε Διόσκορος ἐκδικεῖν ἑαυτῷ τὰ πρωτεῖα. Εἶτα ἐπιφέρει ὁ πάππας· « Ἐπεὶ τῷ μυστηρίῳ τῆς ἀληθοῦς θεότητος, καὶ τῆς ἀληθοῦς ἐν Χριστῷ ἀνθρωπότητος ὀλίγοι τινὲς ἀντιφέρονται νῦν ἀσεβῶς, πᾶσαι τῶν ἡμετέρων μερῶν αἱ ἐκκλησίαι, πάντες μετὰ στεναγμῶν καὶ δακρύων οἱ ἱερεῖς δέονται τῆς ὑμετέρας πραότητος· ἀντεῖπον γὰρ πιστῶς καὶ οἱ ἡμέτεροι, καὶ λίβελλον ἐκκλήτου δέδωκεν αὐτοῖς Φλαβιανὸς ὁ ἐπίσκοπος, ἵνα σύνοδον οἰκουμενικὴν ἐντὸς τῆς Ἰταλίας γενέσθαι κελεύσητε. Κἀν τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς ἐξηγεῖται, ὁποῖόν τι δέεται τοῦ βασιλέως· « Βοηθήσατε, φησὶ, τοῖς ὀρθοδόξοις κατὰ τὸ ὑμέτερον καὶ πατρῷον ἦθος· δότε παῤῥησίαν τοῦ ἐκδικεῖσθαι τὴν πίστιν· ἣν (εἰρήσεται δὲ μετὰ τῆς ὀφειλομένης τῇ βασιλείᾳ ὑμῶν αἰδοῦς), οὐ βία, οὐ φόβος τοῦ κόσμου οὐδεὶς ἀποκινῆσαι δυνήσεται· ἅμα γὰρ τῷ πράττειν τὰ ἐκκλησιαστικὰ καὶ τὰ τῆς ἡμετέρας πράττομεν βασιλείας καὶ σωτηρίας, ἵνα ἡσύχως τῶν ὑμετέρων ἐπαρχιῶν δεσπόζητε· ὑπεραγωνίσασθε κατὰ τῶν αἱρετικῶν, ἀκράδαντον τηροῦντες τῆς Ἐκκλησίας τὸ κατάστημα, ἵνα καὶ τὸ ὑμέτερον βασίλειον κρατύνηται τῇ δεξιᾷ τοῦ Χριστοῦ. »

tore accepisset. Non est ergo imperatorum congregare synodos, nisi per ministerii modum; qua ratione Dioscorus non debebat vindicare sibi principem locum. Et subdit papa: « Quia sacramento veræ divinitatis et veræ in Christo humanitatis a paucis impie nunc obviatur, omnes partium nostrarum Ecclesiæ, omnes mansuetudini vestræ cum gemitibus et lacrymis supplicant sacerdotes, ut quia et nostri fideliter reclamarunt, et eisdem libellum appellationis Flavianus episcopus dedit, generalem synodum jubeatis intra Italiam celebrari. » Et in fine Epistolæ declarat, cujusmodi rem petat ab imperatore; « Favete, inquit, Catholicis vestro more parentumque vestrorum. Date defendendæ fidei libertatem, quam, salva clementiæ vestræ reverentia, nulla vis, nullus poterit mundanus terror auferre. Cum enim Ecclesiæ causas, tum regni vestri agamus et salutis, ut provinciarum vestrarum quieto jure potiamini, defendite contra hæreticos inconcussum Ecclesiæ statum, ut et vestrum Christi dextera defendatur imperium. »

Ζητεῖ γοῦν ὁ πάππας τὴν σύνοδον ὡς παρὰ προμαχοῦντος καὶ ἐκδίκου τοῦ βασιλέως, ἵνα καὶ αὐτὸς τῶν ὑπηκόων ἡσύχως δεσπόζῃ. Καὶ οὐκ αἰτεῖται ἀντὶ μεγάλου τινὸς ὅπερ σὺν τῷ δικαίῳ οὐκ εἶχεν· ὅτι δὲ χωρίς τινος ἀντιλογίας τοῦτ' ἀληθὲς, καὶ τὸ ζητεῖν παρὰ βασιλέως τὴν σύνοδον οὐκ ἔστιν ὑφαίρεσις τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἐξουσίας, αὐτὸς διδάξει Λέων ὁ Μέγας ἐν οἷς γράφει πρὸς τοὺς ἐπισκόπους τῆς ἁγίας συνόδου· « Ἵνα ἡ καθόλου ὑμῶν ἀδελφότης, καὶ ἁπάντων τῶν πιστῶν αἱ καρδίαι γνῶσιν, ἐμὲ μὴ διὰ τῶν ἀδελφῶν μόνον, οἳ τοποτηροῦντες ἐμοὶ ἦσαν, ἀλλὰ καὶ δι' ἐπικυρώσεως τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πεπραγμένων ὁμογνωμονῆσαι ὑμῖν περὶ μόνην τῆς πίστεως τὴν ὑπόθεσιν· δι' ἣν καὶ θεσπίσματι τῶν Χριστιανῶν βασιλέων, καὶ συναινέσει τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου οἰκουμενικὴν σύνοδον ἔδοξε συναχθῆναι. »

Petit ergo synodum papa ab imperatore tanquam propugnatore et vindice, ut et ipse subditis quiete dominetur, non loco rei magnæ, quod sui juris non erat. Hoc autem esse omnino verum et certissimum, et petere ab imperatore synodum non esse ecclesiasticæ potestatis imminutionem, ipse Leo Magnus docebit in epistola ad episcopos synodi Chalcedonensis: « Ut vestra fraterna universitas, et omnium fidelium corda cognoscant, me non solum per fratres qui vicem meam exsecuti sunt, sed etiam per approbationem gestorum synodalium propriam vobiscum iniisse sententiam, in sola videlicet fidei causa; propter quam generale concilium et ex præcepto Christianorum principum, et ex consensu apostolicæ sedis placuit congregari. »

Τὴν δὲ συναίνεσιν τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου οὕτως ἀναγκαίαν ἡγοῦντο οἱ Ἀνατολικοὶ πρὸς τὰς συνελεύσεις τῶν συνόδων, ὥστε καὶ Λέων ὁ Ἴσαυρος, ὡς εἴρηται, ὁ Εἰκονομάχος, τὴν ἑαυτοῦ μανίαν κρατῦναι βουλόμενος ἔγραφε τῷ Ῥώμης Γρηγορίῳ, ὡς ἔστιν ἰδεῖν ἐν ταῖς πρὸ τῶν Πρακτικῶν τῆς ζ' συνόδου ἐπιστολαῖς, ἵνα οἰκουμενικὴ σύνοδος γένηται. Ἀντέγραφε δὲ ὁ πάππας· « Ἔγραψας ἵνα οἰκουμενικὴ σύνοδος γένηται, καὶ ἡμῖν ἀπρόσφορον ἐφάνη περὶ τούτου. Σύνθου, ὅτι ἐπηκούσαμέν σου, καὶ συνηθροίσθησαν ἀπὸ πάσης τῆς οἰκουμένης οἱ ἀρχιερεῖς, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Consensum porro sedis apostolicæ adeo necessarium censebant Orientales in celebrandis synodis, ut Leo quoque Isaurus, ut dictum est, volens iconomachiæ suæ insaniam stabilire, scripserit ad Gregorium II ut œcumenicam synodum fieri juberet. Papa vero respondit: « Scripsisti ut concilium universale cogeretur, et nobis inutilis ea res visa est. Finge nos te audisse, et ex universo terrarum orbe pontifices congregatos esse, » etc.

Καὶ σὺ μὲν λέγεις, ὅτι Λέων ὁ πάππας ᾔτει παρὰ Θεοδοσίου τοῦ βασιλέως ἀντὶ μεγάλου τινὸς τὸ συγκροτηθῆναι σύνοδον οἰκουμενικὴν τῇ ἐκείνου κατανεύσει· ἡμεῖς δέ φαμεν, ὅτι Λέων ὁ βασιλεὺς ᾐτεῖτο τὸν πάππαν ἀντὶ μεγάλου τινὸς τὸ κατανεύσει τοῦ πάππα συγκροτηθῆναι οἰκουμενικὴν σύνοδον. Εἰ τοίνυν ἡ συναίνεσις τοῦ πάππα ἀναγκαία, οὐκ ἀλη-

Et tu quidem dicis, Leonem papam loco magnæ rei petiisse a Theodosio imperatore ut ejus nutu synodus œcumenica cogeretur; nos autem dicimus, Leonem imperatorem petiisse loco magnæ rei a papa ut ejus nutu celebraretur synodus œcumenica. Si ergo necessarius est papæ consensus, falsum est, ad imperatores, non ad episcopos id

pertinere, ut tu dicis. Nam quod per imperatorum decreta convenerint synodi, non arguit in imperatoribus potestatem, sed obsequium, et ministerium, et propugnationem orthodoxæ fidei. Quod etiam imperator Constantinus Pogonatus fatetur in epistola ad Leonem II: « Compluries, inquit, Ecclesia hæresum impetu ægrotavit; at non aliter orthodoxiæ medicinam accepit, quam piorum et Christi amantium imperatorum adhortatione, et Deiferorum sacerdotum consensu et congregatione. »

NILUS (Cap. XXIII).

« Si vero quia Petrus Romæ diem suum obiit, idcirco magnam existimas Romanam sedem, certe præferenda erit Hierosolymorum sedes, cum eo in loco Salvator vivificam oppetierit mortem. »

CONFUTATIO.

Non hoc ipso quod Romæ mortem obierit, sed quia Petro Romæ vita functo sedes Petri evasit Roma. Tu supra dicebas, cum differentias Petri et Romani episcopi recenseres, Petrum simpliciter audisse: Quodcunque solveris, aut ligaveris, erit ligatum aut solutum in cœlis; cum vero ipse in Romanum episcopum transmitteret gratiam, non dixisse simpliciter, sed cum adjuncto: Ligabis quod ligandum erit, et rursus solves quod opus erit. Fateris ergo tu quoque transmissam a Petro gratiam in episcopum Romanum, sed non talem ac tantam qualem et quantam is habebat. Nobis vero satis erit, talem ac tantam fateri papæ potestatem, qualem quantamque testantur synodi œcumenicæ.

Tertia, in qua Cyrillus non abstinet a Nestorii communione, nisi petita facultate a papa; et papa dat Cyrillo auctoritatem potestatemque pronuntiandi sententiam contra Nestorium. In qua de papa dicitur, quod omnium Ecclesiarum curam gerat, et synodus implorat papæ indignationem contra Joannem Antiochenum, et summatim in qua papa damnat Constantinopolitanum, Alexandrino potestatem judicandi dat, et arrogantiæ Antiocheni castigator a synodo excitatur.

Quarta, in qua Dioscorus, qui usque adeo insolens exstiterat, ut papam excommunicationi subjecerit, e cœtu episcoporum quibus considebat, ejectus est mandato papæ privatusque sacerdotio. In qua custos vineæ constitutus a Domino prædicatur papa, et Orientalium moderator Ecclesiarum, atque Constantinopolitanæ illustrator Ecclesiæ, apostolico radio Romæ residente. In qua scriptum ab Orientalibus canonem de privilegiis Constantinopolitani rejicit papa, perque sacræ synodi epistolam agnoscitur canonum legislator; et juxta imperiales Gallæ Placidiæ litteras ad Theodosium, habere illam sedem dicitur papa, in qua principa-

θὲς ὅτι βασιλέων ἐστὶν, οὐκ ἐπισκόπων τὸ συνάγειν τὰς συνόδους. Καὶ τὸ θεσπίσματι βασιλικῷ συνάγεσθαι οὐ δίδωσιν ἐξουσίαν τοῖς βασιλεῦσιν, ἀλλὰ θεραπείαν καὶ ὑπηρεσίαν, καὶ προστασίαν τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· ὅπερ ὁμολογεῖ καὶ ὁ Πωγωνάτος Κωνσταντῖνος ἐν τῇ πρὸς Λέοντα τὸν πάππαν σάκρᾳ· « Πολλάκις γὰρ, φησὶν, ἡ Ἐκκλησία ταῖς εἰσβολαῖς τῶν αἱρέσεων ἐπικινδύνως ἐνόσησεν, ἀλλ' οὐχ ἑτέρως ἐδέξατο τῆς ὀρθοδοξίας τὴν ἴασιν, εἰ μὴ ταῖς τῶν εὐσεβῶν καὶ φιλοχρίστων βασιλέων προσκλήσεσι, ταῖς δὲ τῶν θεοφόρων ἱερέων συνεύσεσί τε καὶ συνελεύσεσιν.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Εἰ δὲ ὅτι ὁ Πέτρος ἐν Ῥώμῃ τὸν βίον κατέλυσε, διὰ τοῦτο μέγαν τὸν τῆς Ῥώμης θρόνον ἡγῇ, πάντως ὁ τῶν Ἱεροσολύμων τὸ πλέον ἕξει, ἐκεῖ τοῦ Σωτῆρος τὸν ζωοποιὸν καταδεξαμένου θάνατον. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Οὐ κατ' αὐτὸ τοῦτο, ὅτι κατέλυσε τὸν βίον ἐν Ῥώμῃ, ἀλλ' ὅτι καταλύσαντος ἐκεῖ τὸν βίον, θρόνος γέγονε τοῦ Πέτρου ἡ Ῥώμη. Αὐτὸς σὺ ἐν οἷς ἀνωτέρω γράφεις, τὰς διαφορὰς ἀπαριθμούμενος Πέτρου καὶ τοῦ ἐπισκόπου Ῥώμης ἔλεγες, ὅτι ὁ μὲν Πέτρος ἁπλῶς ἤκουσεν· Ὃ λύσεις ἢ δήσεις, ἔσται δεδεμένον ἢ λελυμένον ἐν τοῖς οὐρανοῖς· πρὸς δὲ τὸν Ῥώμης αὐτὸς διαβιβάζων τὴν χάριν, οὐχ ἁπλῶς εἴρηκεν, ἀλλὰ, Δήσεις ὃ δεῖ δεθῆναι, καὶ λύσεις πάλιν μετὰ τοῦ δέοντος. Ὁμολογεῖς καὶ σὺ διαβιβασθῆναι παρὰ τοῦ Πέτρου τὴν χάριν εἰς τὸν Ῥώμης ἐπίσκοπον, πλὴν οὐ τοσαύτην καὶ τοιαύτην, οἵαν καὶ ὅσην ἐκεῖνος εἶχεν. Ἡμεῖς δὲ ἀρκεσθησόμεθα τοσαύτην καὶ τοιαύτην ἐν αὐτῷ ἐξουσίαν ὁμολογοῦντες, ὅσην καὶ οἵαν αὐτῷ προσμαρτυροῦσιν αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι.

Ἡ γ', καθ' ἣν Κύριλλος οὐκ ἀφίσταται τῆς κοινωνίας τοῦ Νεστορίου χωρὶς τῆς ἐξουσίας τοῦ πάππα· καὶ ὁ πάππας δίδωσιν αὐθεντίαν καὶ ἐξουσίαν τῷ Κυρίλλῳ τοῦ ἀποφήνασθαι κατὰ Νεστορίου· ἐν ᾗ ὁ πάππας κηρύττεται πασῶν τῶν Ἐκκλησιῶν ἔχειν τὴν φροντίδα· καὶ ἡ σύνοδος προκαλεῖται τοῦ πάππα τὴν ἀγανάκτησιν κατὰ τοῦ Ἀντιοχείας Ἰωάννου· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν ᾗ ὁ πάππας τὸν Κωνσταντινουπόλεως κατακρίνει, τῷ Ἀλεξανδρείας ἐξουσίαν δίδωσι τοῦ κρίνειν, καὶ κατὰ τῆς προπετείας τοῦ Ἀντιοχείας παρὰ τῆς συνόδου σωφρονιστὴς διεγείρεται.

Ἡ δ', καθ' ἣν Διόσκορος, ὁ τοσοῦτον τολμήσας, ὥστε καθυποβαλεῖν ἀφορισμῷ τὸν πάππαν, τοῦ χοροῦ τῶν ἐπισκόπων, οἷς συνεκαθέζετο, ἐξεώσθη τῇ αὐθεντίᾳ τοῦ πάππα, καὶ τῆς ἱερωσύνης ἐγυμνώθη. Ἐν ᾗ συνόδῳ ὁ πάππας φύλαξ τῆς ἀμπέλου παρὰ τοῦ Σωτῆρος εἶναι κηρύττεται, καὶ κηδεμὼν τῶν τῆς Ἀνατολῆς Ἐκκλησιῶν, καὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἐκκλησίας, τῆς ἀποστολικῆς ἀκτῖνος ἐν Ῥώμῃ κρατούσης. Καθ' ἣν σύνοδον ὁ πάππας ἀκυρεῖ τὸν ἐκτεθέντα παρὰ τῶν Ἀνατολικῶν κανόνα περὶ τῶν πρεσβείων Κωνσταντινουπόλεως, καὶ διὰ συνοδικῆς ἐπιστολῆς θεσμοθέτης τῶν κανόνων ἐπιγινώσκεται· καὶ κατὰ τὸ βασιλικὸν γράμμα Γάλλας

Πλακιδίας πρὸς Θεοδόσιον, ἐκεῖνον ἔχειν τὸν θρόνον ὁ πάππας ἀναγορεύεται, ἐν ᾧ τὸ πρωτεῖον τῆς ἐπισκοπικῆς ἀξίας καθίδρυσεν ὁ τὰς κλεῖς δέξασθαι τὰς οὐρανίους ἀξιωθείς.

Ἡ ϛ' σύνοδος, ἧς φασιν οἱ Πατέρες ἐν τῷ προσφωνητικῷ πρὸς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον· « Ὁ δὲ κορυφαιότατος ἡμῖν συνηγωνίζετο πρωταπόστολος· τὸν γὰρ ἐκείνου μιμητὴν, καὶ τῆς καθέδρας διάδοχον εἴχομεν ὑπαλείφοντα. »

Εἰ γοῦν διάδοχος τοῦ Πέτρου ὁ πάππας, καὶ τοιοῦτος διάδοχος, οἷον αἱ οἰκουμενικαὶ σύνοδοι προσμαρτυροῦσι, τὴν αὐτὴν δηλαδὴ τῷ Πέτρῳ ἐξουσίαν ἔχων, ὡς καὶ ἐν τῇ β' πράξει τῆς ζ' συνόδου διαῤῥήδην βοᾷ Ἀδριανὸς ὁ πάππας γράφων· αὐτὸς γὰρ ὁ ἔξαρχος τῶν ἀποστόλων, ὁ μακάριος Πέτρος, ὁ πρῶτος τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας προεδρεύσας, τῆς ἀποστολικῆς αὐτοῦ ἀξίας τὴν ἀκρότητα καὶ ποιμαντικῆς φροντίδος κατέλιπε τοῖς ἑαυτοῦ διαδόχοις, οἵτινες ἐπὶ τοῦ ἱερωτάτου αὐτοῦ θρόνου εἰς τὸ διηνεκὲς καθεδοῦνται· οἷς καὶ τὴν ἐξουσίαν, καθὼς αὐτῷ παρὰ τοῦ Σωτῆρος δεσπότου Θεοῦ ἐδόθη, καὶ αὐτὸς τοῖς διαδόχοις αὐτοῦ ἀρχιερεῦσιν θείᾳ προστάξει παρέδωκε καὶ παρακατέθετο· πῶς λέγεις, ὅτι ἄλλως εἶχε τὴν ἐξουσίαν ὁ Πέτρος, καὶ ἄλλως ὁ πάππας, ἐκεῖνος ἁπλῶς, οὗτος οὐχ ἁπλῶς, τῶν συνόδων τἀναντία διδασκουσῶν; Καὶ διὰ τοῦτο μέγας ὁ Ῥώμης θρόνος, ὅτι καταλύσας ἐκεῖ τὸν βίον ὁ Πέτρος, διάδοχον ἰσοδυναμοῦντα τὸν πάππαν κατέλιπεν. Ὁ δὲ τῶν Ἱεροσολύμων οὐχ οὕτως· τοσοῦτον γὰρ ἀπεῖχε τοῦ πρῶτος εἶναι διὰ τὸν ἐκεῖ θάνατον τοῦ Σωτῆρος, ὥστε καὶ τιμηθεὶς, ὑπέκειτο τῇ Καισαρείας μητροπόλει, ὥς φησιν ἡ α' σύνοδος ἐν τῷ ζ' κανόνι· οὐδὲ γὰρ ἔχει διαδοχὴν ἡ τοῦ Χριστοῦ ἱερωσύνη.

tum episcopatus ordinavit qui cœlestes accipere claves dignus fuit.

Sexta synodus, cujus Patres in Prosphonetico ad Constantinum imperatorem, « Summus, inquiunt, nobiscum concertabat apostolorum princeps : illius enim imitatorem et sedis successorem habebamus inungentem. »

Si ergo Petri successor est papa, talisque successor qualem generalia testantur concilia, eamdem scilicet quam Petrus auctoritatem habens, ut actione II septimæ synodi Adrianus papa luculenter asserit in litteris ad imperatores; nam ipse princeps apostolorum beatus Petrus, qui apostolicæ sedi primitus præsedit, sui apostolatus principatus ac pastoralis curæ successoribus suis, qui in ejus sacratissima sede perenniter sessuri sunt, dereliquit; quibus et auctoritatis potestatem, quemadmodum a Salvatore nostro Domino Deo ei concessa est, et ipse quoque suis contulit ac tradidit divino jussu successoribus pontificibus; cur tu dicis, potestatem, sive gratiam aliter in Petro, aliter esse in successoribus; in illo simpliciter, in his non simpliciter, cum synodi contraria doceant? Magna igitur sedes Romæ, quia Petrus illic vita functus successorem æquali potestate præditum reliquit papam. At Hierosolymitanus non ita : tantum enim abest ut propter Salvatoris mortem primatu gaudeat, ut etiam honore auctus subjaceret Cæsariensi metropoli, ut septimo suo canone prima synodus ait : Christi enim sacerdotium nullum potest habere successorem.

ΝΕΙΛΟΣ.

« Εἰ δέ σε θορυβεῖ τὸ τῆς τιμῆς μέγεθος, ὃ παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων ὁ τῆς Ῥώμης ἐκληρώσατο θρόνος, τάξεως φυλακὴν τὸ τοιοῦτον ἡγοῦ. Μέγα δὲ παρὰ τοῖς ἁγίοις ἡ τάξις, ἣ καὶ τὰ οὐράνια συνέχει καὶ τὰ ἐπίγεια. »

NILUS (Cap. XXIV).

« Si vero te commovet honoris papæ magnitudo, quam a beatis Patribus Romana sedes sortita est, factum hoc puta servandi ordinis gratia. Magni autem fit a sanctis Patribus ordo, qui et cœlestia continet et terrestria. »

ΑΝΤΙΡΡΗΣΙΣ.

Πανταχοῦ κατὰ τῆς ἀρχῆς τοῦ πάππα μηχανώμενος, παρὰ τῶν μακαρίων Πατέρων αὐτὴν κατάγεις· καὶ ὡς ἀποδεδειγμένον λαμβάνεις τὸ σοὶ δοκοῦν, ἀντιφθεγγομένας ἔχων τὰς ἁγίας συνόδους, ὧν σὺ καὶ οἱ κατὰ σὲ τοῖς θεμελίοις ἐπερείδεσθαι, οὐκ οἶδ' ὅπως, μεγαληγορεῖτε. Παρὰ τῶν Πατέρων γοῦν νενομοθετῆσθαι λέγων τὸ μέγεθος τῆς τοῦ πάππα τιμῆς, ἐκεῖθεν καὶ τὴν τάξιν γενεαλογεῖς. Εἶτα τοῖς μὲν οὐρανίοις καὶ ἐπιγείοις τάξιν ἀπονέμεις θεοφύτευτον καὶ φυσικὴν, τῇ δὲ ἐκκλησιαστικῇ ἱεραρχίᾳ παρὰ τῶν Πατέρων οἰκονομηθεῖσαν, τοῦ Σωτῆρος λέγοντος· *Καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν*. Οἰκοδομήσαντος οὖν τοῦ Χριστοῦ τὴν

CONFUTATIO.

Dum omnes machinas adhibes contra primatum papæ, a beatis Patribus ubique illum deducis; et quasi demonstratum accipis quodlibet tibi placet, contradicentibus tibi sacris conciliis : quorum fundamentis inniti tu tuique similes nescio qua fronte jactatis.

Itaque papæ magnitudinem a Patribus acceptam ponens, inde etiam ordinis seriem pendere ais. Et cœlestibus quidem ac terrestribus ordinem tribuis a Deo datum et naturalem, hierarchiæ vero ecclesiasticæ ordinem a Patribus destinatum, cum Salvator dicat : *Et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [11]. Cum ergo Christus ædificaverit Ecclesiam, necessarium est ut ab eodem sit ædificii

[11] Matth. XVI, 18.

fundamentum cum ipse sit qui petram et fundamentum catholicæ Ecclesiæ jecit, juxta voces actorum tertiæ synodi, ubi Philippus, apostolicæ sedis legatus, aiebat actione 3: « Omnibus sæculis notum est, quod sanctus et beatissimus Petrus, apostolorum princeps et caput, columna fidei, catholicæ Ecclesiæ fundamentum, a Domino nostro Jesu Christo regni claves accepit; et ipsi data est potestas ligandi ac solvendi peccata. Qui ad hoc usque tempus et in perpetuum vivit in suis successoribus, et judicium exercet. »

Super hoc fundamento a Deo posito et prima synodus sanxit, servanda esse Ecclesiarum privilegia juxta mores antiquos; et secundam a sede Romana agnoscit Alexandrinam, tertiam Antiochenam; et post eas honorari vult etiam Hierosolymitanam, salva dignitate metropolis. Et tertia synodus (act. 5), in Relatione ad Cœlestinum: « Indignetur, ait, Tua Sanctitas convenienter adversus Joannem Antiochenum. Nam si licebit volentibus quibusque sedes etiam majores afficere injuriis, in extremam ibunt confusionem Ecclesiæ res. »

In his sancta illa synodus agnoscit papam ordinis Ecclesiarum custodem, sicuti quarta synodus custodem vineæ a Domino constitutum. Non ergo habuit a Patribus papa magnitudinem propter ordinem a Patribus illi datum, sed quia honorabile est, quod divinum et excellentius est, et Petrus vivit et judicat in successoribus, magnitudo honoris papæ est a dignitate Petri. Itaque quod ais, servandi ordinis gratia esse magnitudinem honoris papæ, si recte intelligatur, verum est; falsum, ut tu intelligis. Tu enim nudum ponis ordinem, et primatum nudi ordinis a Patribus, sanctæ vero synodi ordinem jurisdictionis fatentur in papa, et hunc lege Christi: ut sit per te magnitudo honoris papæ forinsecus, cum secundum veritatem intrinsecus sit. Cæterum admiratione dignum est quod adeo graviter philosopheris de ordine deque magnitudine honoris papæ, cum vos ordinem juxta mores antiquos, ut inquit prima synodus, rejeceritis, et Constantinopolitanum multis artibus usi secundum constitueritis, deinde quamvis ordine secundum iisdem decreveritis gaudere privilegiis quibus et papa: ex quo factum ut primatum papæ redegeritis in sedendi et numerandi priorem locum. Postea crescente paulatim audacia titulum œcumenici Constantinopolitanus sibi arrogavit, ne inferior esse nova Roma videretur, sed ut re vera œcumenicus est papa, ita illum æmularetur, qui per vos est illi æqualis. Unde factum ut duorum sit in Ecclesia principatus, quia duo sunt capita per vos. Cum ad hoc pervenisset audacia, visum est vobis sejungi a papa, nihil ex hoc mali futurum opinantibus, quod haberetis Constantinopolitanum caput æquipollens papæ. Schisma vero, torrentis instar vi erumpentis, multam dog-

A Ἐκκλησίαν, ἀνάγκη παρ' αὐτοῦ ἐκείνου καὶ τὸν θεμέλιον εἶναι τῆς οἰκοδομῆς, εἴπερ αὐτὸς κατεβάλετο τὴν Πέτραν καὶ τὸν θεμέλιον τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, κατὰ τὰς φωνὰς τῶν Πρακτικῶν τῆς γ' συνόδου, ἔνθα Φίλιππος τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας πρεσβευτὴς ἔλεγεν· « Ὅτι ὁ ἅγιος καὶ μακαριώτατος Πέτρος, ὁ ἔξαρχος καὶ κεφαλὴ τῶν ἀποστόλων, ὁ κίων τῆς πίστεως, ὁ θεμέλιος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀπὸ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὰς κλεῖς τῆς βασιλείας ἐδέξατο· καὶ αὐτῷ δέδοται ἐξουσία τοῦ δεσμεῖν καὶ λύειν ἁμαρτίας· ὅστις ἕως τοῦ νῦν καὶ ἀεὶ ἐν τοῖς αὐτοῦ διαδόχοις καὶ ζῇ καὶ δικάζει. »

Ἐπὶ τούτῳ τῷ θεοπροβλήτῳ θεμελίῳ καὶ ἡ πρώτη σύνοδος τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι τῶν Ἐκκλησιῶν κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἔθη θεσπίζει, καὶ μετὰ τὸν Ῥώμης B θρόνον οἶδε τὸν Ἀλεξανδρείας, τρίτον τὸν Ἀντιοχείας, μεθ' οὓς τιμᾶσθαι βούλεται καὶ τὸν Ἱεροσολύμων σωζομένου τοῦ ἀξιώματος τῇ μητροπόλει. Καὶ ἡ γ' σύνοδος ἐν τῇ ἀναφορᾷ πρὸς Κελεστῖνον τὸν πάππαν, « Ἀγανακτησάτω, φησὶν, ἡ σὴ ὁσιότης κατὰ τοῦ Ἀντιοχείας Ἰωάννου. Εἰ γὰρ δοθείη τοῖς ἐθέλουσιν ἄδεια καὶ τοὺς μείζονας ὑβρίζειν θρόνους, οἰχήσεται πρὸς ἐσχάτην ἀταξίαν τὰ τῆς Ἐκκλησίας πράγματα. »

Ἐν τούτοις ἡ ἁγία ἐκείνη σύνοδος ἐπιγινώσκει τὸν πάππαν φύλακα τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν τάξεως, καθάπερ ἡ δ' σύνοδος φύλακα τῆς ἀμπέλου παρὰ τοῦ Σωτῆρος. Οὐκ ἄρα ἔλαβε παρὰ τῶν Πατέρων ὁ πάππας τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς διὰ τὴν τάξιν, ἣν αὐτῷ οἱ Πατέρες δεδώκασιν· C ἀλλ' ἐπειδὴ τίμιον τὸ θεῖον καὶ βέλτιον, καὶ ὁ Πέτρος ἐν τοῖς διαδόχοις ζῇ καὶ δικάζει, τὸ μέγεθος τῆς τοῦ πάππα τιμῆς ἐκ τῆς ἀξίας ἐστὶ τοῦ Πέτρου. Ὥστε ὅπερ λέγεις, τὸ μέγεθος τῆς τοῦ πάππα τιμῆς εἶναι φυλακὴν τάξεως, ὀρθῶς νοούμενον ἀληθές ἐστιν· κατὰ σὲ δὲ νοούμενον, ψευδές. Σὺ μὲν γὰρ ψιλὴν ἐν τῷ πάππᾳ τάξιν λέγεις, καὶ πρωτεῖον τάξεως παρὰ τῶν Πατέρων· αἱ δὲ ἅγιαι σύνοδοι τάξιν ἐξουσίας ἐν τῷ πάππᾳ ὁμολογοῦσι, καὶ ταύτην θεσμοθεσίᾳ τοῦ Χριστοῦ· διὸ κατὰ σὲ τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς τοῦ πάππα θύραθεν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν οἴκοθέν ἐστιν. Θαυμαστὸν δὲ, πῶς μάλα σεμνῶς φιλοσοφεῖς περὶ τάξεως καὶ περὶ μεγέθους τῆς τιμῆς τοῦ πάππα· τὴν μὲν γὰρ τάξιν ὑμεῖς ἀπεσκορακίσατε τὴν κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἔθη κατὰ D τὴν α' σύνοδον, καὶ πολυμηχανίᾳ δεύτερον τὸν Κωνσταντινουπόλεως κατεστήσατε· εἶτα καὶ δεύτερον, τῶν ἴσων ὅμως ἀπολαύειν πρεσβείων τῷ τῆς πρεσβυτέρας Ῥώμης ἐψηφίσασθε, κἀντεῦθεν τὸ πρωτεῖον τοῦ πάππα εἰς πρωτοκαθεδρίαν καὶ προαρίθμησιν περιεστήσατε. Εἶτα ταῖς κατὰ μικρὸν τολμηραῖς ἀναβάσεσιν οἰκουμενικὸν ἑαυτὸν ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπέγραψεν, ἵνα μὴ δοκῇ μειονεκτεῖν τῆς παλαιᾶς Ῥώμης ἡ νέα, ἀλλ' ὥσπερ οἰκουμενικὸς τῷ ὄντι ὁ πάππας, οὕτως ἀνθαμιλλῷτο πρὸς αὐτὸν ὁ τῶν ἴσων ἀξιωθεὶς παρ' ὑμῶν. Καὶ τοῦτον τὸν τρόπον διαρχία περιγέγονε τῇ Ἐκκλησίᾳ, δικεφάλῳ οὔσῃ καθ' ὑμᾶς. Τῆς τόλμης ἐς τοσοῦτον ἐληλακυίας ἔδοξεν ὑμῖν ἀποσχισθῆναι τοῦ πάππα, καὶ μηδὲν οἴεσθαι παρὰ τοῦτο πάσχειν δεινὸν, ἔχοντας τὸν

Κωνσταντινουπόλεως κεφαλὴν ἰσοδυναμοῦσαν τῷ πάππᾳ. Τὸ δὲ σχίσμα ὥσπερ χειμάῤῥους βίᾳ ἐκραγεὶς πολὺν συρφετὸν δογμάτων συνεφειλκύσατο. Ἵνα γὰρ μὴ παράλογον δόξῃ τὸ τόλμημα, τὴν καλουμένην παρ' ὑμῶν ἐν τῷ συμβόλῳ προσθήκην ἐπενοήσατε, ὅτι δὴ Λατῖνοι τὸ παρὰ τῆς γ' ὁρισθὲν, ὥς φατὲ, συνόδου παραβάντες γεγόνασιν ὑπὸ ἀνάθεμα. Μετὰ ταῦτα καὶ αὐτὸ τὸ δόγμα, τὴν καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπόρευσιν τοῦ παναγίου Πνεύματος διασύρειν ἐπεχειρήσατε, τί μὴ λέγοντες, τί μὴ γράφοντες; Ἅμα δὲ καὶ τὴν Σαββάτου νηστείαν κωμῳδεῖν ἤρξασθε ἀποστολικόν τινα προβαλλόμενοι κανόνα τὸν μέχρι τῆς τότε μάχης ἐν γωνίᾳ που κείμενον, ὡς ἐπίπλαστον, καὶ τῇ ἀρχαιότητι ἄγνωστον. Τούτοις ἐξηκολούθησε καὶ ἡ κατὰ τοῦ ἀζύμου φιλονεικία, διατεινομένων ὑμῶν Ἰουδαϊκὸν εἶναι τὸ ἄζυμον, καὶ τοὺς Λατίνους ἀζυμίτας καλούντων. Ἐπὶ τούτοις ἀνέκυψε καὶ ἡ τοῦ καθαρτηρίου ἀπάρνησις, καὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων· πλείους γὰρ ἀεὶ τὰς διαφορὰς ἐπεσώρευεν ἡ διχόνοια μὴ μόνον ἐν δόγμασιν, ἀλλὰ κἀν διαφόροις θρησκεύμασιν. Οὕτω Λατινικὸν ὑμῖν δοκεῖ ἡ ὁσημέραι γονυκλισία, καὶ τὸ ἱεροὺς ἐγείρειν τῶν ἁγίων ἀνδριάντας. Ἐῶ λέγειν, ὅτι χωρίζοντες τὰ ἀνδρόγυνα τὴν τετραγαμίαν ἀθετεῖτε. Καὶ φρονοῦντες οὕτω, καὶ οὕτω πολιτευόμενοι μεγαλαυχεῖτε, ὡς πόῤῥω τῶν νεωτερισμῶν καθεστηκότες, καὶ ἀπαράτρωτα τὰ ἀρχαῖα φυλάττοντες. Ποία γοῦν τάξις ἐν τούτοις; ἢ ποῖον μέγεθος παρ' ὑμῖν τῆς τιμῆς τοῦ πάππα; Ὑμεῖς αὐτὸν ἐξεώσατε τῶν διπτύχων· ὑμεῖς αὐτὸν οὐκ ἔχετε ὀρθόδοξον· καὶ τὸ μέγιστον αὐτῷ ἀπονέμετε, ἐὰν, φησὶν, ὀρθόδοξος ᾖ, πρωτοκαθεδρίαν καὶ προαρίθμησιν. Τί δὲ ἄλλο ταῦτα ἢ ἀταξία καὶ σύγχυσις, καὶ ἀντινομοθετεῖν τῷ Χριστῷ, καὶ ἀντιλέγειν ταῖς οἰκουμενικαῖς τῶν συνόδων;

ς'. Ὥστε οὐ τὰς ἀρχὰς κακίζοντες, οὐδ' ἀναιροῦντες τὸ εἶναί τινας ἐν ἐξουσίαις, εἴπομεν μὴ ἐφίεσθαι ἡμᾶς τῶν ἀρχῶν· πολλοὶ γὰρ καλῶς τῇ ἀρχῇ χρησάμενοι, τῷ Θεῷ εὐηρέστησαν· καὶ μαρτυροῦσι Μωσῆς τε καὶ Ἰησοῦς καὶ Δαβὶδ ὁ πραότατος, καὶ σὺν ἑτέροις πολλοῖς Κωνσταντῖνος ὁ Μέγας καὶ ἰσαπόστολος, οὗ τὸν βίον ἥδυσμά τε καὶ παίδευμα τοῖς εἰς ὕστερον βασιλεῦσιν ὄντα παραδεδώκαμεν ἰδίᾳ

γραφῇ (1), φιλοθέων ἀνδρῶν ἀξιώσει, διεξελθόντες A ἐκ τῶν ἐκείνου πολλῶν ὀλίγα, καίτοι τῇ παρούσῃ σπουδῇ ἐνησχολημένοι· ἀλλὰ τὸ τοῦ πράγματος ἐννοοῦντες δυσμεταχείριστον μέγεθος, ἐπειδὴ πᾶσα μὲν ἀρχὴ δυσχερής· καὶ πάντων, ἀνθρώπων δὲ μάλιστα, ὅσῳ καὶ θηρίου δυσμεταχειριστότερον ἄνθρωπος, κατὰ τὸν εἰπόντα σοφὸν, διὰ τὴν πηγὴν τοῦ φρονεῖν· καὶ σὺν τούτῳ βλέποντες τὴν τοῖς ῥαθύμοις ἐγγινομένην ἐντεῦθεν βλάβην, ἑαυτοῖς μὴ προσέχουσι, καὶ τῷ καλῷ μὴ καλῶς χρήματι κεχρημένοις, καὶ τὸν Θεὸν παροξύνουσιν οὐκ ἐν τῷ μέλλοντι μόνον αἰῶνι, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ παρόντι, τούτοις ἀποδιδόντα κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν· ὅπερ ἵνα μὴ πάθωμεν, ἑλώμεθα μᾶλλον ἀκινδύνως ἄρχεσθαι, ἢ ἄρχειν ἐπικινδύνως· κερδήσομεν γὰρ ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἀπαλλαγὴν τῶν ἐνταῦθα κινδύνων διὰ τὴν ἀρχὴν, B καὶ τῆς ἀποκειμένης ἐκεῖ τοῖς οὐκ ἀξίως ζήσασι τῆς ἀρχῆς ἀτελευτήτου κολάσεως τὴν φυγὴν, καὶ τῶν αἰωνίων καὶ πέρας οὐκ ἐπισταμένων ἀπολαύσομεν ἀγαθῶν· ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ παναγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

didimus, piis viris rogantibus; narrantes ex illius actibus multis paucos, quanquam præsenti lucubratione occupati. Sed rei consideramus summam arduitatem; quoniam omnis dominatio difficilis, hominum autem maxime; quanto scilicet vel fera intractabilior est homo, prout dixit sapiens, propter ingenii profunditatem. Simulque observavimus damnum hinc socordibus eveniens, qui sibi minime attendunt, et pulchra re non utuntur pulchre; et Deum irritant, non in futuro tantum sæculo, verum etiam in præsenti, qui hos remuneratur juxta opera ipsorum. Quod ne patiamur, malimus potius tuto imperari quam periculose imperare. Sic enim vitabimus tum in præsenti vita imperii pericula, et repositam illic indigne viventibus incessabilem punitionem; atque æternis finemque nescientibus bonis fruemur. Quæ utinam omnes nos consequamur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri gloria est cum sanctissimo Spiritu nunc et per omnia sæcula sæculorum. Amen.

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ ΟΓΔΟΗΣ ΗΘΙΚΟΝ (1).

Περὶ τῶν φρικτῶν καὶ θείων καὶ ἀχράντων καὶ ζωοποιῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων· καὶ ὅτι ἡ τούτων μετάληψις τοῖς μὲν ἀξίοις ἐστὶ σωτηρία, τοῖς δὲ ἀναξίοις κόλασις. C

αʹ. Σκόπει γε μὴν κἀκεῖνο, ὅτι λέγει νῦν φανερῶς περὶ τῆς μυστικῆς μεταλήψεως τοῦ τιμίου σώματος αὐτοῦ καὶ ζωοποιοῦ· καθάπερ γάρ ἐστι ζωοποιὸς κατὰ φύσιν ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ Υἱός τε καὶ Λόγος, οὕτω δὴ καὶ τὴν, ἐν ᾗ κατῴκησε σάρκα, ζωοποιὸν ἀπέδειξεν, ὅλος κατὰ τὸν ἄῤῥητον τῆς ἑνώσεως λόγον ταύτῃ συμβεβηκὼς, καὶ μετασκευάσας αὐτὴν εἰς τὸ ἴδιον ἀγαθὸν ἤτοι τὴν ζωήν· διὰ τοῦτο καὶ ζωοποιεῖ τοὺς μετέχοντας αὐτοῦ, τὸ παναγίον σῶμα Χριστοῦ, τὸν θάνατον ἐξελαῦνον, καὶ ἐξιστῶν τὴν φθορὰν, ἅτε δὴ τὸν τὴν φθορὰν τελείως ἀφανίζοντα λόγον ὠδῖνον ἐν ἑαυτῷ· ὁ γὰρ ἄρτος ὁ ἐν τοῖς μυστηρίοις ὑφ' ἡμῶν ἐσθιόμενος, καὶ ὁ οἶνος ὁ πινόμενος ὁμοίως σὺν ὕδατι, οὐκ ἀντίτυπά ἐστι τῆς τοῦ D Κυρίου σαρκὸς τοῦ αἵματος, ἀλλ' αὐτὴ ἡ τοῦ Κυρίου σὰρξ καὶ τὸ αἷμα· οὐχ ὅτι αὐτὸ τὸ ἀναληφθὲν σῶμα ἐξ οὐρανοῦ κατέρχεται, ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος ἅμα τῷ ὕδατι πρὸς σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ ἡνωμένον θεότητι μεταποιοῦνται, ὡς τὸ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου σῶμα λόγοις ἀποῤῥήτοις διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας καὶ ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ γὰρ εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι Ὁ ἄρτος ὃν ἐγὼ δώσω, ἀντίτυπόν ἐστι τῆς σαρκός μου, ἀλλ' ἡ σάρξ

SERMONIS OCTAVI ETHICON.

De tremendis et divinis immaculatisque ac vivificis Christi mysteriis. Et quod horum susceptio dignis fiat in salutem, indignis autem in pœnam.

1. Nunc et illud vide, quod nempe in præsenti loquitur manifeste de pretiosi ac vivifici corporis sui mystica communione. Sicut enim vivificus suapte natura est unigenitus Dei Filius ac Verbum, sic etiam illam, in qua habitavit, carnem vivificam effecit, cum ei se totum per ineffabilem unionis rationem conjunxit, eamdemque ad sui ipsius excellentiam, id est vitam extulit. Propterea etiam vivificat sui participes sanctissimum Christi corpus, mortem pellens, corruptionem submovens: quippe quod peremptorium prorsus corruptionis Verbum in se gestat. Etenim panis qui a nobis in mysteriis comeditur, et vinum quod aqua immista pariter bibimus, haud sunt profecto carnis sanguinisque Domini antitypa, sed ipsamet Domini caro et sanguis: non quod corpus, quod sumitur, de cœlo adveniat, sed quia ipse panis cum vino et aqua in corpus sanguinemque Christi divinitati copulatum convertuntur; ut fiat illud de sancta Virgine natum corpus, modis inenarrabilibus, per mysticam benedictionem et sancti Spiritus interventionem. Non enim dixit Dominus: Panis quem ego dabo, antitypon carnis

(1) Tres mihi in manibus sunt Constantini Magni Vitæ, quas in Vaticanis codicibus reperi. Utrum vero in earum numero sit hæc, cujus se auctorem Theodorus noster dicit, alibi disquiremus.

(2) Huic ethico præit expositio verborum Domini apud Joan. VI, 52: *Et panis, quem ego dabo, caro mea est quam ego dabo pro mundi vita.* Porro ut in Præfatione innuimus, hujus præsertim ethici causa, in quo est præclarissimum de SS. Eucharistia testimonium, cum perspicua dogmatis doctrina, hæc nos Theodori excerpta vulgare suscepimus.

meæ est, sed caro mea est : id quod postea quoque in mystica cœna affirmavit, quo tempore ad voluntariam passionem accessit. Dixit nimirum : « Hoc est corpus meum, » dum panem porrigeret, et « Hic est sanguis meus, » dum calicem propinaret. Hæc videlicet mensa illa est, nihiloque inferior : non enim illam quidem Christus, hanc autem homo instruit; sed hanc pariter Chrisjus apparat, sacerdotibus ministrorum vice fungentibus : quandoquidem haud humanarum virium opera nobis in conspectu sunt, sed Dei sanctificantis et transmutantis.

2. Quod si modum rei gestæ requiris, satis tibi scire sit, quod per sanctum Spiritum sibi atque in se carnem Dominus constituit : nihilque ulterius cognoscimus, nisi quod Dei Verbum verum omnipotensque est, rei autem modus inscrutabilis. Neque id quoque fortasse dicetur absurde, quod quomodo naturaliter panis in comestione, et vinum cum aqua in potu, in manducantis bibentisque corpus ac sanguinem commutantur, neque idcirco sit aliud hominis corpus a priore diversum ; ita etiam oblatus panis et vinum cum aqua, per invocationem atque adventum sancti Spiritus, supernaturaliter in corpus Christi ac sanguinem convertuntur : neque idcirco duo sunt, sed unum. Idemque nunc in iis efficitur, qui cum fide ac digne suscipiunt, in peccatorum remissionem, vitam æternam, et animæ corporisque custodiam; in illis vero qui cum incredulitate ac indignitate communicant, fit punitionis pœnæque instrumentum. Non secus ac Domini mors credentibus exstitit vita et incorruptio, ut beatitudine fruantur æterna; incredulis autem et Domini interfectoribus punitionem pœnamque contulit sempiternam. Etenim quia humanæ naturæ se commiscuit Dominus, corpusque nostrum assumpsit, escam quoque de pane exhibuit, et de vino aquaque potum. Haud aliam quippe excogitavit conservandæ naturæ rationem, sed communibus congruisque alimentis corpus suum sustentavit, esca et potu subsistentiam conservans : nam panis ille comesus et potio bibita, in corpus ejus sanguinemque convertebatur, fiebatque conformis deiferæ carni, eique augendæ et conservandæ proderat, quæ scilicet ob inhabitans Dei Verbum ad dignitatem simul divinam transferebatur.

3. Bene igitur nunc quoque sanctificatum verbo Dei panem in Verbi divini corpus commutari cre-

μου ἐστίν (2)· ὥσπερ ὕστερον κἀν τῷ μυστικῷ δείπνῳ εἴρηκεν, εἰς τὸ πάθος ἐρχόμενος τὸ ἑκούσιον· « Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, » τὸν ἄρτον διδούς· καί, « Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, » τὸ ποτήριον παρέχων· αὕτη γὰρ ἐκείνη ἐστὶν ἡ τράπεζα, καὶ οὐδὲν ἔλαττον ἔχει· οὐ γὰρ ἐκείνην μὲν ὁ Χριστός, ταύτην δὲ ἄνθρωπος δημιουργεῖ· ἀλλὰ καὶ ταύτην αὐτός, ὑπηρετῶν τάξιν τῶν ἱερέων ἐπεχόντων, ἐπείπερ οὐκ ἀνθρωπίνης δυνάμεως ἔργα τὰ προκείμενα, ἀλλὰ Θεοῦ ἁγιάζοντος ταῦτα καὶ μετασκευάζοντος.

β'. Εἰ δὲ τὸν τρόπον ἐπιζητεῖς, πῶς γίνεται, ἀρκεῖ σοι μαθεῖν ὅτι διὰ Πνεύματος ἁγίου ἑαυτῷ τὴν σάρκα ὁ Κύριος ὑπεστήσατο· καὶ πλέον οὐδὲν γινώσκομεν, ἢ ὅτι ὁ Λόγος τοῦ Θεοῦ ἀληθής ἐστι καὶ παντοδύναμος, ὁ δὲ τρόπος ἀνεξερεύνητος. Οὐ χεῖρον δὲ ἴσως καὶ τοῦτο εἰπεῖν, ὅτι καθάπερ φυσικῶς ὁ ἄρτος διὰ τῆς βρώσεως, καὶ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς πόσεως, εἰς σῶμα καὶ αἷμα τοῦ ἐσθίοντος καὶ πίνοντος μεταβάλλονται, καὶ οὐ γίνονται σῶμα ἕτερον παρὰ τὸ πρότερον αὐτοῦ σῶμα, οὕτω καὶ ὁ τῆς προθέσεως ἄρτος καὶ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ διὰ τῆς ἐπιφοιτήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑπερφυῶς εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα μεταποιοῦνται· καὶ οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἕν. Καὶ τὸ αὐτὸ γίνεται νῦν τοῖς μὲν πίστει καὶ ἀξίως μεταλαμβάνουσιν εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν, εἰς ζωὴν αἰώνιον, καὶ εἰς φυλακτήριον ψυχῆς τε καὶ σώματος, τοῖς δὲ ἐν ἀπιστίᾳ καὶ ἀναξίως μετέχουσιν εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν· ὥσπερ καὶ ὁ τοῦ Κυρίου θάνατος τοῖς μὲν πιστεύουσι γέγονε ζωὴ καὶ ἀφθαρσία εἰς ἀπόλαυσιν τῆς αἰωνίου μακαριότητος, τοῖς δὲ ἀπειθοῦσι καὶ τοῖς Κυριοκτόνοις, εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν αἰώνιον· καὶ γάρ τοι καὶ συνανακραθέντος τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει τοῦ Κυρίου, καὶ ἐν σώματι γενομένου τῷ ἡμετέρῳ καὶ τὴν ἐξ ἄρτου τροφὴν προσιεμένου, καὶ τὴν ἐξ οἴνου καὶ ὕδατος πόσιν· οὐ γὰρ ἄλλην τινὰ παρεκαινοτόμησε τῇ φύσει τὴν σύστασιν, ἀλλὰ διὰ τῶν συνήθων καὶ καταλλήλων, ἔδωκε τῷ καθ' ἑαυτὸν σώματι τὴν διαμονήν, βρώσει καὶ πόσει περικρατῶν τὴν ὑπόστασιν· ὁ ἄρτος ἐκεῖνος ὁ ἐσθιόμενος, καὶ τὸ πινόμενον πόμα, πρὸς σῶμα αὐτοῦ καὶ αἷμα μετεβάλλετο, καὶ συνεξωμοιοῦτο τῇ θεοδόχῳ σαρκί, καὶ εἰς αὔξησιν καὶ σύστασιν αὐτῆς συνεβάλλετο, μεταποιηθείσης ἅμα τῇ ἐνοικήσει τοῦ Θεοῦ Λόγου πρὸς τὴν ἀξίαν τὴν θεϊκήν.

γ'. Καλῶς οὖν καὶ νῦν τὸν τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ ἁγιαζόμενον ἄρτον εἰς σῶμα τοῦ Θεοῦ Λόγου μετα-

(2) Sic apud Catenam Possinianam ad Matth. Theodorus Heracleota : Μὴ νομίσῃς τύπον εἶναι τὰ τοιαῦτα, ἀλλ' ὅτι ὁ ἄρτος αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου, καὶ τὸ αἷμά ἐστι μεταποιούμενον εἰς σάρκα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἀῤῥήτῳ ἐνεργείᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ibidem Theodorus Mopsuestenus : Οὐκ εἶπε, Τοῦτό ἐστι τὸ σύμβολον τοῦ σώματός μου· καὶ τοῦτο τοῦ αἵματός μου· ἀλλά, « Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, καὶ τὸ αἷμά μου· » διδάσκων ἡμᾶς μὴ πρὸς τὴν φύσιν ὁρᾷν τοῦ προκειμένου, ἀλλὰ διὰ τῆς γενομένης εὐχαριστίας εἰς σάρκα καὶ αἷμα μεταβάλλεσθαι. Ibidem denique Chrysostomus : « Τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, » δεικνύει ὅτι αὐτὸ τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἐστὶν ἄρτος ὁ ἁγιαζόμενος ἐν τῷ θυσιαστηρίῳ· » ἀῤῥήτῳ γὰρ τρόπῳ μεταποιεῖται εἰς σάρκα καὶ αἷμα τοῦ Κυρίου, κἂν ἡμῖν φαίνηται. Similiter in Catena Corderiana ad Matth. S. Joannes Damascenus : Οὐκ ἔστι τύπος ὁ ἄρτος καὶ οἶνος τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ· μὴ γένοιτο· ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα, καὶ αὐτὸ τὸ αἷμα εἰς σύστασιν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς τε καὶ σώματος χωροῦν.

ποιεῖσθαι πιστεύομεν· καὶ ὁμοίως τὸν οἶνόν τε καὶ τὸ ὕδωρ εἰς αἷμα· ἐπεὶ κἀκεῖνο τὸ σῶμα τῇ ἐπισκηνώσει τοῦ Λόγου τοῦ ἐπισκηνώσαντος ἐν αὐτῷ καθαγιασθὲν ἄρτος καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ ἦν τῇ δυνάμει· καὶ γὰρ ἐκ τούτων παντὸς ἀνθρωπίνου σώματος ἡ ὑπόστασις· καὶ ὁ πρὸς ταῦτα βλέπων δυνάμει πρὸς τὸν ὄγκον τοῦ ἡμετέρου σώματος βλέπει· ὅτι ἐν τούτῳ ἐκεῖνα γενόμενα, τοῦτο γίνεται, καὶ τρόπον τινὰ ταυτόν ἐστιν ἐκείνοις τὸ ταῦτα παραδεξάμενον σῶμα, τῆς τροφῆς, ὥσπερ εἴρηται, πρὸς τὴν τοῦ σώματος φύσιν διὰ τῆς ἀλλοιωτικῆς δυνάμεως καταλλήλως μεθισταμένης· ὅθεν γὰρ ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ σώματι μεταποιηθεὶς ἄρτος εἰς θείαν μετέστη δύναμιν, διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ νῦν τὸ ἴσον γίνεται· ἐκεῖ τε γὰρ ἡ τοῦ Λόγου χάρις ἅγιον ἐποίει τὸ σῶμα, ᾧ ἐκ τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος ἡ σύστασις ἦν, καὶ τρόπον τινὰ καὶ αὐτὸ ἄρτος καὶ οἶνος καὶ ὕδωρ ἦν, ἐνταῦθά τε ὡσαύτως ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος καὶ τὸ ὕδωρ, καθά φησιν ὁ Ἀπόστολος, ἁγιάζονται διὰ λόγου Θεοῦ καὶ ἐντεύξεως, οὐ διὰ βρώσεως προϊόντα εἰς τὸ σῶμα γενέσθαι τοῦ Λόγου, ἀλλ' εὐθὺς εἰς τὸ σῶμα διὰ τοῦ Λόγου μεταποιούμενα.

δʹ. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τοῦ θείου βαπτίσματος γίνεται· τὸ γὰρ κοινὸν ὕδωρ, καὶ ὀλίγου τινὸς ἄξιον πρὸ τῆς εὐλογίας, μετὰ τὸν ἁγιασμὸν τὸν παρὰ τοῦ θείου Πνεύματος θεῖον γίνεται καὶ ἱερὸν, ἐνεργοῦν μεγάλα καὶ θαυμαστὰ, λέγω δὴ κάθαρσιν ἁμαρτιῶν, ἀνακαινισμὸν καὶ ἀναγέννησιν, πάντως οὐχὶ σωματικὴν, καὶ ἣν ὁ Νικόδημος ἐνόησεν, ἔτι τῇ τοῦ νόμου παρακαθήμενος σκιᾷ, καὶ μηδὲν ὑψηλὸν φαντασθῆναι δυνάμενος, ἀλλὰ ξένην τινὰ καὶ παρηλλαγμένην, καὶ ὀφθαλμοῖς μὲν οὐδαμῶς βλεπομένην, ἐννοίᾳ δὲ μόνῃ θεωρουμένην, καὶ ὄντως ἀξίαν τοῦ ταύτην ἡμῖν χαρισαμένου Χριστοῦ, δι' ἡμᾶς γεγονότος καθ' ἡμᾶς· ἵνα, ὥσπερ ἐπεβουλεύθημεν πάλαι μετὰ τῆς μερίμνης τοῦ κακουργοῦντος ὑποχθονίου δαίμονος καὶ μοχθηροῦ καὶ βασκάνου, προκάλυμμα τῆς ἑαυτοῦ γνώμης ἄξιον εὑρηκότος τὸν ὄφιν, ὁμοίῳ τε ἑρπετῷ ἐνοικήσαντος, καὶ διὰ τούτου τὴν κατὰ τοῦ γένους ἡμῶν ἁμαρτίαν καινοτομήσαντος, οὕτως ὕστερον σωθῶμεν μετὰ τῆς φροντίδος τοῦ δημιουργοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ τέλειον ἄνθρωπον ἀναλαβόντος, καὶ οὕτω τὴν τοῦ ἐχθροῦ πονηρίαν ἐπανορθώσαντος, καὶ αὐτουργήσαντος τὴν ἡμῶν σωτηρίαν· τὸν αὐτὸν οὖν τρόπον καὶ ὁ ἄρτος καὶ ὁ οἶνος ἅμα τῷ ὕδατι, κοινὰ πρότερον ὄντα, ὅταν αὐτὰ τὸ μυστήριον ἱερουργήσῃ, σῶμα καὶ αἷμα γίνονται τοῦ Χριστοῦ, τῆς ἄνωθεν χάριτος εὐλογούσης αὐτά.

εʹ. Καὶ πῶς, φησὶν, οὐχὶ φαίνονται ἡμῖν σὰρξ καὶ αἷμα, ἀλλ' ἄρτος καὶ οἶνος; Διὰ τὸ μὴ ἡμᾶς ἀηδίζεσθαι πρὸς τὴν βρῶσιν· εἰ μὲν γὰρ σὰρξ καὶ αἷμα ἐφαίνοντο, ἀηδῶς ἂν διεκείμεθα περὶ τὴν μετάληψιν ὡς ἀσυνήθη (1)· νῦν δὲ τοιαύτης φαινομένης ἡμῖν, εὐχερῶς ταύτης μεταλαμβάνομεν. Οἶδε γὰρ ὁ Θεὸς ὅτι ἡ ἀνθρωπίνη ἀσθένεια πολλάκις τὰ μὴ κατὰ συνήθειαν τετριμμένα ἀποστρέφεται δυσχεραίνουσα· διὸ

A dimus; vinumque cum aqua pariter in sanguinem: quandoquidem et corpus illud, Verbi habitaculo quod in eo residebat sanctificatum, panis vinique cum aqua vim habebat: namque his alimentis omne corpus humanum subsistit: et qui hæc spectat, perinde est ac si corporis nostri incrementum spectet: quia intra hoc illa suscepta, corpus revera fiunt, et idem quodammodo cum illis fit corpus eadem excipiens; cibo, ut dictum est, in corporis naturam, per vim convertibilem, congruenter transformato. Sicut ergo in Christi corpore commutatus panis in divinam vim transibat, ita et nunc contingit similiter. Illic enim gratia Verbi sanctum efficiebat corpus, cui ex pane vinoque et aqua subsistentia conflebat, ita ut idem B corpus panis quodammodo ac vinum et aqua esset. Nunc autem panis similiter et vinum cum aqua, sicut ait Apostolus [a], sanctificantur per verbum Dei et orationem; neque hæc tamen vi manducationis in corpus Verbi transeunt, sed illico in corpus a Verbo commutantur.

4. Hoc etiam in divino baptismate accidit. Etenim quæ vulgaris erat vilisque pretii aqua ante benedictionem, post sanctificationem a divino Spiritu collatam, divina sacraque fit, magna et mirabilia operans, purgationem, inquam, peccatorum, renovationem et regenerationem; haud profecto corporalem, de qua Nicodemus cogitabat, qui legis C adhuc umbræ adhærebat, nihilque excelsum imaginari valebat: sed peregrinam quamdam diversamque; et oculis sane invisibilem, sola vero mente spectabilem; vereque dignam Christo ipsam donante, qui nostri gratia factus est sicut unus de nobis. Ut sicut olim insidiis circumventi fuimus, artificio malefici infernalis draconis, improbi et invidi, qui operculum mente sua dignum adinvenit serpentem, et in simili sibi reptili habitavit; et hujus opera primo in nostrum genus introduxit peccatum; sic nos postea cura creatoris clementisque Dei, qui perfectum hominem assumpsit, atque ita inimici malitiam correxit, nostramque salutem operatus est; pari, inquam, modo panis quoque et vinum cum aqua, quæ antea res comD munis erant, postquam ea mysterium consecraverit, corpus et sanguis Christi fiunt, superna ipsis benedicente gratia.

5. Atqui, dicet aliquis, cur caro et sanguis non apparent nobis, sed panis vinumque? Ne nos videlicet, inquam, a comestione abhorreremus. Nam si caro et sanguis apparerent, insuaviter prorsus ad participandum tam insolita accederemus. Nunc vero, tali sub forma cum nobis appareant, facile hæc participamus. Scit enim Deus humanam infirmitatem sæpe respuere quæ sibi non sunt con-

[a] I Tim. IV, 5.

(1) Imitatur Theodorus sanctum Cyrillum in commentario ad Lucam.

sueta : ideoque solita sua indulgentia utens, per consueta naturæ facit ea quæ sunt supra naturam. Sicut igitur in baptismate, quoniam hominum mos est aqua lavari, et oleo ungi, aquæ et oleo gratiam Spiritus immiscuit, fecitque hæc renovationis lavacrum et regenerationis; re sensibili intellectuale donum efficiens; pari ratione, quoniam solent homines panem comedere vinumque cum aqua bibere, his copulavit deitatem suam; eaque corpus suum ac sanguinem efficiens, panis tamen vinique apparentiam retinuit, ut a consuetis ac naturalibus ad supernaturalia sublevemur. Nihil enim sensibile nobis Christus tradidit, sed res quidem sensibiles; omnia tamen intellectualiter accipienda. Nam si quidem incorporei essemus, utique incorporalia nobis dona dedisset : sed quia corpori copulata est anima, sensibili sub specie intellectualia nobis tradidit. Neque idcirco panis ille et vinum cum aqua, quæ in sacro altari sanctificantur, typus quidam sunt Christi corporis sanguinisque; absit! sed corpus ipsum ac sanguis Domini deificata. Caveamus itaque quominus hæc tantummodo prout oculis prostant spectemus, sed Christi verba retinentes, persuadeamus nobismet atque credamus, eaque mentis oculis conspiciamus. Nam sermo ejus infallibilis est; sensus vero noster facile decipitur : ille nunquam excidit, hic plerumque fallitur. Quandoquidem igitur sermo ejus dicit : « Hoc est corpus meum, » et « Hic est sanguis meus, » Deo credamus, et nullatenus contradicamus : etiamsi rationi nostræ contrarium appareat atque visui id quod affirmatur : ac ratiocinio prorsus nostro visuque potiorem existimemus sermonem ejus.

6. Quod si nonnulli antitypa corporis sanguinisque Domini hæc appellaverunt, veluti deiloquus loquitur Basilius in mysticis sacrificii precibus dicens : « Et proponentes antitypa corporis et sanguinis Christi tui; » haud equidem post sanctificationem, inquam ego, sed ante sanctificationem et ante susceptam gratiam, sic ea appellaverunt; ordinantes egregie admodum hi viri inspirati, ut nos cum amore ac fide veneremur, ante etiam quam consecrentur, divina hæc dona, tanquam antitypa illorum quæ geruntur in magno ingressu ad sacram liturgiam : ea ratione, qua humanam quoque Dei humanati fictam pictamque figuram, tanquam ejusdem antitypum, veneramur. Namque imaginis honor ad prototypum transit, ut magnus inquit Basilius. Cæteroqui picta quidem Dominicæ carnis imago, hujus omnino antitypon est, nunquam tamen erit ipsum prototypon, id est ipse Christus. Hæc autem divina dona, quæ catenus

A καὶ τῇ συνήθει κεχρημένος συγκαταβάσει, διὰ τῶν συνήθων τῆς φύσεως ποιεῖται τὰ ὑπὲρ φύσιν· ὥσπερ οὖν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος, ἐπειδήπερ ἐστὶ τοῖς ἀνθρώποις ἔθος ὕδατι λούεσθαι καὶ ἐλαίῳ χρίεσθαι, συνέμιξε τῷ ὕδατι καὶ τῷ ἐλαίῳ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος, καὶ ἐποίησε ταῦτα λουτρὸν ἀναγεννήσεως καὶ ἀνακαινίσεως, δι' αἰσθητοῦ πράγματος νοητὸν δῶρον ἀποτελῶν· οὕτως ἐνταῦθα, ἐπεὶ τοῖς ἀνθρώποις ἔθος ἄρτον ἐσθίειν, καὶ πίνειν οἶνον μεθ' ὕδατος, συνέζευξεν αὐτοῖς τὴν αὐτοῦ θεότητα· καὶ ποιήσας αὐτὰ σῶμα καὶ αἷμα αὐτοῦ, τὸ εἶδος τοῦ ἄρτου καὶ τοῦ οἴνου ἐφύλαξεν, ἵνα διὰ τῶν συνήθων καὶ κατὰ φύσιν ἐν τοῖς ὑπὲρ φύσιν γινώμεθα· οὐδὲν γὰρ αἰσθητὸν παρέδωκεν ἡμῖν ὁ Χριστὸς, ἀλλ' αἰσθητὰ μὲν πράγματα, πάντα δὲ νοητά· εἰ μὲν γὰρ
B ἀσώματοι ἦμεν, γυμνὰ ἂν ἡμῖν αὐτὰ τὰ ἀσώματα παρέδωκε δῶρα· ἐπεὶ δὲ σώματι συμπέπλεκται ἡ ψυχὴ, ἐν αἰσθητοῖς ἡμῖν τὰ νοητὰ παραδίδωσιν. Οὐκ ἄρα τύπος ὁ ἄρτος, καὶ ὁ οἶνος ἅμα τῷ ὕδατι, τὰ ἐν τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ ἁγιαζόμενα τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ καὶ τοῦ αἵματος, μὴ γένοιτο, ἀλλ' αὐτὸ τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Κυρίου τεθεωμένα· διὸ μὴ τοῖς κειμένοις μόνον ἐμβλέπωμεν, ἀλλὰ τὰ ῥήματα αὐτοῦ κατέχοντες, καὶ πειθώμεθα, καὶ πιστεύωμεν, καὶ νοητοῖς αὐτὰ βλέπωμεν ὀφθαλμοῖς· ὁ μὲν γὰρ λόγος αὐτοῦ ἀπαραλόγιστος (1)· ἡ δὲ αἴσθησις ἡμῶν εὐεξαπάτητος· οὗτος οὐδέποτε διέπεσεν· αὕτη δὲ τὰ πλείονα σφάλλεται. Ἐπεὶ οὖν ὁ λόγος αὐτοῦ φησὶ, « Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, »
C καὶ, « Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, » πειθώμεθα τῷ Θεῷ, καὶ μὴ ἀντιλέγωμεν, κἂν ἐναντίον εἶναι δοκῇ τοῖς ἡμετέροις λογισμοῖς, καὶ ταῖς ὄψεσι τὸ λεγόμενον· καὶ λογισμῶν καὶ ὄψεων κυριώτερον ἔχωμεν αὐτοῦ τὸν λόγον.

ς'. Εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου ταῦτα ἐκάλεσαν, ὡς ὁ θεοφάντωρ ἔφη Βασίλειος ἐν ταῖς μυστικαῖς τῆς ἱερουργίας εὐχαῖς, οὕτω λέγων· « Καὶ προθέντες τὰ ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ σου· » ἀλλ' οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι, εἶπον, πρὸ μέντοι τοῦ ἁγιασθῆναι, καὶ πρὸ τοῦ τὴν χάριν λαβεῖν, οὕτως ἐκάλεσαν (2), διαταξάμενοι μάλα καλῶς οἱ θεόληπτοι προσκυνεῖν ἡμᾶς μετὰ πόθου καὶ πίστεως, καὶ πρὸ τοῦ τελειωθῆναι ταῦτα τὰ θεῖα δῶρα, ὡς ἀντίτυπα τῶν
D τῆς μεγάλης γινομένης εἰσόδου (3), τῆς ἐν τῇ ἱερᾷ λειτουργίᾳ, καθάπερ προσκυνοῦμεν καὶ τῆς ἀνθρωπίνης τοῦ θεανθρώπου Λόγου μορφῆς τὸ ἐκτύπωμα, ὡς ἐκείνου ἀντίτυπον· ἡ γὰρ τιμὴ τῆς εἰκόνος ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει, φησὶν ὁ μέγας Βασίλειος (4)· καίτοι γε ἡ μὲν γεγραμμένη τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς εἰκὼν, τούτου διὰ παντὸς ἀντίτυπος οὖσα, οὐκ ἔσται ποτὲ αὐτὸ τὸ πρωτότυπον, ἤγουν αὐτὸς ὁ Χριστός. Ταῦτα δὲ τὰ θεῖα δῶρα μέχρι τινὸς ἀν-

(1) Sic etiam S. Cyrillus.

(2) Consonat prorsus Joan. Damascenus in Corderiana Catena p. 755 : Εἰ δὲ καί τινες ἀντίτυπα τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Κυρίου τὸν ἄρτον καὶ τὸν οἶνον ἐκάλεσαν, οὐ μετὰ τὸ ἁγιασθῆναι, εἰπὸν, ἀλλὰ πρὶν ἁγιασθῆναι τὴν προσφορὰν οὕτω καλέσαντες.

(3) Duplex est ad Græcam missam introitus; minor initio dum sacra dona nondum consecrata ad mensam deferuntur; major, cum jam consecrata deducuntur ad altare.

(4) S. Basilii locum videsis late expositum a S. Nicephoro in opere contra Iconomachos, apud nos in hac Biblioth. T. V. (*Patrologiæ*, tom. C.

τιτυπα ὄντα τῆς τοῦ Κυρίου σαρκὸς καὶ τοῦ αἵματος, ἁγιάζονται μετὰ ταῦτα, καὶ ἀληθῶς αὐτὸ γίνονται τὸ πρωτότυπον, ἤτοι ἡ σὰρξ αὐτὴ καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριστοῦ, διὰ τῆς μυστικῆς εὐλογίας, καὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐπιφοιτήσεως· ὅθεν χρεὼν καὶ διὰ τοῦτο μετὰ πόθου καὶ πίστεως προσκυνεῖν ἡμᾶς ταῦτα, πρὸς τὸ τελειωθῆναι ἀγόμενα (3). Ἀντίτυπα δὲ τῶν μελλόντων λέγονται ταῦτα, οὐχ ὡς μὴ ὄντα κατ' ἀλήθειαν σῶμα καὶ αἷμα Χριστοῦ, ἀλλ' ὅτι νῦν μὲν δι' αὐτῶν μετέχομεν τῆς τοῦ Χριστοῦ θεότητος, τότε δὲ νοητῶς διὰ μόνης τῆς θέας· διά τοι τοῦτο καὶ κοινωνία ἡ αὐτῶν καλεῖται μετάληψις, ὅτι τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἡμῖν χαρίζεται ἕνωσιν, καὶ κοινωνοὺς ἡμᾶς ποιεῖ τῆς αὐτοῦ βασιλείας· οὐ μὴν δὲ ἀλλ' ὅτι καὶ κοινωνεῖν ἐντεῦθεν ἡμᾶς καὶ ἀλλήλοις ἑνοῦσθαι παρασκευάζει· ἐπεὶ γὰρ ἐξ ἑνὸς ἄρτου καὶ ποτηρίου μεταλαμβάνομεν ἅπαντες, λοιπὸν καὶ ἓν σῶμα Χριστοῦ, καὶ ἓν αἷμα, καὶ ἀλλήλων μέρη γινόμεθα, ἐκ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ καὶ τῶν ὀστέων αὐτοῦ σύσσωμοι Χριστοῦ χρηματίζοντες· οὐ γὰρ εἰς ἀφεδρῶνα χωροῦσι ταῦτα οὐδὲ φθείρονται, οὐδὲ δαπανῶνται, μὴ γένοιτο, ἀλλ' εἰς σύστασιν οὐσιώδη χωροῦσι τῶν μεταλαμβανόντων, τὴν τῆς ψυχῆς οὐσίαν καὶ τοῦ σώματος συντηροῦντα.

ζ'. Καὶ μή τις ἀκούων, Χριστὸν ἐν ἡμῖν γίνεσθαι διὰ τῆς μεταλήψεως, ἀπιστῶν λεγέτω· Ἆρα οὖν, ἐπειδὴ καὶ ἐν ἡμῖν αὐλίζεται τοῦ Θεοῦ ὁ Λόγος ζωὴ κατὰ φύσιν ὑπάρχων, ζωοποιόν ἐστι καὶ τὸ ἑκάστου σῶμα; Ἴστω δὲ μᾶλλον, ὡς ἕτερόν ἐστι τὸ κατὰ μέθεξιν σχετικὴν ἡμᾶς ἔχειν ἐν ἑαυτοῖς τὸν Υἱὸν [τοῦ Θεοῦ], καὶ ἕτερον ὁλοτρόπως τὸ τοῦτον γενέσθαι σάρκα, τουτέστιν ἴδιον ποιήσασθαι σῶμα, τὸ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου ληφθὲν, καὶ τούτῳ ἑνωθὲν ὑπὲρ λόγον· οὐ γὰρ ἐν ἡμῖν γενόμενος, ἐνανθρωπῆσαι λέγεται, καὶ γενέσθαι σάρξ, τοῦτο γὰρ γέγονεν ἅπαξ, ὅτε προῆλθεν ἄνθρωπος, οὐκ ἀποβαλὼν τὸ εἶναι Θεός· ἀλλὰ κατὰ μέθεξιν σχετικὴν λέγεται γενέσθαι θεοπρεπῶς διὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· ἵνα γὰρ μὴ μόνον κατὰ τὴν ἀγάπην τοῦτο γενώμεθα, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα πρὸς ἐκείνην ἀνακερασθῶμεν τὴν σάρκα, διὰ τῆς τροφῆς τοῦτο γίνεται, ἣν ἐχαρίσατο, βουλόμενος ἡμῖν δεῖξαι τὸν πόθον ὃν ἔχει περὶ ἡμᾶς· διὰ τοῦτο ἀνέμιξεν ἑαυτὸν τῇ ἐπικήρῳ φύσει, καὶ ἔγυρε τὸ σῶμα αὐτοῦ εἰς ἡμᾶς, ἵνα ἕν τι γενώμεθα καθάπερ σῶμα κεφαλῇ συνημμένον· τῶν γὰρ σφόδρα ποθούντων ἐστὶ τοῦτο, καὶ τῇ τῆς θεότητος κοινωνίᾳ συναποθεωθῆναι τὸ ἀνθρώπινον. Τοῦτο γοῦν ὁ Ἰὼβ αἰνιττόμενος ἔλεγε περὶ τῶν ἑαυτοῦ οἰκετῶν, οἷς ἦν μεθ' ὑπερβολῆς ποθεινὸς, « Προσφῦναι ταῖς σαρξί μου οὐκ ἀπέσχον ὀδοῦσιν. » Ἐκεῖνοι γὰρ τὸν πολὺν αὐτῶν ἐνδεικνύμενοι πόθον, ὃν εἶχον, ἔλεγον· « Τίς ἂν δῴη ἡμῖν τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἐμπλησθῆναι; » Διὸ δὴ καὶ ὁ Χριστὸς αὐτὸ

[a] Job. xix, 22. [b] Job. xxxi, 31.

A antitypa fuerant Dominicæ carnis ac sanguinis, sanctificantur postea, vereque ipsum prototypon fiunt, id est caro ipsa et sanguis Christi, per mysticam benedictionem et sancti Spiritus adventum. Quare etiam oportet cum amore ac fide hæc nos venerari dum ad sanctificationem pompatice deducuntur. Denique antitypa etiam futurorum dicuntur hæc, non quia vere corpus et sanguis Christi non sit, sed quia nunc quidem per ea participamus Christi divinitatem, tunc autem intellectualiter per solam visionem. Quam ob rem communio quoque hæc participatio dicitur, quia unionem nobis cum Christo largitur, et ad regni sui communionem admittit : et præterea, quod sic nos invicem communicare conjungique facit. Quia
B enim ex uno pane et calice percipimus omnes, sequitur ut unum corpus Christi, unusque sanguis, et mutua membra fiamus, ex illius carne illiusque ossibus, Christo concorporati. Nec porro hæc in aphedronem secedunt, neque corrumpuntur ; absit ! sed in substantialem consistentiam transeunt participantium, et animæ corporisque substantiam conservant.

7. Age vero, ne forte aliquis audiens Christum in nobis fieri per hanc participationem, incredulus dicat : Ergone, quia in nobis Dei Verbum habitat, quod est suapte natura vita, nostrum quoque uniuscujusque corpus vivificum evadet ? Sciat ita-
C que hic potius, aliud esse per relativam participationem habere intra nos Filium Dei ; aliud vero omnino hunc carnem fieri, id est proprium effici illud corpus quod ex sancta Virgine sumptum, Deo supernaturaliter unitum fuit. Etenim nequaquam cum intra nos est, humanari dicitur, et caro fieri; id enim semel accidit, cum homo processit, quin simul desineret esse Deus : sed per relativam participationem dicitur in nobis ratione Deo digna consistere per sanctum Spiritum. Ut enim non charitate tantum hoc fiamus, sed re etiam, et cum illa carne permisceamur, res hæc cibi more perficitur, quem largitus est, volens suam erga nos charitatem demonstrare. Propterea insinuavit se caducæ naturæ, suumque corpus nobiscum immi-
D scuit, ut unum quid fieremus, ceu corpus capiti junctum. Eximie enim amantium hoc opus est, ut per deitatis communionem simul homo deificetur. Rem hanc videlicet Jobus innuens, de familiaribus suis aiebat, quibus eximie charus erat : « A carnibus meis dentes non abstinebant [a]. » Illi quippe ut multum suum amorem ostenderent, aiebant : « Quis det nobis ut de carnibus ejus saturemur [b] ? » Quare et Christus idem fecit, ad ma-

(3) Loquitur de veneratione Græci populi erga oblata etiam cum deducuntur pompatice ad mensam ut consecrentur ; de quo ritu satis controverso alibi nos locuti sumus, scilicet in hac Biblioth. t. IV, p. 61, ubi Eutychium patriarcham produximus id cultus genus reprehendentem. Reliqua vero hujus articuli usque ad n. 7, sumit Theodorus ex Damasceno, prout leguntur in Cat. Cord. p. 755.

jorem amicitiam nos provocans. Atque ut amorem suum erga nos demonstraret, non se videndum tantummodo amantibus præbuit, sed tangendum etiam, et comedendum, ut et dentes carni ejus infigeremus, et complicaremur, nostrumque amorem plane expleremus.

8. Jam quemadmodum mulier proprio sanguine et lacte partum suum alit, sic et Christus quos genuit proprio nutrit continuatim sanguine. Imo vero qui genuerunt sæpe aliis nutriendos dant partus suos; Christus autem non sic, sed propriis carnibus alens, semet ipse nobis præbet, omnes nos liberaliter educatos volens, bonam denique de futuris spem nobis injiciens. Nam qui nobis hic se tradidit, multo id magis in futuro: frater scilicet noster esse voluit: carnem ac sanguinem nostri gratia participavit: rursusque eamdem carnem ac sanguinem, quorum causa factus est affinis, nobis credentibus præbet sub gratiæ dispensatione, semet nobis per carnem inserens, quæ ex pane vinoque cum aqua confecta fuit, seque credentium corporibus infundit; ut nimirum per unionem cum immortali homo quoque incorruptionis particeps fiat. Hæc autem largitur, dum per vim benedictionis in corpus illud transformat rerum apparentium naturam.

9. Nimirum veteri omni legis cultui fine imposito, qui imperfectis et parvulis congruebat, novum sacrificium mundum et incruentum invexit; quod ab ortu solis usque ad occasum oblatum iri, olim ore prophetæ prædixit [7]; Sacerdos propter « ea in æternum, » sicut ait divinus David [8], exsistens; haud secundum Aaronis ordinem legitima sacrificia offerens, sed secundum ordinem Melchisedech, qui panis et vini munere Abrahamum excepit ab alienigenarum cæde redeuntem. Ille enim sacerdos præcipui pontificis Christi typum imaginemque gerebat; illaque mensa hanc mysticam portendebat. Sicut enim ille de pane ac vino benedictionem obtulit Abrahamo, ita deinde Christus Dominus, quo tempore se pro omnibus ceu victimam immaculatam Deo Patri oblaturus erat, panem accipiens et calicem miscens, dabat discipulis, aiebatque: « Hoc est corpus meum, » et: « Hic est sanguis meus. » Et omnino cunctis posthinc temporibus sacerdotio fungens, idem est offerens, et idem oblatus; et qui excipit, et qui dat, prout sapiens Basilius ait. Cui consona Chrysostomus loquens, ait quod neque angelus neque archangelus operari quidquam valet circa hæc Dei dona, sed Pater et Filius et sanctus Spiritus cuncta administrant; sacerdos autem suam tantummo-

πεποίηκεν, εἰς φιλίαν ἡμᾶς ἐνάγων μείζονα· καὶ τὸν αὐτοῦ πόθον ἐνδεικνύμενος τὸν περὶ ἡμᾶς, οὐκ ἰδεῖν μόνον αὐτὸν παρέσχε τοῖς ἐπιθυμοῦσιν, ἀλλὰ καὶ ἅψασθαι, καὶ φαγεῖν, καὶ ἐμπῆξαι τοὺς ὀδόντας τῇ σαρκὶ, καὶ συμπλακῆναι, καὶ τὸν πόθον ἐμπλῆσαι πάντα.

η'. Καὶ καθάπερ γυνή τις οἰκείῳ αἵματι καὶ γάλακτι τρέφει τὸ τεχθὲν, οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς οὓς ἐγέννησεν αὐτὸς, οἰκείῳ τρέφει διηνεκῶς αἵματι· μᾶλλον δὲ οἱ μὲν γεννήσαντες πολλάκις ἑτέροις τρέφειν διδόασι τὰ τεχθέντα· ὁ δὲ Χριστὸς οὐχ οὕτως, ἀλλὰ ταῖς οἰκείαις τρέφων σαρξὶν, ἑαυτὸν ἡμῖν παρατίθησι, πάντας ἡμᾶς εὐγενεῖς εἶναι βουλόμενος, καὶ χρηστὰς ἡμῖν περὶ τῶν μελλόντων ὑποτείνων ἐλπίδας· ὁ γὰρ ἐνταῦθα ἡμῖν ἐκδοὺς ἑαυτὸν πολλῷ μᾶλλον ἐν τῷ μέλλοντι· ἀδελφὸς ἠθέλησεν ἡμέτερος γενέσθαι· ἐκοινώνησε σαρκὸς καὶ αἵματος δι' ἡμᾶς· πάλιν αὐτὴν τὴν σάρκα καὶ τὸ αἷμα δι' ὧν συγγενὴς ἐγένετο, ἐκδίδωσιν ἡμῖν πᾶσι τοῖς πεπιστευκόσι τῇ οἰκονομίᾳ τῆς χάριτος, ἑαυτὸν ἐνσπείρων διὰ τῆς σαρκὸς, ἧς ἡ σύστασις ἐξ ἄρτου καὶ οἴνου καὶ ὕδατός ἐστι, καὶ τοῖς σώμασι τῶν πεπιστευκότων κατακιρνώμενος· ὡς ἂν τῇ πρὸς τὸ ἀθάνατον ἑνώσει καὶ ὁ ἄνθρωπος τῆς ἀφθαρσίας μέτοχος γένοιτο. Ταῦτα δὲ δίδωσι, τῇ τῆς εὐλογίας δυνάμει πρὸς ἐκεῖνο μεταστοιχειώσας τῶν φαινομένων τὴν φύσιν.

θ'. Καὶ τὴν μὲν πάλαι νομικὴν λατρείαν ἅπασαν καταπαύσας, ὡς ἀτελέσι καὶ νηπίοις προσήκουσαν, τὴν δὲ καινὴν θυσίαν καὶ καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον παραδοὺς, ἣν ἀπὸ ἀνατολῶν ἡλίου μέχρι δυσμῶν αὐτῷ προσφέρεσθαι προεθέσπισε διὰ τοῦ προφήτου πάλαι· « Καὶ ἱερεὺς ἐντεῦθεν εἰς τὸν αἰῶνα, » καθά φησιν ὁ θεῖος Δαυῒδ, χρηματίσας, οὐ κατὰ τὴν τάξιν Ἀαρὼν τὰς ἐν νόμῳ θυσίας προσφέροντος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδὲκ, ἄρτῳ καὶ οἴνῳ δεξιωσαμένου τὸν Ἀβραὰμ, ἐκ τῆς τῶν ἀλλοφύλων κοπῆς ὑποστρέφοντα· ἐκεῖνός τε γὰρ ὁ ἱερεὺς τοῦ κυρίως ἀρχιερέως Χριστοῦ τύπον ἔφερε καὶ εἰκόνισμα· κἀκείνη ἡ τράπεζα τὴν μυστικὴν προεμήνυε ταύτην· ὡς γὰρ ἐκεῖνος τῷ τότε δι' ἄρτου καὶ οἴνου τὸν Ἀβραὰμ εὐλόγησεν, οὕτως ὕστερον ὁ δεσπότης Χριστὸς μέλλων ἑαυτὸν ὑπὲρ πάντων, ὥσπερ ἄμωμον ἱερεῖον τῷ Θεῷ καὶ πατρὶ προσενηνοχέναι, λαβὼν ἄρτον, καὶ ποτήριον κεράσας, ἐδίδου τοῖς μαθηταῖς, καὶ ἔλεγε· « Τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, » καὶ « Τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου. » Καὶ διὰ παντὸς ἐξ ἐκείνου ἱερατεύων, ὁ αὐτός ἐστι προσφέρων τε καὶ προσφερόμενος, καὶ προσδεχόμενος καὶ διαδιδόμενος, ᾗ φησιν ὁ σοφὸς Βασίλειος (1)· ᾧ συνῳδὰ φθεγγόμενος ὁ Χρυσοῤῥήμων, λέγει ὅτι οὔτε ἄγγελος, οὔτε ἀρχάγγελος ἐργάσασθαί τι δύναται εἰς τὰ δεδομένα παρὰ Θεοῦ, ἀλλὰ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα

[7] Malach. I, 11. [8] Psal. CIX, 4.

(1) De hoc S. Basilii dicto synodum Constantinopolitanam nos edidimus (*Spicil. Rom.*, t. X) [*Patrologiæ* tom. CXL] sub Manuele imp. celebratam adversus Sotérichum, contrariæ sententiæ auctorem.

πάντα οἰκονομεῖ· ὁ δὲ ἱερεὺς τὴν ἑαυτοῦ δανείζει γλῶσσαν, καὶ τὴν ἑαυτοῦ παρέχει χεῖρα (2).

ι'. Περὶ ταύτης τῆς μυστικῆς καὶ φρικτῆς θυσίας προλέγων καὶ αὖθις ὁ μελῳδὸς, εἴρηκεν οὕτως ἐκ προσώπου Χριστοῦ πρὸς τὸν Θεὸν καὶ Πατέρα· « Θυσίαν καὶ προσφορὰν οὐκ ἠθέλησας, » ἀντὶ τοῦ ἀπεδοκίμασας τὴν νομικὴν θυσίαν καὶ τὴν ἐκεῖθεν προσφορὰν, ἐνστάντος δηλονότι τοῦ τῆς ἐνανθρωπήσεως χρόνου· « σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, » τουτέστι σῶμά μοι κατεσκεύασας ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων εἰς τὸ θυσιασθῆναι τοῦτο τῆς τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα σωτηρίας· « ὁλοκαυτώματα καὶ περὶ ἁμαρτίας οὐκ ἐξεζήτησας· » ἔτι σαρκωθέντος ἐμοῦ τοῦ λογικοῦ θύματος καὶ ἀληθινοῦ· τοῦ τὴν ἁμαρτίαν αἴροντος τοῦ κόσμου, οὐδὲν θῦμα νομικὸν ἐζήτησας. « Τότε εἶπον, Ἰδοὺ ἥκω· » τουτέστιν ὅτε τὰ νομικὰ θύματα ἀπηυδόκησας, τότε εἶπον αὐτὸς, ὅτι ὡς ὁρᾷς ἡτοίμασμαι· καὶ, « Πάτερ, ἤγγικεν ἡ ὥρα, δόξασόν σου τὸν Υἱὸν, » διὰ τοῦ σταυροῦ πάντως, ὡς εὐδόκησας τὸν ὑπὲρ τῆς πάντων σωτηρίας ἡμέτερον θάνατον. Τοῦτον τὸν οὐράνιον ἄρτον καὶ ζωηρὸν προεικόνιζον οἱ τῆς προθέσεως ἄρτοι τὸ παλαιόν· τοῦτον ὁ Ἡσαΐας ἐν τύπῳ θεασάμενος ἄνθρακος, δι' αὐτοῦ τὴν τῶν ἁμαρτιῶν ἔλαβε κάθαρσιν· ὥσπερ γὰρ ἄνθραξ οὐκ ἔστι ξύλον λιτὸν, ἀλλ' ἡνωμένον πυρὶ, οὕτω καὶ ὁ θεῖος ἄρτος τῆς κοινωνίας, ἄρτος ψιλὸς οὐκ ἔστιν ἀλλ' ἡνωμένος θεότητι· σῶμα δὲ ἡνωμένον θεότητι, οὐ μία φύσις ἐστὶν, ἀλλὰ μία μὲν τοῦ σώματος, τῆς δὲ ἡνωμένης αὐτῷ θεότητος ἑτέρα· ὥστε τὸ συναμφότερον οὐ μία φύσις, ἀλλὰ δύο· διὰ τοῦτο καὶ τὸ μυστικὸν αἷμα ταύτης τῆς καινῆς καὶ μεγάλης θυσίας ἐλαύνει μὲν δαίμονας καὶ πόῤῥωθεν εἶναι ποιεῖ, καλεῖ δὲ ἀγγέλους πρὸς ἡμᾶς καὶ τὸν δεσπότην τῶν ἀγγέλων· ὅπου γὰρ ἴδωσι τὸ αἷμα τὸ δεσποτικὸν, φεύγουσι μὲν δαίμονες, συντρέχουσι δὲ ἄγγελοι.

ια'. Καὶ ἵνα μάθωμεν τοῦ αἵματος τούτου τὴν ἰσχὺν ἀναδράμωμεν ἐπὶ τὸν τύπον αὐτοῦ, ἐπὶ τὰ παλαιὰ διηγήματα τὰ ἐν Αἰγύπτῳ· τὴν δεκάτην γὰρ μέλλων πληγὴν ἐπάγειν ὁ Θεὸς τοῖς Αἰγυπτίοις, καὶ ἀνελεῖν τὰ πρωτότοκα αὐτῶν, ἐπειδὴ τὸν πρωτότοκον αὐτοῦ κατεῖχον λαὸν, ἔπεμψεν ἄγγελον ὀλοθρευτὴν ἐπιόντα ταῖς οἰκίαις· προσέταξε δὲ τοῖς Ἑβραίοις ἀμνὸν ἄμωμον θῦσαι, καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ ταῖς θύραις ἐπιχρίσαι, ὥστε μὴ τῆς συμφορᾶς ταύτης αὐτοὺς κοινωνῆσαι τοῖς Αἰγυπτίοις, ἐπειδήπερ εἷς τόπος αὐτοὺς κατεῖχεν· οὗ δὴ καὶ γενομένου, τὸ αἷμα τότε ταῖς θύραις ἐπικεχρισμένον ὁ ὀλοθρεύων ὁρῶν, οὐκ ἐτόλμησεν εἰσπηδῆσαι· εἰ γὰρ καὶ αἷμα ἦν ἀλόγου ζώου τὸ τοὺς λογικοὺς σῶζον ἀνθρώπους τότε, ἀλλ' οὐχ ὡς αἷμα ἁπλῶς ἔσωζεν, ἀλλ' ὡς τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ τύπος ὄν· καθάπερ γὰρ οἱ βασιλικοὶ ἀνδριάντες ἄψυχοι ὄντες καὶ ἀναίσθητοι τοὺς καταφεύγοντας εἰς αὐτοὺς ἀνθρώπους αἰσθητικοὺς καὶ ἐμψύχους ὄντας διασώζουσι, τοῦτο παλαιοῦ κελεύοντος νόμου, οὐκ ἐπειδὴ χαλκός εἰσιν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ βασιλέως εἰσὶν εἰκό-

do linguam commodat, manusque propriæ ministerium præbet.

10. De hoc mystico tremendoque sacrificio vaticinans rursus melodus, sic aiebat ex Christi persona ad Deum Patrem : « Sacrificium et oblationem noluisti [9]; » id est legale sacrificium et indidem oblationem; quia jam instabat incarnationis tempus; « corpus autem perfecisti mihi; » id est corpus mihi composuisti ex virgineis sanguinibus, ut id postea immolaretur, salutis hominum causa. « Holocausta et pro peccato non postulasti. » Me jam incarnato instar rationalis veræque victimæ, et mundi peccatum tollente, nullum legale sacrificium exquisivisti. « Tunc dixi : Ecce venio. » Nimirum cum legalia sacrificia respuisti, tunc ego dixi : ecce ut vides paratus sum. Item : « Pater, appropinquavit hora, glorifica Filium tuum [10], » prorsus per crucem, quandoquidem tibi placuit nostra pro omnium salute mors. Panem hunc cœlestem præfigurabant propositionis panes antiquitus. Hunc Isaias in carbonis figura conspexit, perque eum peccatorum purgationem accepit. Sicut enim qui conspicitur carbo non est simplex lignum, sed igni unitum, ita divinus communionis panis non est proprie panis, sed deitati conjungitur : corpus autem deitati conjunctum, haud unica natura est, sed una quidem corporis natura est, conjuncta autem cum eo deitatis altera. Quare utrumque haud una natura est, sed duæ. Ideo mysticus sanguis novi hujus magnique sacrificii expellit dæmones longeque submovet, angelos angelorumque Dominum ad nos vocat : ubi enim Dominicum sanguinem viderint, fugiunt quidem dæmones, angeli autem accurrunt.

11. Atque ut hujus sanguinis discamus potentiam, recurramus ad ejus figuram, id est ad priscas gestarum rerum in Ægypto narrationes. Nam cum decimam Deus plagam inflicturus esset Ægyptiis, et illorum primogenitos interfecturus, propterea quod primogenitum ejus detinebant populum, misit angelum exterminatorem qui domos invaderet. Mandavit simul Hebræis ut immaculatum agnum immolarent, ejusque sanguine januas inungerent, ne eamdem calamitatem participarent cum Ægyptiis, qui secum uno loco morabantur. Quo sane facto, sanguinem januis inspersum videns exterminator, haud ausus est illuc ingredi. Etsi enim sanguis erat brutæ pecudis, is qui tunc rationales homines salvabat, non tamen quatenus sanguis erat, sed quatenus Dominici sanguinis figura erat, salvabat. Nimirum sicut regales statuæ, cum sint insensiles et inanimes, nihilominus confugientes ad eas homines sensu animaque præditos salvant, sic prisca jubente lege, non quia æs sunt

[9] Psal. XXXIX, 7, Hebr. X, 5. [10] Joan. XVII, 1.

(2) Confer Chrysostomum, t. II, de proditione Judæ homil. I, 6 et II, 6.

sed quia regis sunt imagines; sic et ille sanguis insensilis et inanimis animatos salvavit homines, non quia sanguis erat, sed quia Dominici sanguinis figura. Jam si illius figura tantam vim habuit, multo majorem veritas. Si angelus visum figuræ sanguinem reveritus est, multo magis diabolus, veritatis, id est Christi sanguinem videns, non januis inspersum, sed ori fidelium, januis, inquam, animati templi Dei, fugiet longeque se subducet.

12. Hic novi sacrificii sanguis effusus universum mundum abluit. Sanguis hic in figura, adyta et Sancta sanctorum purificabat: sanguis hic in figura altare aureum sanctificabat: absque hoc in legalibus figurato sacrificiis non audebat pontifex in adyta ingredi: sanguis hic in figura sacerdotes ordinabat: hic in figura peccata purgabat. Quod si is in figura talem tantamque vim habuit tum in templo Hebræorum, tum etiam in media Ægypto postibus inspersus, multo magis postquam veritas venit, umbra præterlapsa. Si umbram tantopere mors exhorruit, veritatem, oro, quid ni extimescat? Hic est animarum nostrarum salus: hoc delectatur anima, hoc ornatur, hoc inflammatur: hic igne splendidiorem mentem nostram reddit: hic auro fulgidiorem nostram animam facit: sanguis hic imaginem nobis floridam operatur et regalem: hic pulchritudo inæstimabilis est: hic flaccescere animæ nobilitatem non sinit, irrigans eam continuo et enutriens. Nam sanguis ille qui a cibis nobis creatur, haud illico efficitur, sed aliud quiddam antea fit. Non ita tamen hic, sed animam statim irrigat, et magnam quamdam vim inserit. Sanguis hic vix effusus cœlum gradibile fecit. Tremenda vere sunt Ecclesiæ Christi mysteria! tremendum vere altare est!

13. Ascendebat de paradiso fons, materialia flumina eructans: ex hac sacra mensa fons salit, spiritalia flumina emittens. Circa divinum hunc fontem haud salices infructuosæ plantatæ sunt, sed arbores ad usque cœlum sese attollentes, tempestivum fructum habentes semper et incorruptibilem. Si quis æstuat, ad hunc fontem veniat, et calorem refrigeret: levat enim æstuationes, et ardores omnes temperat, non eos qui a sole, sed qui a diaboli telis igneis: namque originem desursum habet, et inde radicem, unde et irrigatur. Multique sunt hujus fontis rivuli, quos emittit Paracletus: et mediator Filius est, haud ligonem tenens viamque muniens, sed affectum nostrum suscitans. Hic est honoratissimus fons, lucis, inquam, fons, veritatis radios ejaculans. Venerabilem hunc fontem supernæ quoque virtutes circumsistunt, pulchritudinem fluentorum ejus mirantes. Non et clarius quam nos vident illæ propositorum

A νες, οὕτω δὴ καὶ τὸ αἷμα ἐκεῖνο τὸ ἀναίσθητον καὶ ἄψυχον τοὺς ψυχὴν ἔχοντας ἀνθρώπους ἔσωσεν, οὐχ ἐπειδὴ αἷμα ἦν, ἀλλ' ἐπειδὴ τοῦ αἵματος τοῦ δεσποτικοῦ τύπος ἦν. Εἰ δὲ ὁ τύπος αὐτοῦ τοσαύτην ἔσχεν ἰσχὺν, πολλῷ μᾶλλον ἡ ἀλήθεια (1)· εἰ ὁ ἄγγελος ἰδὼν τὸ αἷμα τοῦ τύπου ᾐδέσθη, πολλῷ μᾶλλον ὁ διάβολος ἰδὼν τὸ αἷμα τῆς ἀληθείας τὸ τοῦ Χριστοῦ, οὐχὶ θύραις ἐπικεχρισμένον, ἀλλὰ τῷ στόματι τῶν πιστῶν, ταῖς θύραις λέγω τοῦ ἐμψύχου ναοῦ τοῦ Θεοῦ, φεύξεται καὶ μακράν που γενήσεται.

ιβ'. Τοῦτο τὸ τῆς καινῆς θυσίας αἷμα ἐκχυθὲν πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐξέπλυνε· τοῦτο τὸ αἷμα ἐν τοῖς τύποις τὰ ἄδυτα καὶ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἐκάθηρε· τοῦτο τὸ αἷμα ἐν τοῖς τύποις τὸ χρυσοῦν θυσιαστήριον ἡγίασε· τούτου χωρὶς ἐν ταῖς νομικαῖς τυπουμένου θυσίαις οὐκ ἐτόλμα ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὰ ἄδυτα εἰσιέναι· τοῦτο τὸ αἷμα ἐν τοῖς τύποις ἱερέας ἐχειροτόνει· τοῦτο ἐκάθηρεν ἁμαρτίας ἐν τοῖς τύποις. Εἰ δὲ ἐν τοῖς τύποις τοσαύτην ἔσχεν ἰσχὺν ἔν τε τῷ ναῷ τῶν Ἑβραίων, ἔν τε Αἰγύπτῳ μέσῃ ὅτε αἱ φλιαὶ ἐχρίοντο, πολλῷ μᾶλλον ὅτε ἦλθεν ἡ ἀλήθεια, τῆς σκιᾶς παραδραμούσης. Εἰ τὴν σκιὰν οὕτως ὁ θάνατος ἔφριξε, τὴν ἀλήθειαν αὐτὴν, εἰπέ μοι, πῶς οὐκ ἂν ἐφοβήθη; Τοῦτο ἡ σωτηρία τῶν ἡμετέρων ψυχῶν· τούτῳ ἥδεται ἡ ψυχή· τούτῳ καλλωπίζεται, τούτῳ πυροῦται· τοῦτο πυρὸς λαμπρότερον ἐργάζεται τὸν νοῦν τὸν ἡμέτερον· τοῦτο χρυσίου φαιδροτέραν τὴν ψυχὴν ποιεῖ· τοῦτο τὸ αἷμα τὴν εἰκόνα ἡμῖν ἀνθηρὰν ἐργάζεται τὴν βασιλικήν· τοῦτο κάλλος ἀμήχανον· τοῦτο ἀπομαρανθῆναι τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν οὐκ ἀφίησιν, ἄρδον αὐτὴν συνεχῶς καὶ τρέφον· τὸ μὲν γὰρ ἀπὸ τῶν σιτίων ἡμῖν αἷμα γινόμενον, οὐκ εὐθέως τοῦτο γίνεται, ἀλλ' ἕτερόν τι· τοῦτο δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλ' εὐθέως τὴν ψυχὴν ἄρδει, καὶ μεγάλην τινὰ δύναμιν ἐμποιεῖ. Τοῦτο ἐξεχύθη τὸ αἷμα, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐποίησε βατόν. Φρικτὰ ὄντως τὰ μυστήρια τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ· φρικτὸν ὄντως τὸ θυσιαστήριον.

ιγ'. Ἀνέβαινεν ἐκ τοῦ παραδείσου πηγὴ ποταμοὺς αἰσθητοὺς ἀφιεῖσα· ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ταύτης τραπέζης ἄνεισι πηγὴ ποταμοὺς ἀφιεῖσα πνευματικούς· παρὰ ταύτην τὴν θείαν πηγὴν πεφυτευμέναι εἰσὶν οὐκ ἰτέαι ἄκαρποι, ἀλλὰ δένδρα πρὸς αὐτὸν φθάνοντα τὸν οὐρανὸν, καρπὸν ἔχοντα ὥριμον ἀεὶ καὶ ἀμάραντον. Εἴ τις καυσοῦται, παρὰ ταύτην ἡκέτω τὴν πηγὴν, καὶ καταψυχέτω τὸν καύσωνα· καὶ γὰρ αὐχμοὺς λύει, καὶ τὰ διακαῆ πάντα παραμυθεῖται, οὐ τὰ ἐξ ἡλίου, ἀλλὰ τὰ ἀπὸ τῶν τοῦ διαβόλου βελῶν τῶν πεπυρωμένων· καὶ γὰρ τὴν ἀρχὴν ἄνωθεν ἔχει, καὶ τὴν ῥίζαν ἐκεῖθεν, ὅθεν καὶ ἄρδεται. Πολλοὶ ταύτης τῆς πηγῆς οἱ ῥύακες, οὓς ἀφίησιν ὁ Παράκλητος· καὶ μεσίτης ὁ Υἱὸς γίνεται, οὐ δίκελλαν ἔχων ὁδοποιῶν, ἀλλὰ τὴν διάθεσιν ἀνοίγων τὴν παρ' ἡμῖν. Αὕτη ἡ πάντιμος πηγὴ φωτός ἐστι πηγὴ, ἀναβλύζουσα τῆς ἀληθείας ἀκτῖνας. Ταύτῃ τῇ σεβασμίᾳ πηγῇ καὶ αἱ ἄνω παρεστήκασι δυνάμεις, πρὸς τὸ κάλλος ἐνορῶσαι τῶν ῥεέθρων· ἐπειδὴ καὶ σαφέστε-

(1) Confer Chrysostomum, t. VII, homil. LXXXII, 1, in Matth.

ρον ἡμῶν ἐκεῖναι τῶν προκειμένων θεωροῦσι τὴν A δύναμιν, καὶ τὰς μαρμαρυγὰς τὰς ἀπροσίτους· ὥσπερ γὰρ χρυσοῦ τηκομένου, ἄν τε τὴν χεῖρά τις ἐμβάλοι, ἄν τε τὴν γλῶτταν, χρυσῆν εὐθέως αὐτὴν ἐποίησεν· οὕτω δὴ καὶ ἐνταῦθα τὴν ψυχὴν ἐργάζεται τὰ προκείμενα· ἀναζεῖ μὲν γὰρ πυρὸς σφοδρότερον ὁ πανάγιος οὗτος ποταμὸς, ἀλλ' οὐ καίει, ἀλλὰ βαπτίζει μόνον ὅπερ ἂν λάβῃ. Τοῦτο τὸ ἱερώτατον αἷμα ἄνωθεν προετυποῦτο ἀεὶ ἐν θυσιαστηρίοις, ἐν δικαίων σφαγαῖς· τοῦτο ἡ τιμὴ τῆς οἰκουμένης· τούτῳ ἠγόρασε τὴν Ἐκκλησίαν ὁ Χριστός· τούτῳ κατεκόσμησεν αὐτὴν ἅπασαν· καθάπερ γὰρ ἄνθρωπος οἰκέτας ὠνούμενος, δίδωσι χρυσίον, καὶ καλλωπίσαι πάλιν αὐτοὺς βουλόμενος, χρυσῷ τοῦτο ποιεῖ· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς ἠγόρασεν ἡμᾶς αἵματι τῷ οἰκείῳ, καὶ ἐκόσμησεν ἡμᾶς τούτῳ τῷ αἵματι. B

ιδʹ. Προσίωμεν τοίνυν τῇ μυστικῇ ταύτῃ τραπέζῃ μετὰ παντὸς φόβου, καὶ συνειδήσεως καθαρᾶς, καὶ ἀδιστάκτου πίστεως, καὶ πάντα ἔσται ἡμῖν καθὰ πιστεύομεν μὴ διστάζοντες. Τὸ δὲ προσελθεῖν μετὰ πίστεως οὐ τὸ λαβεῖν ἐστι μόνον τὸ προκείμενον, ἀλλὰ καὶ τὸ μετὰ καθαρᾶς καρδίας ἅψασθαι· τὸ οὕτω διακεῖσθαι, ὡς αὐτῷ προσιόντας τῷ Χριστῷ· τί γὰρ, εἰ μὴ φωνῆς ἀκούομεν, φθεγγομένου αὐτοῦ διὰ τῶν εὐαγγελιστῶν; Πιστεύωμεν οὖν ὅτι καὶ νῦν ἐκεῖνο τὸ δεῖπνόν ἐστιν, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἀνέκειτο· οὐδὲν γὰρ ἐκεῖνο τούτου διενήνοχεν· οὐδὲ γὰρ τοῦτο μὲν ἄνθρωπος ἐργάζεται, ἐκεῖνο δὲ αὐτὸς ὁ Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ὁ αὐτός. Ὅταν τοίνυν τὸν ἱερέα ἐπιδιδόντα ἡμῖν ἴδωμεν, μὴ τὸν ἱερέα νομίζωμεν, C τὸν τοῦτο ποιοῦντα, ἀλλὰ τὴν Χριστοῦ χεῖρα τὴν ἐκτεινομένην· ὥσπερ γὰρ ὅταν βαπτίζηταί τις, οὐχ ὁ ἱερεὺς ἀλλ' ὁ Θεός ἐστιν ὁ κατέχων τούτου τὴν κεφαλὴν ἀοράτῳ δυνάμει, καὶ οὔτε ἄγγελος οὔτε ἀρχάγγελος οὔτε ἄλλος τις τολμᾷ προσελθεῖν καὶ ἅψασθαι· οὕτω καὶ νῦν γίνεται. Καὶ δῆλον ἐντεῦθεν· ὡς γὰρ ἐν τῷ βαπτίσματι οὐ λέγει ὁ ἱερεὺς, Βαπτίζω τὸν δεῖνα, ἀλλὰ Βαπτίζεται (1), πάντως παρὰ τῆς ἀδιαιρέτου καὶ ὁμοουσίου Τριάδος· τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον κἀνταῦθα οὐ λέγει, Θύω ἐγὼ τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ Θύεται ὁ ἀμνὸς τοῦ Θεοῦ, αὐτὸς οὗτος δηλαδὴ ἑαυτὸν ἱερουργῶν εὐδοκίᾳ Πατρὸς, καὶ συνεργίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ θύτης ὢν ὁ αὐτὸς, καὶ θῦμα, καὶ προσδεχόμενος, καὶ διαδιδόμενος. D

ιεʹ. Διὰ τοῦτο ὡς τῷ Χριστῷ τῷ ἱερεῖ προσερχόμενοι, τιμήσωμεν πάσῃ καθαρότητι τοῦ Κυρίου τὸ σῶμα, ψυχικῇ τε καὶ σωματικῇ· διπλοῦν γάρ ἐστι· προσέλθωμεν αὐτῷ πόθῳ διακαεῖ, καὶ σταυροειδῶς τὰς παλάμας τυπώσαντες, τὸ σῶμα τοῦ ἐσταυρωμένου ὑποδεξώμεθα· καὶ ἐπιθέντες ὀφθαλμοὺς καὶ χείλη καὶ μέτωπα, τοῦ θείου ἄνθρακος μεταλάβωμεν, ὅπως καταφλέξῃ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ φωτίσῃ τὰς καρδίας ἡμῶν, καὶ τῇ μετουσίᾳ τοῦ θείου πυρὸς πυρωθῶμεν· οἱ γὰρ τούτου μετέχοντες μετὰ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων καὶ τῶν ἄνω δυνάμεων ἑστήκασιν, αὐτὴν περικείμενοι τοῦ Χριστοῦ τὴν

A munerum vim eorumque splendores inaccessos. Sicut enim auro liquefacto si quis manum aut linguam injiciat, auream illico facit; ita prorsus hic etiam proposita mysteria animam efficiunt. Fervet enim igne vehementius sanctissimum flumen hoc; at non exurit, sed lavat tantummodo quidquid corripuerit. Hic sacratissimus sanguis antiquitus semper præfigurabatur in altaribus, in justorum cædibus. Hic sanguis pretium mundi est; hoc Ecclesiam Christus comparavit; hoc illam totam exornavit. Sicut enim homo servos emens, aurum erogat; rursusque eos exornare volens, auro id curat; sic et Christus emit nos sanguine proprio, eodemque hoc sanguine nos venustavit.

14. Ad hanc itaque mysticam mensam accedamus cum omni timore, et conscientia pura, et indubia fide, atque omnia nobis erunt prout sine ambiguitate credimus. Cum autem dico accedendum cum fide, non accipienda tantummodo esse munera dico, sed eadem puro cum corde tangenda: prorsus haud secus affectos nos esse volo, quam si ad Christum ipsum veniremus. Quid enim interest, quod vocem ejus minime audiamus, siquidem per evangelistas loquitur? Credamus igitur nunc quoque illud idem esse convivium, ad quod ipse accumbebat: nihil enim hodiernum ab illo differt: neque hoc nostrum homo instruit, illud vero Christus, sed et hoc et illud idem Christus. Cum ergo sacerdotem nobis porrigentem viderimus, ne reputemus sacerdotem id agere, sed ipsam Christi manum extensam. Sicut enim cum aliquis baptizatur, nequaquam sacerdos sed Deus illius caput tenet vi invisibili, et neque angelus neque archangelus neque alius quilibet accedere audet et tangere; sic etiam nunc fit. Quod inde ostenditur, quod sicut in baptismo non dicit sacerdos: Ego talem hominem baptizo, sed, Talis baptizatur, prorsus ab individua et consubstantiali Trinitate; eodem modo hic etiam non dicit: Ego Agnum Dei immolo, sed Agnus Dei immolatur, hic ipse videlicet qui semet immolat volente Patre et sancto Spiritu cooperante: idem sacerdos et victima, idem excipiens et offerens.

15. Quapropter ad sacerdotem seu Christum accedentes, honoremus cum omni munditia Domini corpus, spiritali, inquam, et corporali; duplex quippe [Domini natura] est. Cum fervido amore accedamus, manibusque in crucis formam complicatis, illud suscipiamus, et oculis, ac labiis, frontique applicantes divinum carbunculum accipiamus, ut peccata nostra exurat, corda illuminet, atque ut divini ignis participatione inflammemur ac deificemur. Nam qui hunc participant, cum angelis et archangelis supernisque virtutibus consistunt, eadem Christi regali stola vestiti, et spi-

(1) Hæc est nimirum baptizandi formula apud Græcos: *Baptizatur N.*; non autem: *Ego te baptizo.*

ritalibus armis instructi. Sed nihil adhuc dixi: ipso, inquam, rege induti. Sed sicuti eximium est et mirabile divinum hoc corpus, ita siquidem cum puritate quis accedet, in salutem suam accedet. Sin vero cum mala conscientia, in pœnam ac punitionem. « Qui enim manducat et bibit indigne, » Dominum scilicet, ait in Epistola ad Corinthios Apostolus, « judicium sibi manducat et bibit [11]. » Nam si qui regalem purpuram inquinant puniuntur, æque ac si dilacerarent; non est absurdum eos qui mente impura Domini corpus et sanguinem suscipiunt, parem referre pœnam, atque ii qui ipsum clavis laceraverunt. Non est autem in culpa mysteriorum natura; sunt enim hæc suapte vivifica; sed istorum indignitas: nam et sol iis qui infirmos oculos habent, nocet. Et alio loco ut terribilem esse punitionem demonstret, ait: « Irritam quis faciens legem Moysis, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui Filium Dei conculcaverit, et sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est [12]? »

16. Attendamus itaque nobis, dilecti, qui tali tantoque bono fruimur: et cum volumus obscenum aliquid dicere, aut nosmet ira abreptos cognoscimus, aut alia quadam hujusmodi perturbatione, reputemus qualibus donis digni habiti fuerimus, quanto Spiritu frui contigerit: atque hæc cogitatio absurdis nostris commotionibus frenum injiciat. Nam divinus carbunculus, quem nuper participavimus, quarumlibet sordium mundator est, et adversus cuicuimodi damnum tutela. Hic si forte aurum spurium deprehendat, critica inflammatione purificat, a morbis scilicet et omnimodis excessibus; ne una cum mundo damnetur futuro sæculo: atque ita purgatos unit corpori Domini et Spiritui ejus, Christique corpus efficit. Propterea nos quoque vitæ cupidi, et immortalitatis datorem divinum panem intra nos habere postulantes, neque indigne accedamus ad tremenda mysteria, ne punitioni, uti dictum est, obnoxii simus; neque vicissim, prout solent negligentiores quidam, nosmet omnino fraudemus hac Christi benedictione; nolendo scilicet Christum mystice participare, reverentiam obtendentes vere nocuam, quam callidus veterator diabolus adinvenit. Namque hic ad dolos versutus, honeste nos vivere haud sinit, quia hominum pernicie lætatur: sed postquam peccatis nos infecit, suadet ut extimescamus divinorum munerum susceptionem; ut sic peccato semper servientes, nunquam resipiscamus, neque animæ nostræ utilitates agnoscamus.

A βασιλικὴν στολὴν (2), τὰ ὅπλα ἔχοντες τὰ πνευματικά. Ἀλλ' οὐδὲν εἶπον οὐδέπω· αὐτὸν γάρ εἰσι ἐνδεδυμένοι τὸν βασιλέα. Ἀλλ' ὥσπερ ἐστὶν μέγα καὶ θαυμαστὸν τοῦτο τὸ θεῖον σῶμά τε καὶ τὸ αἷμα, οὕτως ἂν μὲν μετὰ καθαρότητος προσέλθῃ τις, εἰς σωτηρίαν προσῆλθεν· ἂν δὲ μετὰ πονηροῦ συνειδότος, εἰς κόλασιν καὶ τιμωρίαν· « Ὁ γὰρ ἐσθίων καὶ πίνων ἀναξίως τοῦ Κυρίου κρίμα ἑαυτῷ ἐσθίει καὶ πίνει, » φησὶν ὁ Ἀπόστολος ἐπιστέλλων τοῖς Κορινθίοις· εἰ γὰρ οἱ ῥυποῦντες τὴν πορφύραν τὴν βασιλικὴν κολάζονται ὁμοίως ὥσπερ οἱ διαῤῥηγνύντες, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ τοὺς ἀκαθάρτῳ διανοίᾳ δεχομένους τὸ τοῦ Κυρίου σῶμα καὶ τὸ αἷμα τὴν αὐτὴν ὑπομεῖναι τιμωρίαν τοῖς αὐτὸ διαῤῥήξασι διὰ τῶν ἥλων· οὐ παρὰ τὴν φύσιν τῶν μυστηρίων, ταῦτα B γὰρ ζωηρὰ, ἀλλὰ διὰ τὴν τούτων ἀναξιότητα· ἐπεὶ καὶ ὁ ἥλιος βλαβερὸς τοῖς τὰς ὄψεις διεφθαρμένοις. Καὶ ἀλλαχοῦ δὲ, δεικνὺς φοβερὰν ὁ Παῦλος τὴν κόλασιν, λέγει· « Ἀθετήσας τις νόμον Μωσέως, χωρὶς οἰκτιρμῶν ἐπὶ δυσὶν ἢ τρισὶ μάρτυσιν ἀποθνήσκει· πόσῳ δοκεῖτε χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας ὁ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος, ἐν ᾧ ἡγιάσθη; »

ις'. Προσέχωμεν τοίνυν ἑαυτοῖς, ἀγαπητοὶ, τοιούτων ἀπολαύοντες ἀγαθῶν· καὶ ὅταν βουληθῶμεν αἰσχρόν τι εἰπεῖν, ἢ συναρπαζομένους ἑαυτοὺς ἴδωμεν ὑπὸ ὀργῆς ἢ ἑτέρου τινὸς τοιούτου πάθους, λογισώμεθα τίνων κατηξιώθημεν, ὅσου πνεύματος ἀπε- C λαύσαμεν, καὶ ἔστω σωφρονισμὸς ἡμῖν τῶν ἀλόγων παθῶν οὗτος ὁ λογισμός· ὁ γὰρ θεῖος ἄνθραξ, οὗπερ ἤδη μετέσχομεν, ῥύπου παντός ἐστι καθαρτήριος, καὶ βλάβης παντοδαπῆς ἀμυντήριον. Οὗτος ἐὰν χρυσὸν λάβῃ κίβδηλον, διὰ τῆς κριτικῆς καθαίρει πυρώσεως, ἤτοι νόσων καὶ παντοίων ἐπιφορῶν, ἵνα μὴ σὺν τῷ κόσμῳ κατακριθῶμεν ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι· καὶ καθαίρων ἑνοῖ τῷ σώματι τοῦ Κυρίου καὶ τῷ πνεύματι αὐτοῦ, καὶ σῶμα Χριστοῦ ἀπεργάζεται· διὰ δὴ τοῦτο, καὶ ἡμεῖς ἔχοντες ἐπιθυμητικῶς τῆς ζωῆς, καὶ τὸν τῆς ἀθανασίας χορηγὸν θεῖον ἄρτον ἐν ἑαυτοῖς ἔχειν εὐχόμενοι, μήτε ἀναξίως προσερχώμεθα τοῖς φρικτοῖς μυστηρίοις, ἵνα μὴ κολάσει ὑπεύθυνοι γενώμεθα, καθάπερ ἐῤῥέθη· μήτε πάλιν κατά τινας τῶν ἀμελεστέρων ἑαυτοὺς D παντελῶς ἀποστερῶμεν τῆς διὰ Χριστοῦ εὐλογίας, ἐν τῷ μὴ βούλεσθαι τούτου μυστικῶς μετέχειν, εὐλάβειαν πλαττόμενοι τὴν ὡς ἀληθῶς ἐπιζήμιον, ἣν ὁ βαθὺς εἰς πανουργίαν ἐξεῦρε διάβολος· οὗτος καὶ γὰρ ποικίλος ὢν εἰς ἀπάτην, σωφρονεῖν μὲν ἡμᾶς οὐδ' ὅλως ἐᾷ, τῇ τῶν ἀνθρώπων χαίρων ἀπωλείᾳ· καταμολύνας δὲ τοῖς κακοῖς, φρίττειν ἀναπείθει τὴν τῶν θείων δώρων μετάληψιν, ἵνα διαπαντὸς τῇ ἁμαρτίᾳ δουλεύοντες ἡμεῖς οὐδαμῶς ἀνανήψωμεν, καὶ γνῶμεν τὸ τῇ ψυχῇ συμφέρον (1).

[11] I Cor. XI, 29. [12] Hebr. X, 28.

(1) Respicit fortasse auctor ad propriam participantium Eucharistiam stolam, crucibus interstinctam.

(2) Audiant hæc ab homine Græco, illi qui frequentem communionem improbant; generalem quamdam, non peculiarem, causantes indignitatem, aut simulatam propemodum revere...

ιζ'. Ἀλλὰ διαῤῥήξωμεν, παρακαλῶ, τὸν ἐκείνου A δεσμὸν, καὶ ἀποῤῥίψαντες ἀφ' ἡμῶν τὸν ζυγὸν αὐτοῦ, δουλεύσωμεν τῷ Κυρίῳ ἐν φόϐῳ, καθὰ γέγραπται, καὶ τῶν τῆς σαρκὸς ἡδονῶν ἀμείνους δι' ἐγκρατείας γενόμενοι, προσίωμεν τῇ θείᾳ καὶ οὐρανίῳ χάριτι, καὶ εἰς ἁγίαν κοινωνίαν ἀναβάντες Χριστοῦ, καθάπερ λέοντες πῦρ πνέοντες, οὕτως ἀπὸ τῆς ἱερᾶς καὶ πνευματικῆς τραπέζης ἀναχωρῶμεν ἐκείνης, φοϐεροὶ τῷ διαϐόλῳ γινόμενοι, καὶ τὴν κεφαλὴν τὴν ἡμετέραν ἐννοοῦντες, καὶ τὴν ἀγάπην ἣν περὶ ἡμᾶς ἐπεδείξατο· οὕτω γὰρ οὕτω καὶ ἀπάτης περιεσόμεθα διαϐολικῆς, θείας τε φύσεως γενησόμεθα κοινωνοὶ, καὶ πρὸς ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν ἀναϐησόμεθα· κατακοιμίζει γὰρ ἐν ἡμῖν ὁ Χριστὸς γεγονὼς ἐν τοῖς μέλεσι τῆς σαρκὸς ἀγριαίνοντα νόμον, καὶ ἀναζωπυροῖ μὲν τὴν εἰς Θεὸν εὐλάϐειαν, ἀπονεκροῖ δὲ τὰ B πάθη, μὴ λογιζόμενος ἡμῖν τὰ ἐν οἷς ἐσμεν παραπτώματα, θεραπεύων δὲ μᾶλλον ἡμᾶς νενοσηκότας, καταδεσμῶν ὡς συντετριμμένους, ἐγείρων ὡς πεπτωκότας, ποιμὴν ἀγαθὸς ὑπάρχων, καὶ τὴν ψυχὴν ἑαυτοῦ τιθεὶς ὑπὲρ τῶν προϐάτων. Οὐκοῦν μηδεὶς ἐκλελυμένος, μηδεὶς ναυτιῶν, ἀλλὰ πεπυρωμένοι καὶ διεγηγερμένοι καὶ ζέοντες ἅπαντες τῇ θείᾳ προσέλθωμεν τραπέζῃ, αὐτὸν ὁρῶντες Χριστὸν, αὐτοῦ ἁπτόμενοι, αὐτὸν ἐσθίοντες· εἰ γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι ἑστῶτες, καὶ τὰ ὑποδήματα περικείμενοι, καὶ τὰς βακτηρίας ἔχοντες ἐν ταῖς χερσὶν ἤσθιον τὸ Πάσχα μετὰ σπουδῆς, πολλῷ μᾶλλον ἡμᾶς νήφειν δεῖ· ἐκεῖνοι μὲν γὰρ εἰς Παλαιστίνην ἔμελλον ἐξιέναι. διὸ καὶ ὁδοιπόρων ἐκέκτηντο σχῆμα, ἡμεῖς δὲ εἰς C τὸν οὐρανὸν μέλλομεν ἀποδημεῖν.

ιη'. Ὅθεν χρὴ πάντοθεν ἐγρηγορέναι, διὰ τὸ μὴ μικρὰν κεῖσθαι κόλασιν τοῖς ἀναξίως μετέχουσι, καὶ ἣν πάντως πείσονται δικαίως οἱ κατασφάξαντες τὸ πανάγιον σῶμα Χριστοῦ· τίνος γὰρ οὐ δεῖ καθαρώτερον εἶναι τὸν τῆς θυσίας ἀπολαύοντα ταύτης; Ποίας ἡλιακῆς ἀκτῖνος οὐ λαμπροτέραν τὴν χεῖρα τὴν ταύτην τὴν σάρκα διατέμνουσαν, τὸ στόμα τὸ πληρούμενον πυρὸς πνευματικοῦ, τὴν γλῶσσαν τὴν φοινισσομένην αἵματι φρικωδεστάτῳ; Ἐννοήσωμεν ποίαν ἐτιμήθημεν τιμὴν, ποίας ἀπολαύομεν τραπέζης· ὅπερ ἄγγελοι βλέποντες φρίττουσι, καὶ οὐδὲ ἀντιϐλέψαι τολμῶσιν ἀδεῶς, διὰ τὴν ἐκεῖθεν ἀστραπὴν φερομένην. Τούτῳ ἡμεῖς τρεφόμεθα, καὶ σῶμα Χριστοῦ γινόμεθα ἓν, καὶ σὰρξ μία. Τίς λαλήσει D τὰς δυναστείας τοῦ Κυρίου, ἀκουστὰς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτοῦ; διὰ πάντων ἡμᾶς αὐτῷ συμπλέκοντος, καὶ ἑνὶ ἑκάστῳ τῶν πιστῶν ἑαυτὸν ἀναμιγνύντος διὰ τοῦ μυστηρίου· καὶ τούτῳ πάντας πείθοντος πάλιν, ὅτι σάρκα ἔλαϐε τὴν ἡμῶν. Μὴ τοίνυν ῥᾳθυμῶμεν τοσαύτης ἠξιωμένοι τιμῆς καὶ ἀγάπης. Οὐχ ὁρῶμεν τὰ παιδία μεθ' ὅσης προθυμίας δράσσεται τοῦ μαστοῦ, μεθ' ὅσης τῆς ὁρμῆς ἐμπήγνυσι τῇ θηλῇ τὰ χείλη; Μετὰ τοσαύτης προσίωμεν καὶ ἡμεῖς τῇ τραπέζῃ ταύτῃ καὶ τῇ θηλῇ τοῦ ποτηρίου τοῦ πνευματικοῦ· μᾶλλον δὲ μετὰ πολλῷ πλείονος. Ἑλκύσωμεν, ὡς παιδία ὑπομάζια, τοῦ Πνεύματος τὴν

17. Age vero dirumpamus, quæso, illius vinculum, jugumque ejus longe a nobis abjicientes, serviamus Domino in timore, uti scriptum est [13], et carnis voluptates continentia vincentes, ad divinam cœlestemque gratiam accedamus: et postquam ad sanctam Christi communionem ascenderimus, leonum instar ignem spirantes, sic ab illa sacra et spiritali mensa revertamur, terribiles facti diabolo, et de capite nostro Christo cogitantes, deque charitate quam nobis exhibuit. Sic enim, sic, inquam, diabolicam fraudem superabimus, et divinæ naturæ communicabimus, et ad vitam immortalitatemque surgemus. Sedat enim Christus intra nos commorans sævientem in membris carnis legem, pietatem erga Deum incendit, cupiditates mortificat: nobisque peccata hærentia jam non imputat, sed nos potius ægrotantes sanat, contritos alligat, lapsos erigit, cum sit bonus pastor qui animam suam pro ovibus ponit. Nemo itaque languidus, nemo nauseans, sed igniti et erecti omnes atque ferventes ad divinam accedamus mensam, ipsum spectantes Christum, ipsum frangentes, ipsum comedentes. Nam si Judæi stantes, et calceamentis instructi, baculosque manibus tenentes, Pascha manducabant cum festinatione, multo magis nos oportet frugi esse; etenim illi in Palæstinam profecturi erant, quare et viatorum schema assumebant; nos vero in cœlum transituri sumus.

18. Quapropter omnino vigilandum est, quia non levis manet pœna indigne participantes, illa prorsus, quam juste patientur ii qui sanctissimum Christi corpus mactaverunt. Certe quid purius esse debet homine, qui hanc victimam gustaturus est? Quid ni solari radio splendidior esse debet manus, quæ hanc carnem distribuit, os igne spiritali plenum, lingua rubescens sanguine tremendissimo? Consideremus quali honore aucti simus, quali fruamur mensa: quam angeli spectantes tremunt, neque oculos contra attollere intrepide audent, propter inde emicantem fulgorem. Hoc nos nutrimur, huic commiscemur, et corpus Christi unum efficimur, et caro una. Quis loquetur potentias Domini, auditas faciet omnes laudes ejus? qui omnino nos sibi copulat, qui unicuique fidelium se insinuat per hoc mysterium, eodemque simul suadet se carnem nostram olim assumpsisse. Ne igitur socordes simus, postquam honore tanto atque amore digni habiti fuimus. Nonne videmus infantulos quam prompte ubera corripiunt, quanto impetu mammæ labia admovent? Pari et nos alacritate accedamus ad hanc mensam, et ad spiritalis calicis papillam: imo etiam majore. Attrahamus, tanquam pueri lactentes, Spiritus gratiam; et unicus nobis sit dolor hoc alimento non frui.

[13] Psal. II, 11.

Nullus adsit Judas, nullus avarus, nullus inhumanus, nullus crudelis et immisericors, nullus omnino impurus. Si quis est discipulus, adesto: qui non sunt hujusmodi, eos non recipit mensa hæc. « Cum discipulis, inquit, meis facio Pascha [14]. » Hæc ad eos qui sacra communione non abstinent, dicta sunt.

19. Vobis quoque auctor sum, o altaris ministri (nam vos etiam alloqui necesse est), ne indifferenter et quomodocunque, sed multa cum sedulitate, multaque consideratione hæc dona distribuatis. Neque enim levem feretis pœnam, si cum alicujus improbitatem noveritis, eum participare hanc mensam permittetis. Sanguis ejus de manibus vestris requiretur. Etiamsi aliquis dux fuerit, vel prætor, vel adeo ipse qui diademate redimitur, si indigne accedat, prohibe; nam majore quam ille potestate polles. Tu certe si aquæ fontem gregi purum servandum accepisses, si ovem cerneres multum ore suo lutum afferentem, haud profecto sineres illuc descendere, et fluentum inquinare. Nunc vero cum non aquæ sed sanguinis atque Spiritus fons tibi custodiendus sit traditus, si forte videas pejus luto peccatum habentes quosdam, simulque accedentes, non indignaris, neque submoves? Quam ergo veniam impetrabis? Ideo vobis hunc Deus honorem contulit, ut rem hujusmodi dijudicetis. Hæc est vestra dignitas, hæc immunitas, hæc omnis corona; non autem candidis tunicis splendidisque vestiri, et circumire.

20. At enim, aiunt, quomodo hunc vel illum noverimus? Atqui ego non de ignotis loquor sed de publice notis. Dicam aliquid terribilius. Non est tantopere flagitiosum si energumeni intra templum sint, quam hi; quemadmodum ait Paulus, quoniam Christum conculcaverunt, et sanguinem Testamenti pollutum judicaverunt, Spiritus gratiæ contumeliam fecerunt. Nam dæmoniaco pejor est peccator et simul accedens: et ille quidem quoniam est arreptitius non punitur; hic autem, si indigne accesserit, æterno supplicio traditur. Ne igitur dæmoniacos tantum expellite, sed omnino omnes quos indigne accedentes videritis. Nemo communicet, qui non sit discipulus: nullus accipiat Judas, ne Judæ pœnam luat. Corpus Christi hæc quoque multitudo est. Cavete ergo, o mysteriorum ministri, ne irritetis Dominum, si corpus hoc non purificetis, et si gladium pro alimonia tradatis. Sed etiamsi forte aliquis ignoranter accedat ad indigne percipiendum, absque ullo metu prohibete: Deum metuite, non homines. Utique si homines metueritis, ab iisdem

χάριν· καὶ μία ἡμῖν ἔστω ὀδύνη, τὸ μὴ μετασχεῖν ταύτης τῆς τροφῆς. Μηδεὶς τοίνυν Ἰούδας παρέστω, μηδεὶς φιλάργυρος, μηδεὶς ἀπάνθρωπος, μηδεὶς ὠμὸς καὶ ἀνηλεής, μηδεὶς ὅλως ἀκάθαρτος. Εἴ τις μαθητής, παρίτω· οὐ δέχεται τοὺς μὴ τοιούτους ἡ τράπεζα· « Μετὰ γὰρ τῶν μαθητῶν μου, φησὶ, ποιῶ τὸ Πάσχα. » Ταῦτα πρὸς τοὺς μεταλαμβάνοντας λέγω (1).

ιθ'. Συμβουλεύω δὲ καὶ ὑμῖν τοῖς διακονουμένοις (καὶ γὰρ ἀναγκαῖον καὶ πρὸς ὑμᾶς διαλεχθῆναι), μὴ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν, ἀλλὰ μετὰ πολλῆς προσοχῆς, μετὰ πολλῆς διασκέψεως διανέμειν ταυτὶ τὰ δῶρα· καὶ γὰρ οὐ μικρὰ κόλασις ὑμῖν, εἴ τινι συνειδότες τινὰ πονηρίαν, συγχωρήσετε μετασχεῖν ταύτης τῆς τραπέζης. Τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐκ τῶν χειρῶν ἐκζητηθήσεται τῶν ὑμετέρων. Κἂν στρατηγός τις ᾖ, κἂν ὕπαρχος, κἂν αὐτὸς ὁ τὸ διάδημα περικείμενος, ἀναξίως δὲ προσίῃ, κώλυσον· μείζονα ἐκείνου τὴν ἐξουσίαν ἀνέχεις. Σὺ δὲ εἰ μὲν πηγὴν ὕδατος ἐνεχειρίσθης φυλάττειν ποιμνίῳ καθαρὰν, εἶτα εἶδες πρόβατον πολὺν ἐπὶ τοῦ στόματος φέρον βόρβορον, οὐκ ἂν εἴασας ἐπικύψαι κάτω καὶ θολῶσαι τὸ ῥεῖθρον· νυνὶ δὲ οὐχ ὕδατος ἀλλ' αἵματος καὶ πνεύματος πηγὴν ἐγκεχειρισμένος, καὶ ὁρῶν τὴν βορβόρου χαλεπωτέραν ἁμαρτίαν ἔχοντάς τινας καὶ προσιόντας, οὐκ ἀγανακτεῖς οὐδὲ ἀπείργεις; Καὶ τίνα σχοίης ἂν τὴν συγγνώμην, Διὰ τοῦτο ὑμᾶς ὁ Θεὸς ἐτίμησε ταύτην τὴν τιμὴν, ἵνα τὰ τοιαῦτα διακρίνητε. Τοῦτο ὑμῶν ἡ ἀξία, τοῦτο ἡ ἀσφάλεια, τοῦτο ἅπας ὁ στέφανος· οὐ τὸ περιβαλέσθαι χιτωνίσκους λευκοὺς καὶ ἀποστίλβοντας, καὶ περιιέναι.

κ'. Καὶ πόθεν οἴδαμεν, φασὶ, τὸν δεῖνα καὶ τὸν δεῖνα; Οὐ περὶ τῶν ἀγνοουμένων λέγω, ἀλλὰ περὶ τῶν γνωρίμων. Εἴπω τί φρικωδέστερον· οὐχ οὕτω χαλεπὸν τοὺς ἐνεργουμένους (1) ἔνδον εἶναι, ὡς τούτους, ἥ φησιν ὁ Παῦλος, διὰ τὸ τὸν Χριστὸν καταπατῆσαι, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγήσασθαι, καὶ τὴν χάριν τοῦ Πνεύματος ἐνυβρίσαι· δαιμονῶντος γὰρ χείρων ὁ ἡμαρτηκὼς, καὶ προσιών· ὁ μὲν γὰρ ἐπειδὴ δαιμονᾷ, οὐ κολάζεται· οὗτος δὲ, ὅταν ἀναξίως προσίῃ, ἀθανάτῳ παραδίδοται κολάσει. Μὴ τοίνυν τοὺς δαιμονῶντας ἐλαύνετε μόνον, ἀλλὰ πάντας ἁπλῶς, οὓς ἂν ἴδητε προσιόντας ἀναξίως· Μηδεὶς κοινωνείτω τῶν μὴ μαθητῶν· μηδεὶς λαμβανέτω Ἰούδας, ἵνα μὴ τὰ Ἰούδα πάθῃ. Σῶμά ἐστι Χριστοῦ καὶ τοῦτο τὸ πλῆθος. Ὁρᾶτε γοῦν οἱ διακονούμενοι τοῖς μυστηρίοις, μὴ παροξύνητε τὸν Δεσπότην, οὐκ ἐκκαθαίροντες τὸ σῶμα τοῦτ', μὴ ξίφος δῶτε ἀντὶ τροφῆς· ἀλλὰ κἂν ὑπὸ ἀγνοίας τινὲς ἔρχωνται μεθέξοντες ἀναξίως, κωλύσατε, μὴ φοβηθῆτε· φοβήθητε τὸν Θεὸν, μὴ ἀνθρώπους. Ἂν φοβηθῆτε ἀνθρώπους, καὶ ὑπ' αὐτῶν καταγελασθήσεσθε· ἂν δὲ τὸν Θεὸν, καὶ ἀνθρώποις αἰδέσιμοι ἔσεσθε.

[14] Matth. xxvi, 18.

(1) Nempe loquitur illis, quibus Ecclesia divina mysteria non interdixerit.

(2) Idcirco in picturis, missæ Græcorum energumeni sub dæmonis specie sacris ædibus divinoque mysterio expelluntur.

Διὰ τοῦτο μὴ συγχωρήσητε ταῦτα τολμᾶσθαι. Τῆς ψυχῆς ἕκαστος ὑμῶν ἀποστήτω πρότερον, ἢ τοῦ σώματος μεταδότω τοῦ Δεσποτικοῦ παρ' ἀξίαν· καὶ τὸ αἷμα τὸ ἑαυτοῦ προϊέτω πρότερον, ἢ μεταδότω αἵματος οὕτω φρικώδους παρὰ τὸ προσῆκον. Εἰ δὲ ἠγνόησέ τις τὸν φαῦλον, πολλὰ περιεργασάμενος, οὐδὲν ἔγκλημα· ταῦτα γάρ μοι περὶ τῶν δήλων εἴρηται. Ἂν οὖν τοὺς γνωρίμους τῶν φαύλων διορθώσητε, καὶ τοὺς ἀγνῶτας ταχέως ὑμῖν ὁ Θεὸς γνωριεῖ. Ἂν δὲ τούτους ἐάσητε, τίνος ἕνεκεν ὑμῖν ἐκείνους φανεροὺς ποιήσει λοιπόν; Ταῦτα λέγω οὐχ ἵνα ἀπείργητε, οὐδ' ἵνα ἐκτέμνητε μόνον, ἀλλ' ἵνα διορθώσαντες ἐπαναγάγητε· οὕτω γὰρ καὶ τὸν Θεὸν ἵλεων ἕξετε, καὶ πολλοὺς τοὺς κατ' ἀξίαν μεταλαμβάνοντας εὑρήσετε, καὶ τῆς οἰκείας σπουδῆς, καὶ τῆς περὶ τοὺς ἄλλους ἐπιμελείας πολὺν ἀπολήψεσθε τὸν μισθόν.

κα'. Ἔτι πάντες οἱ ἱερεῖς καὶ ὁ λαὸς διὰ σπουδῆς ποιώμεθα πολλῆς, ὥστε μετὰ τὴν ἱερὰν καὶ φρικτὴν ταύτην τράπεζαν, μὴ πρὸς μέθην καὶ τρυφὴν ἑαυτοὺς ἐκδιδόναι· εἰ γὰρ οὐδέποτε χρὴ τρυφᾷν, καὶ τοῦτο ὁ Παῦλος ἐδήλωσεν εἰπών, « Ἡ δὲ σπαταλῶσα ζῶσα τέθνηκε, » πολλῷ μᾶλλον μετὰ τὴν τῶν μυστηρίων κοινωνίαν· οὐ γὰρ διὰ τοῦτο ἐγενόμεθα καὶ ζῶμεν, ἵνα φάγωμεν καὶ πίωμεν, ἀλλὰ τὸ φαγεῖν διὰ τὸ ζῆν γέγονεν ἐξ ἀρχῆς. Ἡμεῖς δὲ ὡς διὰ τοῦτο ἐλθόντες εἰς τὸν κόσμον, οὕτως εἰς τοῦτο πάντα καταναλίσκομεν, καὶ μετὰ μέθης ἀπὸ τῆς αἰσθητῆς ἀνιστάμεθα τραπέζης, μηδόλως ἐνθυμούμενοι, ὡς ὁ μετὰ τὴν τράπεζαν καιρὸς εὐχαριστίας ἐστὶ καὶ ὕμνων καιρός· τὸν δὲ εὐχαριστοῦντα οὐχὶ μεθύειν χρεών, ἀλλ' ἐγρηγορέναι· ὁ γὰρ τοῦτο ἐνθυμούμενος ὅταν ἐπὶ τραπέζης καθίσῃ, ὅτι μετὰ τὴν τράπεζαν αὐτὸν εὔχεσθαι δεῖ, συμμέτρως ἐμπλήσει τὴν γαστέρα, ἵνα μὴ βαρυνόμενος γόνυ κλῖναι ἀδυνατήσῃ, καὶ τὸν Θεὸν παρακαλέσαι, κἀντεῦθεν γένηται καὶ τῶν ἀλόγων ἀλογώτερος. Εἰ γὰρ ἐκεῖνα μετὰ τὴν φάτνην ὁδοιπορίας ἅπτεται καὶ ἀχθοφορεῖ, καὶ τὴν οἰκείαν ἀποπληροῖ διακονίαν, πῶς οὐκ ἀτιμότερος καὶ αὐτῶν τῶν ὄνων ὁ μετὰ τὴν τράπεζαν ἄχρηστος ἄνθρωπος πρὸς πᾶν ἔργον καὶ ἀνεπιτήδειος, ὅτε μάλιστα νήφειν χρή; Καὶ γὰρ ὅτι μετὰ τὴν ἑστίασιν οὐχ ὕπνον οὐδὲ εὐνήν, ἀλλ' εὐχὰς καὶ θείων Γραφῶν ἀνάγνωσιν, ἡμᾶς διαδέχεσθαι χρή, τοῦτο σαφέστερον ἐδήλωσεν ὁ Χριστός· τὰ γοῦν ἄπειρα πλήθη τότε ἑστιάσας ἐν τῇ ἐρήμῳ, οὐκ ἐπὶ κλίνην αὐτοὺς ἔπεμψεν, ἀλλ' ἐπὶ θείαν ἀκρόασιν ἐκάλεσε λογίων· οὐ γὰρ διέῤῥηξεν αὐτῶν τὰς γαστέρας, οὐδὲ εἰς μέθην ἐνέβαλεν, ἀλλὰ πληρώσας αὐτῶν τὴν χρείαν, πρὸς τὴν πνευματικὴν ἦγε τροφήν. Οὕτω καὶ ἡμεῖς ποιῶμεν, καὶ τοσοῦτον ἐθίσαντες ἑαυτοὺς ἐσθίειν ὅσον πρὸς τὸ ζῆν μόνον, οὐχ ὅσον διασπᾶσθαι καὶ βαρύνεσθαι· καὶ πάντοτε μὲν ἀπὸ τῆς τραπέζης μὴ ἐπὶ κλίνην ἀλλ' ἐπ' εὐχὴν τρεπώμεθα (1).

[15] I Tim. v, 6. [16] Luc. ix, 18.

A irridebimini: sin potius Deum, hominibus ipsis venerandi eritis. Ideo ne patiamini hujusmodi ausus. Animæ quisque suæ potius renuntiet, quam Dominicum corpus contra dignitatem tradat: sanguinem quisque suum ante prodigat, quam adeo tremendum sanguinem contra fas tradat. Quod si aliquis hominem peccatorem ignoraverit, quamvis magnopere vestigaverit, nulla ipsius culpa erit. Hæc enim nos de manifestis locuti sumus. Jam si notos peccatores emendaveritis, statim ignotos quoque vobis Deus revelabit. Quod si illos accedere permittatis, cur jam reliquos vobis Deus manifestet? Atque hæc aio, ut non arceatis tantummodo vel præcidatis, sed ut emendatos reducatis. Sic enim et Deum propitium habebitis, et multos digne communicantes B comperietis, et vestræ sedulitatis, atque erga alios curæ multam referetis mercedem.

21. Insuper cuncti sacerdotes ac populus valde studeamus, ne quis post sacrum tremendumque convivium, ebrietati et luxuriæ se dedat. Nam si, nunquam luxuriari oportere docet Paulus dicens: « Quæ autem in deliciis est, vivens mortua est [15]; » multo id minus post mysteriorum communionem. Non enim ad hoc nati sumus et vivimus, ut manducemus ac bibamus, sed ideo comedimus ut vivamus: quippe haud vivere ut vescamur, sed vesci ut vivamus, prisco jure statutum est. Nos vero, quasi ad crapulam in mundum venerimus, cuncta in illam absumimus, ebriique a materiali mensa C surgimus: minime reputantes, quod post mensam tempus agendarum gratiarum et hymnorum tempus sit: porro eum, qui gratias agit, haud ebrium esse oportere sed experrectum. Nam qui consideret, dum mensæ accumbit, fore ut post mensam preces dicat, is modice ventrem implebit, ne cibo gravatus genu flectere nequeat, et Deum invocare; atque hinc fiat brutis irrationalior. Nam si illa post præsepe, iter ingrediuntur, et onera ferunt, et proprium ministerium exhibent, quidni sit ipsis asinis contemptibilior homo post mensam cuivis operi ineptus et impotens, cum tamen maxime experrectum esse oportet? Nam quod post cibum, haud somno vel cubili, sed precibus et divinarum Scripturarum lectioni vacandum sit, id perspicue D ostendit Christus, qui cum innumeram multitudinem in deserto pavisset, nequaquam ad lectum eos misit, sed ad divinam oraculorum acroasin [16]: neque illorum ventres cibo dirupit, sed ipsorum expleta necessitate ad spiritalem escam vocavit. Sic agamus et nos, atque eatenus nosmet comedere assuefaciamus, quatenus vitæ tantummodo sustentandæ opus est, non dirumpendis stomachis aut gravandis: atque omnino a mensa non ad lectum, sed ad preces transeamus.

(1) Est hodierna quoque consuetudo in religiosis sodalitiis, ut post mensam ad adorandam breviter in templo vel sacello Eucharistiam cuncti conveniant.

22. Sed tamen præcipue post tremendorum perceptionem mysteriorum, ita nos geramus; siquidem illud maxime tempus sobrietatis ac jejunii est. Nam si qui optimum aliquid pransus fuerit, cavet postea ne quo malo edulio prius illud corrumpat: multo minus qui Spiritu pastus fuit, alogiam facere debet et crapulari, neque satanicas admittere delicias. Cogitemus quid Dominus discipulis dixerit, quo tempore sanctissimum corpus suum sanguinemque pr.ebebat. Ait enim: «Hoc facite in meam commemo:ationem.» Quibus verbis causam nobis aperuit, cur id mysterium tradiderit; et præter alias, hanc quoque, pietati suadendæ satis idoneam, assignavit, ut reputantes quid nostri gratia passus fuerit Dominus, temperantiores post communionem simus. Insuper etiam consideremus, quid egerint apostoli post sacrarum cænarum participationem. Nonne ad preces et hymnodias, et sacras tota nocte vigilias conversi sunt? Nonne ad illam prolixam concionem, multaque redundantem pia doctrina? Quippe grandia et inexspectata tunc illis exposuit atque mandavit, dum interim Judas ad illos vocandos proficiscebatur qui eum crucifixuri erant. At enim nos ante quidem perceptionem jejunamus, ut quomodolibet communione digni videamur. Postquam vero percepimus, cum oporteret sobrietatem continuare, frenum omne abjicimus. Atqui nonne perinde est ante communionem esse sobrium, ac post illam? Sane utroque in tempore sobrietatem oportet observare; præcipue tamen post Sponsi receptionem: antea videlicet, ut digni efficiamur recipere: postea vero, ne indigni iis quæ recepimus appareamus.

23. Quid ergo? Num jejunandum est post perceptionem? Non id aio, neque cogo: præclarum id quoque foret, verumtamen vim non infero, sed hortor ne insatiabili crapulæ indulgeatis. Nam si vino occupati ne amico quidem occurrere unquam vellemus, quo pacto Christum intus habentes, tantam superinjicere ebrietatem audemus? neque perhorrescimus panem vitæ percipere, et mortis opera facere? mensam Christi gustare, et illo die crapulari, quo lingua tangere carnes illius datum nobis fuit? Memoremus dexteram, linguam, labia, quæ Christum introduxerunt. Cogitemus tempus quo accessimus; et apposita materiali mensa, ad mensam illam mentem intendamus, et ad convivium Dominicum, ad discipulorum per sacram illam noctem vigilias. Audivimus sacros hymnos, regali mensæ accubuimus, sancto Spiritu repleti fuimus, supernarum virtutum socii exstitimus. Ne, quæso, talem tantamque gratiam projiciamus, ne thesaurum effundamus, ne crapulam adm.tamus sexcentorum malorum parentem: sed cibum sumentes, qui ad vitam sustentandam sufficiat, statim ad preces post mensam convertamur, et ad gratias cum hymno: ut et quam accepimus gratiam conservemus

A κβ'. Μάλιστα δὲ τῶν φρικτῶν μετασχόντες μυστηρίων, τοῦτο ποιῶμεν, ἐπείπερ ὁ τότε καιρὸς νήψεως μάλιστα καὶ νηστείας καιρός. Εἰ γὰρ ὁ ἠριστηκώς τι χρηστὸν ἑαυτὸν φυλάσσει, ὥστε μὴ ἑτέρῳ ἐδέσματι πονηρῷ λυμήνασθαι τὸ πρότερον, πολλῷ μᾶλλον ὁ Πνεῦμα ἑστιαθεὶς οὐκ ὀφείλει παροινεῖν καὶ κωμάζειν, οὐδὲ σατανικὴν ἐπεισάγειν τρυφήν. Ἐννοήσωμεν τί εἶπεν ὁ Κύριος τοῖς μαθηταῖς, τὸ πανάγιον σῶμα καὶ τὸ αἷμα τὸ ἴδιον παρέχων· εἶπε γάρ, «Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν·» τὴν αἰτίαν ἡμῖν ἐκκαλύπτων τῆς τοῦ μυστηρίου δόσεως, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων καὶ ταύτην εἶναι λέγων ἀρκοῦσαν ἡμῖν εἰς εὐλαβείας ὑπόθεσιν, ὡς ἂν οὕτως ἐνθυμούμενοι τί πέπονθε δι' ἡμᾶς ὁ Δεσπότης, φιλοσοφώτεροι μετὰ τὴν κοινωνίαν **B** ὑπάρχωμεν. Ἐννοήσωμεν σὺν τούτῳ καὶ τί ἐποίησαν οἱ ἀπόστολοι ὅτε μετέλαβον τῶν ἱερῶν δείπνων. Οὐχὶ εἰς εὐχὰς ἐτράπησαν καὶ ὑμνῳδίας καὶ παννυχίδας ἱεράς; οὐχὶ εἰς διδασκαλίαν τὴν μακρὰν ἐκείνην καὶ πολλῆς γέμουσαν φιλοσοφίας; Τὰ γὰρ μεγάλα καὶ παράδοξα τότε αὐτοῖς διηγεῖτο καὶ παρήγγελλεν, ἀπελθόντος τοῦ Ἰούδα καλέσαι τοὺς μέλλοντας αὐτὸν σταυροῦν. Ἡμεῖς δὲ πριν ἢ μὲν μεταλάβωμεν, νηστεύομεν, ἵνα ὅπως δήποτε τῆς κοινωνίας ἄξιοι φανῶμεν· ὅταν δὲ μεταλάβωμεν, δέον ἡμᾶς ἐπιτεῖναι τὴν σωφροσύνην, πάντα ἀπολύομεν. Καίτοι γε οὐκ ἔστιν ἴσον πρὸ τούτου νήφειν, καὶ μετὰ ταῦτα; δεῖ μὲν γὰρ ἑκατέρῳ σωφρονεῖν, μάλιστα δὲ μετὰ τὸ δέξασθαι τὸν νυμφίον· **C** πρὸ τούτου μὲν, ἵνα ἄξιοι γενώμεθα τοῦ λαβεῖν, μετὰ δὲ ταῦτα, ἵνα μὴ ἀνάξιοι ὧν ἐλάβομεν φανῶμεν.

κγ'. Τί οὖν; Νηστεύειν δεῖ μετὰ τὸ μεταλαβεῖν; Οὐ λέγω τοῦτο, οὐδὲ καταναγκάζω· καλὸν μὲν γὰρ καὶ τοῦτο, πλὴν οὐ βιάζομαι, ἀλλὰ παραινῶ μὴ τρυφᾶν εἰς ἀπληστίαν. Εἰ γὰρ οἰνωμένοι, φίλῳ συντυχεῖν οὐκ ἂν ἑλώμεθα ποτὲ, πῶς τὸν Χριστὸν ἔνδον ἔχοντες, τοσαύτην ἐπεμβαλεῖν μέθην τολμῶμεν; καὶ οὐ φρίττομεν ἄρτον ζωῆς λαβόντες, καὶ πρᾶγμα ποιοῦντες θανάτου; τραπέζης ἀπολαύσαντες Χριστοῦ, καὶ τρυφῶντες κατὰ τὴν ἡμέραν καθ' ἣν ἅψασθαι διὰ γλώττης τῶν σαρκῶν αὐτοῦ ἠξιώθημεν; Καταμάθωμεν τὴν δεξιὰν (1), τὴν γλῶτταν, **D** τὰ χείλη ἅπερ ἐγένετο πρόθυρα τῇ ἐπιβάσει τοῦ Χριστοῦ· ἐννοήσωμεν τὸν καιρὸν καθ' ὃν προσερχόμεθα, καὶ τράπεζαν αἰσθητὴν παραθέντες, πρὸς ἐκείνην τὴν τράπεζαν τὸν νοῦν ἀνατείνωμεν, πρὸς τὸ δεῖπνον τὸ Κυριακὸν, πρὸς τὴν ἀγρυπνίαν τῶν μαθητῶν τὴν κατὰ νύκτα ἐκείνην τὴν ἱεράν. Ἠκούσαμεν ὕμνων ἱερῶν, ἀπηλαύσαμεν τραπέζης βασιλικῆς, ἐνεπλήσθημεν ἁγίου Πνεύματος, κοινωνοὶ γεγόναμεν τῶν ἄνω δυνάμεων. Μὴ ῥίψωμεν τοσαύτην χάριν· μὴ ἐκχέωμεν τὸν θησαυρόν· μὴ μέθην ἐπεισαγάγωμεν τὴν μυρία τίκτουσαν κακά· ἀλλὰ τροφῆς συμμέτρου μεταλαβόντες, καὶ πρὸς τὸ ζῆν μόνον ἀρκούσης, εὐθὺς ἐπ' εὐχὴν ἀπὸ τῆς τραπέζης

(1) Hoc dicit quia Græci eucharisticum panem a sacerdote traditum dextera manu recipiunt.

τραπῶμεν καὶ εὐχαριστίαν καὶ ὕμνον· ἵνα καὶ ἣν ἐλάβομεν χάριν ἀκεραίαν τηρήσωμεν, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπιτύχωμεν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ παναγίῳ Πνεύματι νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν (1).

ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ ΕΝΝΑΤΗΣ ΗΘΙΚΟΝ (2).

Ὅτι δεῖ νήφειν ἡμᾶς ἀεὶ καὶ ἐγρηγορέναι, τὸ χαλεπὸν ἐννοοῦντας πτῶμα τοῦ Ἰούδα· καὶ κατὰ φιλαργυρίας.

α'. Ταῦτ' οὖν ἀκούοντες, παιδευώμεθα νήφειν ἀεὶ καὶ ἐγρηγορέναι. Εἰ γὰρ ὁ εἰς τὸν ἅγιον ἐκεῖνον χορὸν τελῶν, ὁ συνὼν τῷ Χριστῷ, ὁ τοσαύτης ἀπολελαυκὼς δωρεᾶς καὶ διδασκαλίας, ὁ σημεῖα πεποιηκὼς (καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς μετὰ τῶν ἄλλων ἦν τῶν πεμφθέντων νεκροὺς ἐγείρειν), ἐπείπερ ἑάλω νοσήματι δεινῷ, τῷ τῆς φιλαργυρίας κακῷ, πρὸς τοσοῦτον κατηνέχθη βάραθρον, ὡς τὸν Δεσπότην τὸν ἑαυτοῦ προδοῦναι· καὶ οὐδὲν ὠφέλησαν αὐτὸν οὔτε αἱ εὐεργεσίαι, οὐχ αἱ δωρεαὶ, καὶ τὸ μετ' αὐτοῦ εἶναι, οὐ θεραπεία, οὐ τὸ τοὺς πόδας νίψαι, οὐ τὸ τῆς τραπέζης κοινωνῆσαι, οὐ τὸ γλωσσόκομον κατέχειν, ἀλλὰ καὶ ἐφόδια αὐτῷ κολάσεως γέγονε· τί πεισόμεθα ἡμεῖς, μὴ φυλασσόμενοι τοῦτο τὸ πάθος; Καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνῆν ἐκεῖνος τῷ μὴ ἔχοντι ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ, καὶ καθ' ἑκάστην ἐπαιδεύετο δι' ἔργων, διὰ ῥημάτων, μὴ χρυσὸν, μηδὲ ἄργυρον, μὴ δύο χιτῶνας ἔχειν· καὶ ὅμως οὐκ ἐσωφρονίσθη. Καὶ πῶς ἡμεῖς προσδοκῶμεν διαφεύξεσθαι τὸ νόσημα, θεραπείας ἀμυδρᾶς ἀπολαύοντες, οὐδὲ πολλῇ τῇ σπουδῇ κεχρημένοι;

β'. Δεινὸν γὰρ ἡ φιλαργυρία, δεινόν· αὕτη καὶ ὀφθαλμοὺς καὶ ὦτα πληροῖ, καὶ τοὺς ἁλόντας ἐκβακχεύουσα θηρίου χαλεπωτέρους ποιεῖ, καὶ πρὸς ἐσχάτην ὠμότητα καὶ ἀπανθρωπίαν, οὐ τὴν τῆς οἰκείας ψυχῆς σωτηρίαν ἐννοῆσαι συγχωροῦσα, ἀλλὰ τούτων ἁπάντων καθάπαξ ἀποστάντας, ἑαυτῇ πείθουσα δουλεύειν, ὥσπερ εἴ τις χαλεπὴ τυραννίς. Ὁ γὰρ χρημάτων ἐρῶν οὐ μόνον οὐκ ἀγαπᾷ κατὰ τὴν ἐντολὴν τοὺς ἐχθροὺς, ἀλλὰ καὶ τοὺς φίλους μισεῖ· μήτε συγγένειαν εἰδὼς, μήτε συνηθείας μεμνημένος, οὐχ ἡλικίαν αἰδούμενος, οὐ φίλον ἔχων τινὰ, ἀλλὰ πρὸς πάντας ἀπεχθῶς διακείμενος· καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἁπάντων πρὸς ἑαυτὸν, οὐ τῷ μόνον ἀπολλύναι τὴν οἰκείαν ψυχὴν, ἀλλὰ καὶ τῷ μυρίαις ἑαυτὸν κατατείνειν φροντίσι· καὶ οὕτω τυραννικόν ἐστι τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος, ὡς καὶ τοῦ δριμυτάτου ἔρωτος τῶν σωμάτων περιγενέσθαι· καὶ τὸ δεινὸν τῆς οὕτω πικρᾶς δουλείας, ὅτι καὶ χάριν αὐτῇ ἔχειν παρασκευάζει· καὶ ὅσῳπερ ἂν αὐτῇ μᾶλλον

[17] I Petr. v, 8.

A incolumem, et bona consequamur æterna, beneficio et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo Patri est gloria cum sanctissimo Spiritu, nunc, et semper, et in sæcula sæculorum. Amen.

SERMONIS NONI ETHICON.

Quod oporteat nos sobrios esse et vigilare, dirum reputantes Judæ casum. Et contra avaritiam.

1. His ergo auditis, discamus sobrii esse ac vigilare [17]. Si enim de sancto choro unus, Christi sodalis, tanto munere donatus, doctrinaque imbu-B tus, qui miracula patraverat (nam et ipse cum aliis missus fuerat ad mortuos suscitandos); postquam hoc diro morbo, avaritiæ scilicet vitio, correptus fuit, in tantum ruit barathrum, ut Dominum suum proderet; nihilque ei profuerunt beneficia, non charismata, non Jesu societas, non benignitas exhibita, non pedum lotio, non mensæ communio, non crumenæ commissa fiducia; sed hæc illi adminicula potius ad consequendam pœnam fuerunt; quid nos patiemur, nisi ab hoc vitio caveamus? Quotidie ille cum eo erat, qui ubi caput reclinaret non habebat: quotidie erudiebatur operibus, verbis, ne aurum, ne argentum, ne duas tunicas haberet; et tamen non est emendatus. C Et quomodo nos speramus hunc morbum abjicere, levi medicina utentes, neque studium multum adhibentes?

2. Dirum quippe malum est avaritia, prorsus dirum. Hæc oculos auresque occupat, et sibi deditos in furorem bacchicum impellit, fera asperiores efficit, et apprime crudeles atque inhumanos, neque de propriæ animæ salute cogitare sinit, sed omni hac cura prorsus omissa, uni sibi deservire suadet, ceu quædam sæva tyranna. Nam qui opes amat, non modo inimicos juxta præceptum non amat, sed amicos etiam odit; neque sanguinis cognationem novit, neque sodalitatis meminit, neque ætatem reveretur, neque quemquam amicum habet, sed hostili in omnes animo est, præcipue vero D contra se ipsum, non solum quia propriam animam perdit, sed quia innumeris semet distrahit sollicitudinibus. Atque adeo tyrannicum est avaritiæ vitium, ut vehementissimum quemque corporum amorem superet: idque præcipue hanc amaram servitutem gravat, quod ad habendam sibi gratiam hominem comparat; et quo magis ei servitur, eo vehementiore voluptate delectat.

(1) Exegimus monumentum egregium pro sacramenti eucharistici veritate, cujusmodi eam catholica Ecclesia profitetur. Itaque hic Theodorus addendus est tot illis ex Græca Ecclesia tanti dogmatis testibus, quos Arnaldus atque Renaudotius in suis voluminibus produxerunt *De perpetuitate fidei Ecclesiæ catholicæ circa Eucharistiam.*

(2) Theodorus in codice antea exponit dictum Christi apud Joan. vi, 71: *Ex vobis unus diabolus est. Dicebat autem Judam Simonis Iscariotem; hic enim erat traditurus eum, cum esset unus ex duodecim.* Deinde sermonem concludit præsenti ethico.

Propterea potissime insanabilis morbus fit, et bellua magis indomita. Avaritia Giezim, viri sancti Elisæi contubernalem, leprosum pro discipulo ac propheta effecit. Hæc Judæorum principes corrupit, ut dona acciperent, et furum participes fierent. Hæc Judam proditorem reddidit. Hæc Ananiam perdidit. Hæc innumera bella invexit, sanguine vias, luctu atque gemitibus urbes implevit. Hæc cœnas obtulit impuras, mensas piaculares, escas scelere plenas. Hinc bella, et pugnæ: hinc bustorum spoliatores: hinc denique quidquid mali dicere potes.

3. Propterea hanc divus Paulus appellavit simulacrorum servitutem [18], ut malitiæ magnitudinem ostenderet. Cur vero simulacrorum servitutem? Quia multi pecuniam habent, sed ea uti non audent, sed quodammodo consecrant, et ad filios horumque posteros transmittunt intactam, tanquam sacra quædam donaria violare parcentes. Quod si aliquando coguntur, quasi nefarium aliquid egerint, ita ægre se habent. Alioqui, sicut ethnicus simulacrum colit, ita aurum avarus januis commendat et seris, pro templo arcam fabricans, et argenteis vasis recondens. At, inquis, aurum non adorat, velut ethnicus simulacrum. Attamen omnimodam illi adhibet culturam. Præterea ethnicus libentius oculos et animam projiciet quam simulacrum. Ita etiam auri amatores. Sed non venerantur, inquis, aurum. Atqui ne ethnicus quidem simulacrum, sed inhabitantem illic dæmonem. Ita avari utique aurum non adorant, sed ab auri aspectu et concupiscentia resultantem in ipsorum animas dæmonem. Dæmone enim sævior est avaritiæ affectus; atque huic multi magis obediunt, quam alii idolis: his enim multi non obtemperant; at avaritiæ omnes cedunt, et quidquid ipsa præceperit, morem gerunt. Et videsis quid ea dicat: Hostis esto et inimicus omnium, ignora naturam, Deum contemne, mihi temet immola. In omnibus his obtemperatur. Et simulacris quidem boves atque oves immolant; et avaritia dicit: Immola mihi tuam propriam animam, et ille obedit. Viden' quales ista habeat aras, quales recipiat victimas? Apte itaque magnus Paulus avaritiam simulacrorum servitutem appellavit, utpote cupiditatum omnium sævissimam.

4. Omnino autem vitium hoc ineptos facit illos qui eo tenentur, sive militaria opus sit sive civilia munera gerere: neque in publicis tantum, verum etiam in privatis negotiis. Nam et si forte uxorem ducturus est qui avaritiæ morbo urgetur, nequaquam virtute præditam accipiet, sed omnium pessimam, pecuniæ amore victus. Et si domus emenda est, haud decentem ingenuo homini emet, sed quæ pluris locari queat. Et si servos, sive

δουλεύσωσι, τοσούτῳ τὰ τῆς ἡδονῆς αὔξεται. Διὸ καὶ ταύτῃ μάλιστα ἀνίατον τὸ νόσημα γίνεται, καὶ δυσάλωτον τὸ θηρίον. Τοῦτο τὸν Γιεζῆ, ἀνδρὶ ἁγίῳ τῷ Ἐλισσαίῳ συζῶντα, λεπρὸν ἀντὶ μαθητοῦ καὶ προφήτου πεποίηκε· τοῦτο τοὺς Ἰουδαίων ἄρχοντας διέφθειρε, λαμβάνοντας δῶρα καὶ κοινωνοὺς κλεπτῶν γινομένους· τοῦτο τὸν Ἰούδαν προδότην εἰργάσατο· τοῦτο τοὺς περὶ Ἀνανίαν ἀπώλεσε· τοῦτο μυρίους πολέμους εἰσήγαγεν, αἱμάτων μὲν τὰς ὁδοὺς, θρήνων δὲ καὶ οἰμωγῶν τὰς πόλεις πληρῶσαν· καὶ δεῖπνα ἐποίησε γενέσθαι ἀκάθαρτα, καὶ τραπέζας ἐναγεῖς, καὶ ἐδέσματα παρανομίας ἐνέπλησεν· ἐντεῦθεν γὰρ πόλεμοι καὶ μάχαι, ἐντεῦθεν τυμβωρύχοι, καὶ ὃ ἂν εἴπῃς κακὸν, ἐντεῦθεν.

γʹ. Διὰ τοῦτο εἰδωλολατρείαν ὁ θεῖος Παῦλος ἐκάλεσεν αὐτὸ, τὸ τῆς κακίας μέγεθος ἐνδεικνύμενος. Διὰ τί εἰδωλολατρείαν; Ὅτι ἔχουσι πολλοὶ χρήματα, καὶ χρήσασθαι αὐτοῖς οὐ τολμῶσιν, ἀλλ' ἀφιεροῦσιν, εἰς ἐκγόνους καὶ τοὺς ἐξ ἐκείνων παραπέμποντες ἀνέπαφα, καθάπερ τινῶν ἀναθημάτων οὐ τολμῶντες ἅψασθαι. Ἐὰν δέ ποτε ἀναγκασθῶσιν, ὥσπερ ἀθέμιτόν τι πράξαντες, οὕτω διάκεινται. Καὶ ἄλλως δὲ ὥσπερ τὸ ξόανον ὁ Ἕλλην περιέπει, οὕτως ὁ φιλάργυρος τὸ χρυσίον θύραις πιστεύεται καὶ μοχλοῖς, ἀντὶ ναοῦ τὸ κιβώτιον κατασκευάζων, καὶ ἐναποτιθέμενος σκεύεσιν ἀργυροῖς. Ἀλλ' οὐ προσκυνεῖ, καθάπερ ἐκεῖνος, τὸ ξόανον, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπιδείκνυται περὶ αὐτὸ θεραπείαν. Πάλιν ἐκεῖνος ἡδέως ἂν τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὴν ψυχὴν πρόοιτο ἢ τὸ ξόανον. Τοῦτο καὶ οἱ τὸ χρυσίον φιλοῦντες. Ἀλλ' οὐ προσκυνοῦσι τὸ χρυσίον, φησίν· οὐδὲ ἐκεῖνος τὸ εἴδωλον, ἀλλ' ὅμως προσκυνεῖ τὸν ἐνοικοῦντα δαίμονα. Οὕτως οἱ φιλοχρήματοι, κἂν μὴ τὸ χρυσίον προσκυνῶσιν, ἀλλὰ τὸν ἀπὸ τῆς ὄψεως τοῦ χρυσίου καὶ τῆς ἐπιθυμίας ἐπιπηδῶντα δαίμονα ταῖς τούτων ψυχαῖς· δαίμονος γὰρ χαλεπώτερον τῆς φιλαργυρίας ἡ ἐπιθυμία· καὶ ταύτῃ πολλοὶ μᾶλλον πείθονται ἢ ἕτεροι τοῖς εἰδώλοις· ἐκεῖ μὲν γὰρ πολλὰ παρακούουσιν, ἐνταῦθα δὲ πάντα εἴκουσι, καὶ ὅπερ ἂν εἴπῃ ποιῆσαι πείθονται. Καὶ ὅρα τί λέγει· Πολέμιος ἔσο καὶ ἐχθρὸς ἁπάντων, ἀγνόει τὴν φύσιν, καταφρόνει Θεοῦ, κατάθυσόν μοι σαυτόν· καὶ πάντα πείθονται· καὶ τοῖς μὲν ξοάνοις βοῦς καὶ πρόβατα θύουσιν· ἡ δὲ φιλαργυρία λέγει· Θῦσόν μοι τὴν σαυτοῦ ψυχὴν, καὶ πείθει. Ὁρᾷς οἵους ἔχει βωμοὺς, οἷα δέχεται θύματα; Προσηκόντως ἄρα Παῦλος ὁ μέγας τοῦτο εἰδωλολατρείαν ἐκάλεσεν, ὡς πάντων παθῶν χαλεπώτατον πάθος.

δʹ. Καὶ πανταχοῦ δὲ τοῦτο τὸ πάθος ἀχρήστους ποιεῖ τοὺς ὑπὸ τούτου κεκρατημένους, ἄν τε στρατηγῆσαι, ἄν τε δημαγωγῆσαι δέῃ· μᾶλλον δὲ οὐκ ἐν τοῖς κοινοῖς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς ἰδίοις. Κἂν γυναῖκα γὰρ ἀγαγέσθαι μέλλῃ ὁ φιλαργυρίαν νοσῶν, οὐ λήψεται τὴν ἐνάρετον, ἀλλὰ τὴν πασῶν φαυλοτάτην, ἥττων χρημάτων γενόμενος, κἂν οἰκίαν πρίασθαι, οὐ τὴν ἐλευθέρῳ πρέπουσαν, ἀλλὰ τὴν πολὺν δυναμένην τὸν μισθὸν ἐνεγκεῖν· κἂν

[18] Coloss III, 5.

οἰκέτας, κἂν ὁτιοῦν ἕτερον ὠνεῖσθαι μέλλῃ, τὸ A φαυλότατον λήψεται, διὰ τὸ κέρδος. Καὶ τί λέγω στρατηγίαν, καὶ δημαγωγίαν, καὶ οἰκονομίας; κἂν γὰρ βασιλεὺς ᾖ, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος, καὶ λύμη τῆς οἰκουμένης, καὶ πάντων πενέστερος· ὡς γὰρ εἷς τῶν πολλῶν διακείσεται, οὐχὶ τὰ πάντων ἑαυτοῦ νομίζων εἶναι, ἀλλ' ἑαυτὸν ἕνα τῶν πάντων, καὶ τὰ πάντων ἁρπάζων, καὶ πάντων ἐλάττονα ἔχειν νομίζων· τῇ γὰρ τῶν οὐδέπω κτηθέντων ἐπιθυμίᾳ τὰ παρόντα μετρῶν, οὐδὲν ταῦτα πρὸς ἐκεῖνα εἶναι ἡγήσεται. Διὸ καί τις φησὶν ὡς οὐδὲν ἀνομώτερον φιλαργύρου· ὁ γὰρ τοιοῦτος καὶ ἑαυτὸν ἀποδίδοται, καὶ κοινὸς περιέρχεται τῆς οἰκουμένης ἐχθρὸς, ἀλγῶν ὅτι μὴ χρυσίον φέρει ἀντὶ τῶν ἀσταχύων ἡ γῆ, καὶ ἀντὶ τῶν ναμάτων αἱ κρῆναι, B καὶ ἀντὶ τῶν λίθων τὰ ὄρη· δυσχεραίνων πρὸς τὴν εὐετηρίαν, ἐν τοῖς κοινοῖς ἀγαθοῖς συνεσταλμένος· πᾶσαν ἀποστρεφόμενος πρόφασιν, ὅθεν οὐκ ἔστιν ἀργύριον λαβεῖν· πάντα ὑπομένων, ὅθεν καὶ δύο μόνον συλλέξαι ὀβολοὺς ἔνι· ἅπαντας μισῶν, τοὺς πένητας, τοὺς πλουσίους, τοὺς μὲν πένητας, μήποτε προσελθόντες αἰτήσωσι· τοὺς δὲ πλουτοῦντας, ὅτι μὴ τὰ ἐκείνων ἔχει· ἅπαντας τὰ αὐτοῦ νομίζει κεκτῆσθαι· καὶ ὡς παρὰ πάντων ἠδικημένος, οὕτως πρὸς πάντας δυσχεραίνει· πλησμονὴν οὐκ οἶδε, κόρον οὐκ ἐπίσταται· ἐν σκότῳ διάγων τῷ τῶν χρημάτων ἔρωτι, τῶν περισπουδάστων τὸ κάλλος ὡς χρεὼν οὐ γινώσκει· καθάπερ οὐδ' ὁ ἐν σκότῳ τῷ αἰσθητῷ καθήμενος δύναται βλέπειν τὸ κάλλος τῶν αὐτῷ προσαγομένων λίθων τιμίων, ἢ χρυσῶν C σκευῶν, ἢ ἁλουργῶν ἱματίων· σκότος καὶ γάρ ἐστι νοητὸν ὁ τῶν χρημάτων ἔρως, οὐδὲν ἀφιεὶς τῶν ὄντων φαίνεσθαι ὡς ἔστιν, ἀλλ' ἑτέρως· ἐπείπερ οὐδαμοῦ τῶν πραγμάτων ἡ φύσις φαίνεται, ὡς ἐν πενίᾳ· οὐδαμοῦ οὕτως ἐλέγχεται τὰ δοκοῦντα μὲν εἶναι, μὴ ὄντα δὲ, ὡς ἐν φιλοσοφίᾳ.

ε'. Καὶ ὡς ἐν βραχεῖ φάναι, ὁ φιλάργυρος τοσούτοις καὶ τηλικούτοις ἐνδεδεμένος κακοῖς, πάντων ἐστὶν ἀθλιώτερος· ὥσπερ οὖν ὁ τούτων ἀπηλλαγμένος καὶ φιλοσοφῶν ζηλωτότερος πάντων· ὁ μὲν γὰρ ἐνάρετος, κἂν οἰκέτης ᾖ, κἂν δεσπότης, πάντων ἐστὶ μακαριώτερος· οὐδεὶς γὰρ αὐτὸν ποιήσει κακῶς, κἂν οἱ ἐκ τῆς οἰκουμένης συνέλθωσιν ἅπαντες, ὅπλα καὶ στρατόπεδα κινοῦντες καὶ πολεμοῦντες αὐτῷ· ὁ δὲ μοχθηρὸς καὶ φαῦλος καὶ τοιοῦτος οἷον D διεγράψαμεν, κἂν βασιλεὺς ᾖ, κἂν μυρία περίκειται διαδήματα, κἂν στρατιὰν ἔχῃ πολυάριθμον, καὶ παρὰ τοῦ τυχόντος τὰ ἔσχατα πείσεται. Οὕτως ἡ κακία ἀσθενές! οὕτως ἰσχυρὸν ἡ ἀρετή! Τί τοίνυν ἐπιθυμῶν, ἄνθρωπε, χρημάτων, πενθεῖς ὡς ἐν πενίᾳ ὤν; τί θρηνεῖς, ἑορτὴν ἄγων; καὶ γὰρ ἑορτῶν ὁ καιρός· τί κλαίεις, πλούτου ἐρῶν; καὶ γὰρ πανήγυρις ἡ πτωχία, ἂν σωφρονῇς. Τί, ὦ παιδίον, ὀδύρῃ; παιδίον γὰρ δεῖ τὸν τοιοῦτον καλεῖν. Οὐκ ἔχεις χρήματα, πένης ὤν; μεγάλου εἶ φορτίου ἀπηλλαγμένος· μᾶλλον δὲ θαυμαστὸς εἶ καὶ μακάριος, τῆς φρονήσεως καὶ καρτερίας καὶ πάσης φιλοσοφίας διδάσκαλον ἔχων, φημὶ δὲ τὴν πενίαν, ᾗ καὶ ὁ Λάζαρος συζῶν ἐστεφανοῦτο· ἣ καὶ τὸν

A quidquam aliud emere oporteat, deterrimum quodque lucri causa eliget. Quid dico militare aut civile aut administratorium munus! Nam quamvis rex sit, omnium infelicissimus est, mundi sordes, et omnium pauperrimus. Namque unum se de multis credet: neque omnium se dominum æstimabit, sed se unum de omnium numero: et rem omnium ad se trahet, omnium se minime habere putans. Namque ex illorum quæ sibi adhuc desunt cupiditate, sua propria metiens, nihil hæc præ illis esse judicabit. Quare et quidam dixit, nihil avaro esse iniquius: nam homo hujusmodi se ipsum quoque tradit, et communis incedit mundi hostis, dolens quod aurum pro spicis terra non ferat, et pro fluentis fontes, et pro lapidibus B montes: irascens anni ubertati, et in communibus bonis angustiatus; quamlibet occasionem respuens unde non sit argentum capere; omnia perferens, unde vel duos tantum obolos corradere liceat; omnes odio habens pauperes ac divites: pauperes, ne forte accedentes petant; divites, quia rem illorum non habet: omnes sua ipsius possidere existimat; et quasi ab omnibus fraudatus, ita omnibus est iratus: repletionem non novit, satietatem nescit. In tenebris versans ob pecuniæ amorem, rerum æstimabiliorum pulchritudinem ut par est non agnoscit, quemadmodum nec ille, qui in tenebris sensibilibus sedet, cernere potest pulchritudinem oblatorum ei lapidum pretiosorum, C aut aureorum vasorum, aut vestium purpurearum. Tenebrarum reapse intellectualium instar est pecuniæ amor, rem nullam patiens videri uti revera est, sed aliter: quandoquidem nusquam ita rerum natura apparet, ut in paupertate: nusquam sic coarguuntur quæ videntur esse, cum non sint, ut in philosophia.

5. Atque ut compendio dicamus, avarus tot tantisque constrictus malis, omnium est infelicissimus: sicut vicissim qui his caret et philosophatur, præ omnibus æmulandus. Etenim virtute præditus vir, sive famulus sit sive herus, omnium est beatissimus: nemo quippe ei male faciet, etiamsi ex orbe universo omnes conveniant, arma exercitusque moventes, eique bellum inferentes. D At pravus et nequam, et qualem descripsimus, quamvis rex sit et sexcentis ornatus coronis, quamvis numerosum exercitum habeat, a quolibet summis malis affici poterit. Adeo nequitia infirma est! adeo valida virtus! Cur ergo, o homo pecuniæ cupide, luges tanquam in egestate? cur lamentaris in solemnitate? Nam solemnitatis hoc tempus est. Cur fles, divitiarum amator? instar tibi solemnitatis paupertas erit, si sana mente fueris. Cur, puer, ejulas? Nam puerum appellare oportet hominem hujusmodi. Non habes pecuniam, quia pauper es? magno pondere es liberatus: imo etiam admirandus es ac beatus, quia omnis philosophiæ magistram habes pauperiem, in qua vitam degens Lazarus coronabatur. Hæc Jacob

fecit illustrem, pane tantum potiri cupientem. Ob hanc Josephum quoque admiramur, qui in extremam devenit pauperiem, neque in servitutem tantummodo sed et in carcerem : neque hunc ita laudamus cum frumentum distribuit, quam cum carcerem incoluit : neque tam in diademate, quam in vinculis : neque tam quando in throno sedebat, quam cum insidias passus divendebatur.

6. At enim ab aliquo contemptim percussus fuisti, tanquam pauper; fortior hinc factus es. Sed neque nobilis es neque dynasta, quia inhonoratus ut egens. Atqui sic mihi aliud narras libertatis genus. Audi et ethnicos de his philosophantes, dicentesque nihil grave perpeti, qui ita animo affecti sunt. At domum splendidam et insignem, et septis præditam, non habes, quia opibus cares, ideoque has exoptas. En vero universa terra in conspectu tuo est, publica ædificia, sive hinc delectationem sive usum capere velis. Quid porro jucundius quidve pulchrius cœli firmamento, quod nobis Deus extendit lacunar? Nam et nostri gratia creatum fuit, et commune est cunctis, et maxime, ob pulchritudinem suam idoneum menti ad Creatorem sursum extollendæ. Quousque nos amor tantopere præsentium rerum occupabit superfluarum atque inutilium? Nam divitiæ inter res superfluas reputantur, quarum nulla est utilitas. Quousque vanitatibus inhærebimus? Quousque cœlos non suspiciemus? non sobrii erimus? non satietas terrenarum rerum fluxarumque nos capiet? non denique ipsarum vilitatem experimento discemus?

7. Cogitemus illos qui divites ante nos exstiterunt; nonne illa omnia somnium, umbra, et flos fuerunt? nonne rumusculus atque fabula? Ille dives fuit; at nunc ubi divitiæ, quæ dilapsæ sunt et corruptæ? Sed peccata manent ob illas commissa, et propter peccata punitio. Quousque egeni ac pauperes res duraturas fugient, perituras sectabuntur? Non est quemquam divitem esse, nisi in anima opulentus sit: sicuti nemini contingit esse pauperi, nisi in animo paupertatem gerat. Nam si potior est anima corpore, non queunt debiliora illam sibi subjicere; sed quæ potior est, illa quæ æque non sunt valida, ad se trahit atque transmutat. Namque et cor si quod damnum pertulerit, totum corpus æque adficit: et si ægrum fuerit, toti massæ nocet; sin incolume, usquequaque prodest. Secus vero, si quod aliud membrum laboret, corde incolumi manente, facile et aliorum membrorum damnum dispellitur.

8. Ut autem manifestius quod dico efficiam, quæ utilitas ramorum, dic mihi, viridantium, si radix marcescat? Secus autem, quodnam detrimentum foliorum desuper arescentium, dummodo sana sit radix? Sic etiam nulla est divitiarum utilitas, si anima sit paupercula : neque vicissim nocet paupertas, si anima dives sit. At quomodo, inquiunt, dives sit anima si opibus careat? Imo vero tunc

A Ἰακὼβ ἔδειξε λαμπρὸν, ἄρτου μόνου ἐπιτυχεῖν ἐπιθυμοῦντα· δι' ἣν καὶ τὸν Ἰωσὴφ θαυμάζομεν ἐν ἐσχάτῃ γενόμενον πενίᾳ, καὶ οὐχὶ δοῦλον μόνον γενόμενον, ἀλλὰ καὶ δεσμώτην· οὐ γὰρ οὕτως ἐπαινοῦμεν αὐτὸν ὅτε τὸν σῖτον διένειμεν, ὡς ὅτε τὸ δεσμωτήριον ᾤκει· οὐδὲ ὅτε τὸ διάδημα περιέκειτο, ὡς ὅτε τὴν ἅλυσιν· οὐδ' ὅτε ἐπὶ τοῦ θρόνου ἐκαθέζετο, ὡς ὅτε ἐπεβουλεύετο καὶ ἐπωλεῖτο.

ς'. Ἀλλ' ἐτυπτήθης παρά τινος ὡς πτωχὸς καταφρονηθείς; καὶ τί τοῦτο; καρτερικώτερος ἐντεῦθεν ἐγένου. Ἀλλ' οὐ κέκτησαι δόξαν καὶ δυναστείαν, ἄτιμος ὢν ὡς πένης. Πάλιν ἄλλης ἐλευθερίας εἶδός μοι λέγεις. Ἄκουσον καὶ τῶν ἔξω ταῦτα φιλοσοφούντων καὶ λεγόντων μηδὲν πεπονθέναι δεινὸν τοὺς οὕτω φρονοῦντας. Ἀλλ' οἰκίαν οὐκ ἔχεις λαμπρὰν καὶ B περιφανῆ καὶ περιβόλους ἔχουσαν, ἅτε στερούμενος χρημάτων, καὶ διὰ τοῦτο τούτων ὀρέγῃ. Ἀλλ' ἰδοὺ πᾶσα ἡ γῆ ἐνώπιόν σου, τὰ δημόσια οἰκοδομήματα, εἴτε εἰς τέρψιν, εἴτε εἰς χρείαν ἔχειν ἐθέλεις. Καὶ τί τερπνότερον καὶ ὡραιότερον τοῦ στερεώματος τοῦ οὐρανοῦ, ὃν ὁ Θεὸς ἡμῖν ἐξέτεινεν ὄροφον; καὶ γὰρ δι' ἡμᾶς γέγονε, καὶ κοινός ἐστιν ἅπασιν ἡμῖν, καὶ τὰ μέγιστα ὠφελεῖ, ὡς διὰ τοῦ κάλλους εἰς τὸν Δημιουργὸν ἀναπέμπων. Μέχρι τίνος ὁ ἔρως ἡμᾶς οὕτω κατέχει τῶν παρόντων πραγμάτων, τῶν περιττῶν καὶ ἀνονήτων; ὁ γὰρ πλοῦτος ἐν τοῖς περιττοῖς, ἐν οἷς οὐδὲν ὄφελος γίνεται. Μέχρι τίνος προσηλούμεθα τοῖς ματαίοις; Μέχρι τίνος οὐ διαβλέπομεν ἐν τοῖς οὐρανοῖς; οὐ νήφομεν; οὐ λαμβάνομεν κόρον τῶν γηΐ- C νων τούτων καὶ παραῤῥεόντων; οὐ παιδευόμεθα διὰ τῆς πείρας αὐτῶν τὴν εὐτέλειαν;

ζ'. Ἐννοήσωμεν τοὺς πρὸ ἡμῶν πλουτήσαντας· οὐχὶ ὄναρ πάντα ἐκεῖνα; οὐχὶ σκιὰ καὶ ἄνθος; οὐχὶ διήγημα καὶ μῦθος; ὁ δεῖνα πεπλούτηκε, καὶ ποῦ νῦν ὁ πλοῦτος; Ἀπώλετο καὶ διέφθαρται. Ἀλλὰ τὰ δι' αὐτῶν ἁμαρτήματα μένει, καὶ ἡ διὰ τὰ ἁμαρτήματα κόλασις. Μέχρι τίνος πτωχοὶ καὶ πένητες, τὰ μὲν μένοντα φεύγοντες, διώκοντες δὲ τὰ φεύγοντα; Οὐκ ἔστι πλούσιον εἶναι τὸν μὴ τῇ ψυχῇ πλουτοῦντα· καθάπερ οὐκ ἔνι πτωχὸν εἶναι τὸν μὴ ἐν διανοίᾳ ἔχοντα τὴν πενίαν· εἰ γὰρ κυριώτερον τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ, οὐκ ἰσχύει τὰ μὴ ἰσχυρότερα αὐτὴν διαθεῖναι πρὸς ἑαυτά· ἀλλ' ἡ κυρία τὰ μὴ οὕτω D κύρια πρὸς ἑαυτὴν ἐφέλκεται καὶ μεταβάλλει· καὶ γὰρ ἡ καρδία ὅταν τινὰ δέξηται βλάβην, ἅπαν τὸ σῶμα οὕτω διατίθησι· κἂν δύσκρατος γένηται, τῷ παντὶ λυμαίνεται· κἂν εὔκρατος, τὸ πᾶν ὀνίνησιν· ἂν δέ τι τῶν λοιπῶν διαφθαρῇ, ταύτης μενούσης ὑγιοῦς, εὐκόλως κἀκείνων τὴν λύμην ἀποτινάσσεται.

η'. Ἵνα δὲ καὶ σαφέστερον ὃ λέγω ποιήσω, τί κλάδων ὄφελος, εἰπέ μοι, χλωρῶν, ὅταν ἡ ῥίζα μαραίνηται; Τί δὲ βλάβος τῶν ἄνωθεν ξηρανθέντων φύλλων, ταύτης οὔσης ὑγιοῦς; Οὕτω καὶ ἐνταῦθα οὐδὲν ὄφελος χρημάτων, ψυχῆς οὔσης πενιχρᾶς· οὐδὲ βλάβος πενίας, ψυχῆς οὔσης πλουσίας. Καὶ πῶς ἂν γένοιτο πλουσία, φησὶ, ψυχὴ ἐν πενίᾳ χρημάτων οὖσα; Μάλιστα ἂν τότε γένοιτο· τότε γὰρ καὶ

πλουτεῖν εἴωθεν. Εἰ γὰρ, καθὼς πολλάκις ἐδείξαμεν, τοῦτο πλουτοῦντος τεκμήριον, τὸ καταφρονεῖν χρημάτων καὶ μηδενὸς δεῖσθαι, εὔδηλον ὅτι πενίας τοῦτο μάλιστα σημεῖον, τὸ χρημάτων ἐφίεσθαι· τὸ γὰρ ἐν πενίᾳ εἶναι μᾶλλον ποιεῖ πλουτεῖν· καὶ γὰρ ὅτι εὐκολώτερον ἄν τις ἐν πενίᾳ ἢ ἐν πλούτῳ καταφρονήσειε χρημάτων, καὶ μᾶλλον ἐφίεται χρημάτων ὁ πλούσιος ἢ ὁ πένης, παντί που δῆλον· ὡς γὰρ ὁ μεθύων μᾶλλον διψᾷ τοῦ μετασχόντος αὐτάρκως τοῦ πόματος, οὕτως ὁ ἐν πλούτῳ μᾶλλον ὀρέγεται χρημάτων τοῦ ἐν πενίᾳ ὄντος· οὐδὲ γάρ ἐστιν αὕτη ἡ ἐπιθυμία τοιαύτη, ὥστε τῷ πλείονι σβέννυσθαι, ἀλλὰ τοὐναντίον ἀνάπτεσθαι πέφυκε τούτῳ· καὶ καθάπερ τὸ πῦρ ὅταν λάβῃ πλείονα τροφὴν, τότε μάλιστα ἀγριοῦται, οὕτω καὶ ἡ τῶν χρημάτων ἐπιθυμία, ὅταν πλέον ἐμβάλλῃ χρυσίον, τότε μάλιστα αἴρεται. B

θ'. Ὅθεν οὐδὲ ἥδονται οἱ χρημάτων ἐρῶντες ὑπὲρ ὧν ἔχουσιν, ἅτε κεχηνότες ὅλῃ τῇ διανοίᾳ πρὸς τὰ μήπω ληφθέντα· καὶ μὴ μόνον οὐχ ἥδονται, ἀλλὰ καὶ βασανίζονται, ὅσῳ ἂν περιβάλλωνται, τῷ μηδὲν εἰδέναι πέρας τῆς τοιαύτης ἐπιθυμίας. Ὥσπερ ἄρα καὶ ὁ διηνεκῶς διψῶν, κἂν μυρίας ἐκπίῃ πηγὰς, τῆς ἡδονῆς οὐδόλως αἰσθάνεται, διὰ τὸ μὴ λαμβάνειν κόρον· καὶ καθάπερ πάλιν εὐνοῦχος ἐπιθυμίαν ἔχων ἀπαρθενεῦσαι νεᾶνιν, ὥς φησί τις σοφὸς, ὅταν αὐτὴν περιλάβῃ, συμπλέκεται μὲν τῇ ἐρωμένῃ, μὴ δυνάμενος δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἐμπλῆσαι, τὴν ἐσχάτην βάσανον ὑπομένει· οὕτω καὶ ὁ φιλάργυρος ἐπιθυμῶν χρυσίου καὶ ἀργυρίου, ὅταν ἐν κτήσει γένηται C τούτων, συγγίνεται μὲν τῇ εὐπορίᾳ, ὡς ταύτην ἔχων, ἐμπλῆσαι δὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἅπασαν οὐ δυνάμενος, ἀεί ἐστιν ἐν ὀδύνῃ· πλουτεῖν γὰρ πλέον βουλόμενος, καὶ περιβαλέσθαι πλεῖον, ἀνάπτει μᾶλλον, καὶ οὐδέποτε ἵσταται, ἀλλὰ κἂν μυρία λάβῃ τάλαντα, ἑτέρων τοσούτων ἐπιθυμεῖ· κἂν τούτων ἐπιτύχῃ, δὶς τοσούτων ἐφίεται· καὶ προϊὼν καὶ τὰ ὄρη, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλατταν, καὶ πάντα εὔχεται αὐτῷ γενέσθαι χρυσίον, καινήν τινα μανίαν καὶ φοβερὰν, καὶ οὐδέποτε δυναμένην σβεσθῆναι μαινόμενος. Εἰ τοίνυν τὸ πλεῖον ἐφίεσθαι πενίας τεκμήριον, ὁ δὲ ἐν πλούτῳ τοιοῦτος, οὗτος μάλιστά ἐστιν ἐν πενίᾳ. Ὁρᾷς ὅτι τότε μάλιστα πένεται ἡ ψυχὴ, ὅταν πλουτῇ· καὶ τότε πλουτεῖ, ὅταν ἐν πενίᾳ ᾖ;

ι'. Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἐπὶ προσώπων τὸν λόγον D γυμνάσωμεν· καὶ ἔστωσαν δύο τινὲς, ὁ μὲν ἔχων μύρια τάλαντα, ὁ δὲ δέκα· καὶ ἀμφοτέρους ταῦτα ἀφαιρούμεθα. Τίς οὖν μᾶλλον ἀλγήσει; Ὁ τὰ μύρια ἀπολέσας. Οὐκ ἂν δὲ μᾶλλον ἤλγησεν, εἰ μὴ μᾶλλον ἐφίλει· εἰ δὲ μᾶλλον φιλεῖ, μᾶλλον ἐπιθυμεῖ· εἰ δὲ μᾶλλον ἐπιθυμεῖ, μᾶλλόν ἐστιν ἐν πενίᾳ· τούτου γὰρ μάλιστα ἐπιθυμοῦμεν, οὗ μάλιστά ἐσμεν ἐν ἐνδείᾳ· ἀπὸ γὰρ ἐνδείας ἡ ἐπιθυμία· ἔνθα γὰρ ἂν ᾖ κόρος, ἐπιθυμίαν οὐκ ἔστιν εἶναι· καὶ γὰρ τότε μάλιστα διψῶμεν, ὅταν ἐνδεῶς ἔχωμεν ποτοῦ. Λοιπὸν οὖν οὐ παρὰ πενίαν, ἀλλὰ παρ' ἡμᾶς αὐτοὺς ἡ βλάβη γίνεται· οὐδεὶς γὰρ ἡμᾶς λυμανεῖται, ἐὰν νή-

A maxime: tunc enim ipsa ditescere solet. Si enim, ut sæpe demonstravimus, divitis est conditionis argumentum, opum contemptus, et nullius rei indigentia, constat vicissim hoc esse paupertatis indicium, si opes concupiscantur. Namque in paupere vita versari, magis facit ditescere. Profecto facilius pauper, quam dives, opes contemnet: magisque optat pecuniam dives quam pauper, ut omnibus exploratum est. Sicut enim ebrius magis sitit quam qui moderate biberit; sic etiam dives vehementius pecuniam optat quam pauper. Namque haud ejusmodi est hæc cupiditas, ut copia possit exstingui, sed ab hac potius augeri solet. Atque ut flamma cum majorem escam nacta fuerit, tunc potissime sævit, sic pecuniæ cupiditas, quo plus auri ingesseris, tunc maxime extollitur.

9. Quamobrem ne delectantur quidem divitiarum amatores iis quæ habent, quandoquidem tota mente ad illas inhiant quas nondum adepti sunt. Neque tantum non delectantur, verum etiam cruciantur quo magis ditescunt, quia nullum cupiditatis hujus terminum agnoscunt. Sicut enim qui perpetuo sitit, etiamsi sexcentos hauriat fontes, nullam voluptatem capit, quia nullam satietatem experitur; rursus sicut spado cupiens juvenculam devirginare, ut ait quidam sapiens [19], cum eam corripuerit, nititur quidem in amasiam, sed quia cupiditatem explere nequit, cruciatur; ita avarus auri argentique cupidus, rerum quidem copia potitur, sed quia tamen cupiditatem totam explere nequit, perpetuo cruciatu urgetur. Magis enim ditescere volens, et pluribus redundare, incendit potius quam sedat cupiditatem: sed etsi decem millia talenta ceperit, totidem alia expetit: quæ si consecutus fuerit, totidem exoptat: pergensque porro, montes quoque, et terram ac mare, omnia denique aurum sibi fieri postulat, nova quadam insania, et nunquam exstinguenda insaniens. Si ergo plura desiderare, paupertatis est indicium, hujusmodi autem est qui in divitiis versatur, sequitur ut hic præ cæteris pauper sit. Viden' igitur tunc potissime animam esse pauperem, cum est dives, et tunc esse divitem, cum in paupertate est?

10. Quod si mavis, ut etiam in personis sermonem nostrum exerceamus, sint utique duo quidam, alius decem mille talenta habens, alius decem: porro utrumque suis spoliemus. Quis gravius dolebit? Sane qui decem mille amisit. Non autem magis doleret, nisi plus amaret: quod si magis amat, magis cupit: si magis cupit, majore paupertate urgetur: nam hoc pæcipue optamus, cujus præcipue indigemus: namque ex egestate cupiditas: ubi enim satietas, non est cernere cupiditatem. Nam tunc vehementius sitimus, cum potu caremus. Superest igitur, non a paupertate sed a nobis ipsis damnum hoc provenire. Nemo enim

[19] Eccli. xxx, 21.

nobis nocebit, si sobria mente fuerimus. Propterea oro quæsoque, ne talem patiamur insaniam, salutem nostram propter modicum argentum prodigentes: sed futurarum rerum spem foveamus: senes quidem, utpote manifeste cernentes breve nobis superesse vitæ tempus; juvenes autem, ceu certo scientes, haud multum nobis reliquum esse: namque ut fur in nocte, ita dies illa venit. Omni igitur studio vitemus cupidæ avaritiæ morbum. Quanquam enim sæva est hæc bellua, ut diximus, nihilominus, si certe velimus, facile eam superabimus. Non enim innata est ac naturalis ista cupiditas; alioquin jam inde a rerum initio insita fuisset. Atqui antiquitus neque aurum erat, neque auri ullus amator.

11. Jam, si vultis, unde hoc malum eruperit, dicam. Dum præcessores suos quisque æmulatur, morbum aggravat; et cupientem, is qui antecedit incitat. Nam cum vident domos splendidas, latitudinem agrorum, servorum greges, et argentea vasa, et multam vestimentorum congeriem, nihil non agunt ut alios superent: atque ita priores causam præbent secundis, hi autem posteris. Quod si sobrietatem retinere vellent, aliis magistri non forent. Neque idcirco hi posteriores excusantur; sunt enim alii qui opes contemnunt; quod ipsum magnopere demonstrat, non esse naturaliter insitum avaritiæ morbum, quæ res ex illis patescit, qui alieni ab eo sunt. Siquidem physicæ qualitates communes omnibus sunt: hæc autem cupiditas, culpa nostra tantummodo exsistit: hinc nascitur, hinc augetur; et illi inhiantes cum occupaverit, contra naturam facit vivere. Etenim cum non agnoscunt populares suos, amicos, fratres, cognatos prorsus quoslibet, et cum illis se ipsos quoque negligunt, id enim vero contra naturam vivere est. Unde apparet contrarium naturæ esse hoc vitium, id est avaritiæ morbum.

12. Propterea et Judas in hunc morbum culpa sua implicitus, proditor Christi exstitit, quanquam ab eodem Christo vocatus. Quippe non est coarctans Dei vocatio, neque vim facit menti eorum qui virtutem amplecti nolunt: sed hortatur tantum et consulit, et satagit atque dat operam suadendo ut boni fiamus: quam si nonnulli non admittunt, haud idcirco cogit; sicuti neque Judam coegit fieri bonum, postquam improbus pravusque culpa propria ob hunc morbum evaserat. Hinc enim, et non aliunde, fiunt hujusmodi mutationes: quemadmodum a bono studio procedunt contrariæ. Quot enim qui fuerant violenti, mansuetiores ovibus postea evaserunt? Quot luxuriosi, deinceps pudici exstiterunt? Quot antea rapaces, deinde sua quoque projecerunt? Quamobrem, si sapimus, procul abjiciamus divitiarum cupiditatem, et avaritiæ morbum; cujus nequitiam ipsi quoque testantur avari, injuriam sibi fieri judicantes, quotiescunque aliquis eis hoc opprobrium objecerit. Et re quidem vera, summum hoc est opprobrium, multæque nequitiæ

A φωμεν. Διὸ παρακαλῶ, μὴ τοσαύτην ὑπομένωμεν ἄνοιαν, προδιδόντες τὴν σωτηρίαν ἡμῶν διὰ μικρὸν ἀργυρίδιον· ἀλλ' ἀντεχόμενοι τῆς μελλούσης ἐλπίδος, οἱ μὲν γεγηρακότες, ἅτε εἰδότες φανερῶς ὅτι ὀλίγος ἡμῖν ὑπολείπεται τῆς ζωῆς χρόνος· οἱ δὲ νέοι, ἅτε πεπεισμένοι σαφῶς ὅτι οὐ πολὺ τὸ λειπόμενον· ὡς γὰρ κλέπτης ἐν νυκτὶ, οὕτως ἡ ἡμέρα ἐκείνη ἔρχεται. Φεύγωμεν πάσῃ σπουδῇ τῆς φιλαργυρίας τὴν νόσον· εἰ γὰρ καὶ δεινὸν τουτὶ τὸ θηρίον, ὡς εἴπομεν, ἀλλ' ὅμως ἐὰν θέλωμεν, ῥᾳδίως περιεσόμεθα· οὐ γάρ ἐστιν ἡ ἐπιθυμία αὕτη ἔμφυτος καὶ φυσική· ἢ γὰρ ἂν παρὰ τὴν ἀρχὴν ἐνετέθη. Νῦν δὲ χρυσίον οὐκ ἦν ἄνωθεν, οὐδὲ ἤρα τις χρυσίου.

B ια'. Ἀλλ' εἰ βούλεσθε, λέγω πόθεν εἰσῆλθε τὸ κακόν· ἕκαστος τὸν πρὸ αὐτοῦ ζηλοῦντες, ἐπέτεινον τὸ νόσημα, καὶ τὸν βουλόμενον ὁ προλαβὼν ἐρεθίζει. Ὅταν γὰρ ἴδωσιν οἰκίας λαμπρὰς, καὶ πλῆθος ἀγρῶν, καὶ ἀνδραπόδων ἀγέλας, καὶ ἀργυρᾶ σκεύη, καὶ πολὺν ἱματίων φορυτὸν, πάντα πράττουσιν, ὥστε ὑπερβαλέσθαι· ὥστε οἱ πρῶτοι τῶν δευτέρων αἴτιοι γίνονται, κἀκεῖνοι τῶν μετ' αὐτούς. Εἰ δὲ ἐβούλοντο σωφρονεῖν, οὐκ ἂν τοῖς ἄλλοις ἐγίνοντο διδάσκαλοι· μᾶλλον δὲ οὐδὲ τούτοις ἔστιν ἀπολογία· εἰσὶ γὰρ καὶ ἕτεροι χρημάτων καταφρονοῦντες· ὃ καὶ αὐτὸ δεῖγμα μέγιστον τοῦ μὴ φυσικὸν εἶναι τὸ τῆς φιλαργυρίας νόσημα· καὶ ἐκ τῶν ταύτης γὰρ ἀπηλλαγμένων τοῦτο γίνεται δῆλον, C ἐπειδὴ τὰ τῆς φύσεως κοινὰ πάντων ἐστίν· αὕτη δὲ ἐκ ῥᾳθυμίας ἡ ἐπιθυμία γίνεται μόνης· ἐντεῦθεν φύεται, ἐντεῦθεν αὔξεται· καὶ τοὺς πρὸς αὐτὴν κεχηνότας ὅταν ἕλῃ, παρὰ φύσιν ποιεῖ ζῇν. Ὅταν γὰρ ἀγνοῶσι τοὺς ὁμοφύλους, τοὺς ἀδελφοὺς, τοὺς συγγενεῖς ἅπαντας ἁπλῶς, καὶ μετὰ τούτων καὶ ἑαυτοὺς, παρὰ φύσιν τοῦτό ἐστι ζῇν. Ὅθεν δῆλον ὅτι παρὰ φύσιν ἡ κακία, καὶ τὸ τῆς φιλαργυρίας νόσημα.

ιβ'. Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Ἰούδας τούτῳ περιπεσὼν ἐκ ῥᾳθυμίας, προδότης ἐγένετο τοῦ Χριστοῦ, καίτοι κληθεὶς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ· καὶ γὰρ οὐκ ἀναγκαστικὴ τοῦ Θεοῦ ἡ κλῆσις, οὐδὲ βιάζεται τὴν γνώμην τῶν μὴ βουλομένων ἀρετὴν ἑλέσθαι· ἀλλὰ παραινεῖ μὲν καὶ συμβουλεύει, καὶ πάντα ποιεῖ καὶ D πραγματεύεται, ὥστε πεῖσαι γενέσθαι χρηστούς· εἰ δὲ μὴ ἀνάσχοιντό τινες, οὐκ ἀναγκάζει, καθάπερ οὐδὲ τὸν Ἰούδαν ἠνάγκασε γενέσθαι καλὸν, γενόμενον μοχθηρὸν καὶ φαῦλον ἀπὸ τούτου τοῦ νοσήματος ἐκ ῥᾳθυμίας· ἐντεῦθεν καὶ γὰρ οὐκ ἄλλοθεν αἱ τοιαῦται μεταβολαὶ, καθάπερ ἀπὸ σπουδῆς αἱ πρὸς τὸ ἐναντίον. Πόσοι γοῦν γενόμενοι βίαιοι, προβάτων ἡμερώτεροι γεγόνασιν ὕστερον; Πόσοι ἀσελγεῖς σώφρονες μετὰ ταῦτα κατέστησαν; Πόσοι πλεονέκται πρὸ τούτου ὕστερον ἔῤῥιψαν καὶ τὰ αὐτῶν; Ὥστε ἐὰν νήφωμεν, ἐκβαλοῦμεν τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πλούτου, καὶ τῆς φιλαργυρίας τὸ νόσημα, ὅπερ καὶ αὐτοὶ μαρτυροῦσιν εἶναι κακὸν οἱ φιλάργυροι, νομίζοντες ὕβριν τὸ πρᾶγμα, ὅταν τις αὐτοῖς τοῦτο προσενέγκῃ τὸ ὄνειδος· ἔσχατον τοῦτο, καὶ πολλῆς κακίας

ἀπόδειξις. Εἰ γὰρ χρημάτων ὑπεριδεῖν οὐκ ἀνεχόμεθα, τίνος ἄλλου περιεσόμεθά ποτε ἐπιθυμίας; ἀλλὰ δοξομανίας, θυμοῦ ἢ ὀργῆς; Καὶ πῶς ἄν τις πεισθείη; ἐπιθυμίας μὲν γὰρ ἕνεκα τῆς τῶν σωμάτων καὶ θυμοῦ καὶ ὀργῆς πολλοὶ καὶ τῆς σαρκὸς τὴν κατασκευὴν λογίζονται, καὶ τὰς ὑπερβολὰς ἀντιτιθέασιν ἰατρῶν παῖδες· καὶ τὸν μὲν θερμότερον καὶ ὑγρότερον λαγνότερον εἶναί φασι, τὸν δὲ πρὸς ξηροτέραν ἐμπεσόντα δυσκρασίαν ἀκρόχολον καὶ θυμώδη. Φυλαργυρίας δὲ ἕνεκεν οὐδεὶς οὐδέποτε αὐτῶν ἤκουσεν εἰρηκότων τι τοιοῦτον. Οὕτω ῥᾳθυμίας μόνης ἐστὶ καὶ ψυχῆς ἀναλγήτου τοῦτο τὸ νόσημα, καὶ δυνατὸν τοῦτο φυγεῖν ἡμᾶς, ἂν θέλωμεν.

ιγ'. Σπουδάσωμεν τοιγαροῦν, ἀγαπητοί, καὶ τοῦτο διορθώσασθαι, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην ἡλικίαν ἡμῖν ἐπιγινόμενα πάθη πρὸς τὸ ἐναντίον μεταθεῖναι. Ἂν δὲ καθ' ἕκαστον μέρος τῆς ζωῆς ἡμῶν παραπλέωμεν τοὺς τῆς ἀρετῆς πόνους, πανταχοῦ ναυάγια ὑπομένοντες, ἐπὶ τὸν λιμένα λοιπὸν ἐλθόντες ἔρημοι φορτίων πνευματικῶν, τὰ ἔσχατα ὑπομενοῦμεν. Πέλαγος γάρ ἐστιν τεταμένον ὁ παρὼν βίος· καὶ ὥσπερ ἐν τῇ θαλάττῃ ταύτῃ διάφοροι κόλποι διαφόρους ἔχοντες χειμῶνας· καὶ ὁ μὲν Αἰγαῖος διὰ τὰ πνεύματά ἐστι χαλεπός· ὁ δὲ πορθμὸς ὁ Τυῤῥηνικὸς διὰ τὴν στενοχωρίαν· ἡ δὲ Χάρυβδις ἡ πρὸς τῇ Λιβύῃ διὰ τὰ τέλματα· ἡ Προποντὶς ἡ ἔξω τοῦ Εὐξείνου Πόντου διὰ τὸ ῥαγδαῖον τοῦ ῥοθίου· τὰ ἔξω Γαδείρων διὰ τὴν ἐρημίαν καὶ τὸ ἀτριβὲς καὶ τὸ ἀνιστόρητον τῶν τόπων· καὶ ἄλλο μέρος δι' ἕτερον· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς ζωῆς τῆς ἡμετέρας. Καὶ πρῶτον πέλαγος ἔστιν ἰδεῖν τὸ τῆς παιδικῆς ἡλικίας πολὺν ἔχον τὸν σάλον διὰ τὸ ἀνόητον, διὰ τὴν εὐκολίαν, διὰ τὸ μὴ πεπηγέναι. Διὰ τοῦτο καὶ παιδαγωγοὺς ἐφιστῶμεν καὶ διδασκάλους, τὸ λεῖπον τῇ φύσει διὰ τῆς ἐπιμελείας εἰσφέροντες, ὥσπερ ἐκεῖ διὰ τῆς τέχνης τῆς κυβερνητικῆς. Μετὰ ταύτην τὴν ἡλικίαν ἡ τοῦ μειρακίου διαδέχεται θάλασσα, ἔνθα σφοδρὰ τὰ πνεύματα, καθάπερ ἐν τῷ Αἰγαίῳ, τῆς ἐπιθυμίας ἡμῖν αὐξανομένης. Καὶ αὕτη μάλιστα ἡ ἡλικία διορθώσεως ἔρημος, οὐ διὰ τὸ τὰ ἁμαρτήματα μὴ ἐλέγχεσθαι· καὶ γὰρ καὶ διδάσκαλος καὶ παιδαγωγὸς λοιπὸν ἐξίσταται. Ὅταν οὖν τὰ μὲν πνεύματα σφοδρότερον διαπνέῃ, ὁ δὲ κυβερνήτης ἀσθενέστερος, καὶ ὁ ἀμύνων οὐδεὶς ᾖ, ἐννόησον τοῦ χειμῶνος τὸ μέγεθος. Μετὰ τοῦτο πάλιν ἕτερον μέρος τῆς ἡλικίας, τὸ τῶν ἀνδρῶν ἔπεισιν, ἐν ᾧ τὰ τῆς οἰκονομίας ἐπίκειται· ὅτε δὲ γυνὴ καὶ γάμος καὶ παιδοποιΐα καὶ οἰκίας προστασία, καὶ πολλαὶ τῶν φροντίδων νιφάδες, τότε μάλιστα καὶ φιλαργυρία ἀνθεῖ καὶ βασκανία.

ιδ'. Ὅταν οὖν ἕκαστον μέρος τῆς ἡλικίας παρερχώμεθα μετὰ ναυαγίων, πῶς ἀρκέσομεν τῇ παρούσῃ ζωῇ; πῶς τὴν μέλλουσαν διαφευξόμεθα κόλασιν; ὅταν γὰρ ἐν μὲν τῇ πρώτῃ ἡλικίᾳ μηδὲν μανθάνωμεν ὑγιὲς, ἐν δὲ τῇ νεότητι μὴ σωφρονήσωμεν, καὶ ἄνδρες γενόμενοι φιλαργυρίας μὴ περιγενώμεθα, τότε ὥσπερ εἴς τινα ἀντλίαν τὸ γῆρας ἐλθόντες, καὶ πάσαις ταῖς πάγαις ταύταις τὸ σκάφος τῆς ψυχῆς ἀσθενέστερον κατασκευάσαντες, τῶν σανίδων διαλελυμένων, ἀπαντήσομεν εἰς ἐκεῖνον τὸν λιμένα,

A argumentum. Nam si opes contemnere non sustinemus, quamnam unquam vincemus aliam cupiditatem? num gloriæ? num animi vehementiæ aut iræ? Quis id credat? Cupiditatem quidem corporum, et animi vehementiam, et iram, multi in carnis naturam conferunt, quam rem medici exaggerant: et eum qui sit calidior humidiorve, lasciviorem esse aiunt: at sicciorem sortitum temperationem, irritabilem fore et iracundum. Verumtamen de avaritia nihil hujusmodi ab his dici unquam compertum est. Adeo solius socordiæ est animæque ignaviæ hic morbus, cumque vitare, potestatis nostræ est.

13. Studeamus itaque, charissimi, hoc quoque emendare vitium, et eas quæ in singulis ætatibus B oboriuntur nobis cupiditates, in contrarium vertere. Quod si per singulos vitæ nostræ gradus neglexerimus virtutis labores, ubique naufragia patientes, cum in portum denique veniemus spiritalibus sarcinis vacui, supremam pœnam luemus. Pelagus enim vastum est vita præsens. Et quemadmodum in hoc mari diversi sinus sunt, diversas habentes tempestates; nam Ægæum mare ob ventos difficile est: fretum Tyrrhenicum propter angustias; Syrtis apud Libyam ob tractus palustres; Propontis extra pontum Euxinum propter undarum impetum; maria ultra Gades propter solitudinem et iter insolitum, et locorum ignorantiam, et aliæ aliam ob causam partes; ita usuvenit vitæ nostræ. Primum mare C videre est puerilis ætatis, multam habens commotionem ob insciitiam et simplicitatem ac levitatem. Propterea et pædagogos apponimus atque magistros, naturæ defectum cura supplentes, sicut in mari providemus gubernandi arte. Hanc ætatem excipit adolescentiæ mare, ubi vehementes venti, sicut in Ægæo, aucta in nobis concupiscentia. Atque hæc potissimum ætas emendatore caret, non solum quia vehementius fastidit, sed quia peccata non reprehenduntur; nam magister et prædagogus jam submoti fuere. Cum ergo venti quidem vehementius flant, gubernator vero infirmior est, et protector nullus est, considera quanta sit tempestas. Posthinc adhuc alia ætatis pars, nempe virilis subit, in qua rei familiaris cura, in qua uxor, nuptiæ, liberorum D procreatio, domus regimen, et multi sollicitudinum nimbi: tuncque præcipue avaritia efflorescit atque invidia.

14. Si ergo singulas ætatis partes inter naufragia transigemus, quid nostræ præsenti vitæ fiet? quomodo futuram vitabimus pœnam? Nam si in prima ætate nihil sanum didicerimus, in adolescentia temperantes non fuerimus, in virilitate avaritiam non superaverimus; tunc ad senectutem veluti ad quamdam sentinam provecti, postquam his cunctis impedimentis scapham animæ infirmiorem effecerimus, tabulis dissilientibus, in illum portum veniemus, multis onerati quisquiliis pro spiritali

merce : risumque diabolo excitabimus, nobis A autem ipsis luctum, et intolerabiles conciliabimus pœnas. Ne igitur hæc contingant, nosmet omnino cohibentes, et perturbationibus resistentes, divitiarum cupiditatem expellamus, et dirum avaritiæ morbum; quia, juxta prophetam, « Verumtamen vane conturbatur omnis homo vivens [30]. » Conturbatio namque vere est opum studium; conturbatio et tumultus vanus, qui quidem in æternis stationibus non est. Hic enim alius laborat, et alius fruitur; ibi autem laborum suorum unusquisque possessor erit et multiplicem recipiet mercedem. Ad illam itaque vitam semper manentem contendamus, caducam hanc et fluxam contemnentes; ut et veras hic divitias obtineamus, et illic futuris æternis perfruamur bonis; quæ utinam B cuncti consequamur gratia et benignitate Domini nostri Jesu Christi, per quem et cum quo gloria est Patri cum sanctissimo Spiritu nunc et semper, et per sæcula sæculorum. Amen.

πολὺν ἐπιφερόμενοι φορυτὸν ἀντὶ πνευματικῆς ἐμπορίας· καὶ τῷ μὲν διαβόλῳ παρέξομεν γέλωτα, θρῆνον δὲ ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ τὰς ἀφορήτους ἐπισπασόμεθα τιμωρίας. Ἵν' οὖν μὴ ταῦτα γένηται, πάντοθεν ἑαυτοὺς σφίγξαντες, καὶ πρὸς πάντα τὰ πάθη στάντες, ἐκβάλλωμεν τοῦ πλούτου τὴν ἐπιθυμίαν, καὶ τὸ δεινὸν τῆς φιλαργυρίας νόσημα· ἐπειδὴ κατὰ τὸν Προφήτην, « Πλὴν μάτην ταράττεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν· » ταραχὴ καὶ γὰρ ὄντως ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα σπουδή, ταραχὴ καὶ θόρυβος περιττός, ὅπερ ἐν ταῖς μοναῖς ταῖς αἰωνίοις οὐκ ἔστιν· ἐνταῦθα μὲν γὰρ ἕτερος ἐμόχθησε, καὶ ἕτερος ἀπολαύει· ἐκεῖ δὲ τῶν ἑαυτοῦ μόχθων ἕκαστος ἔσται κύριος, καὶ πολλαπλασίονα λήψεται τὴν ἀμοιβήν. Πρὸς ἐκείνην τοίνυν τὴν ζωὴν τὴν ἀεὶ διαμένουσαν ἐπειγώμεθα, τῆς ἐπικήρου ταύτης καταφρονήσαντες καὶ ῥευστῆς, ἵνα καὶ ἐνταῦθα πλουτήσωμεν ἀληθῶς, καὶ ἐκεῖ τῶν μελλόντων αἰωνίων ἀπολαύσωμεν ἀγαθῶν, ὧν γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι καὶ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, δι' οὗ καὶ μεθ' οὗ τῷ Πατρὶ ἡ δόξα ἅμα τῷ παναγίῳ Πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

[30] Psal. xxxviii, 12.

ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ ΜΕΛΙΤΗΝΙΩΤΟΥ

ΕΚ ΤΗΣ ΑΣΤΡΟΝΟΜΙΚΗΣ ΒΙΒΛΟΥ.

—

THEODORI MELITENIOTÆ

FRAGMENTA

EX LIBRO DE ASTRONOMIA *,

(Ex editione Ismaelis Bullialdi, ad calcem Ptolemæi *De judicandi facultate et animi principatu*, Paris, 1663, 4°, repetita apud Fabric. *Bibl. Gr.* ed. Harles, tom. X.)

—

Theodori Meliteniotæ, et magni sacellarii Magnæ Ecclesiæ Proœmium in astronomiam.

C I. A veterum sapientum quodam dictum, *Omnis operis et sermonis dux sit Deus*, quem ego imitatus dico, Hujus, quam aggredior, constructionis cœlestibus desuper sermonibus inspiratis dux sit, operantemque comitetur et adjuvet, qui manum suam auxiliatricem et confortantem in omnibus adversis porrigit Deus. Deus, inquam, qui donum revera divinum, quale nunquam largitus ipse est, aut largietur, philosophiam nostris hominibus dedit : quæ beata mentis operatio cum sit ac quies, omnes corporeas actiones et operationes splendore suo, præterquam quod dici queat, superat et

Θεοδώρου Μελιτηνιώτου, καὶ μεγάλου σακελλαρίου τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Προοίμιον εἰς τὴν ἀστρονομίαν.

Α'. *Θεὸς ἡγείσθω παντὸς ἔργου τε καὶ λόγου*, φησί τις τῶν παλαιῶν σοφῶν, κἀγὼ μετ' αὐτοῦ νυνί, Τῆς παρούσης συντάξεως, καὶ συνεξαγέτω μοι θεία τῶν λόγων ἄνωθεν ἐπίπνοια, χεῖρα προτείνων τε καὶ ἐπιῤῥωννὺς ἐν παντὶ τῷ παραστάντι Θεός. Θεὸς οὗ θεῖον τῷ ὄντι δῶρον, καὶ οἷον οὐδ' ἧκεν οὐδ' ἥξει πρὸς αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς, κατεπέμφθη φιλοσοφία, ἐνέργεια νοῦ μακαρία γε οὖσα καὶ ἀσχολία, τὰς περὶ σῶμα πάσας ὅσον οὐδ' ἔστ' εἰπεῖν λόγῳ λαμπρῶς ὑπεραίρουσα· τῶν μὲν ἐρχομένων χαμαὶ καθάπαξ ἀπανιστᾶσα, τῶν ἐρωμένων δ' ὑπεράνω τιθεῖσα, καὶ κοινωνοὺς τῶν Ὀλύμπου πραγμάτων τοὺς αὐτῆς

* Est Paris. in cod. 2290, n. 4, Bibl. publ.

τροφίμους ποιοῦσα περὶ γῆν στρεφομένους ἔτι, καὶ A τὸ δὴ μέγιστον εἰς μίμησιν ἥκοντας, ὅσον ἐφικτὸν, τοῦ Θεοῦ. Ἣν ὑμνοῦσι μὲν οἵ τε τρόφιμοι ταύτης, καὶ ὅσοιπερ ἀπὸ τῆς συννάου ταύτῃ ποιητικῆς· ὑμνοῦσι δὲ λογοποιοί τε, καὶ οἷς τὸ τὴν γλῶτταν ἑλληνίζειν σπουδὴ, πλὴν εἰ μή πού τις μανίαν ἀπαρηγόρητον μαίνεται· οὕτω μέγα καὶ θεῖόν τι χρῆμα σοφία. Καὶ οὕτως ὑπερφυῶς ἐννοῆσαι, ὡς μηδὲ ἔχειν εἰπεῖν μήτε τι τῶν παρ' ἡμῖν ἕτερον πάμπληθες ὑπερέχειν τῶν ἄλλων· οὐκοῦν οὐδὲ γέγονεν, οὐδ' ἄλλῳ τῳ μηδενὶ τὸ πρόσρημα τοῦτ' ἐπενεγκεῖν, οὔτ' ἄλλου (1) μᾶλλον σοφίας ἀνθρώπῳ προσήκειν. Οὐκοῦν οὐδ' ἔστιν ἄλλως, μὴ σοφίας ὑπούσης, τῷ ὄντι καταφανῆναι κάλλιστον καὶ ἄνθρωπον ἀληθῶς λόγῳ τε χρώμενον, καὶ τούτῳ τῶν λοιπῶν μετεχόντων τοῦ ζῆν διαφέροντα.

A vincit, supra quidem terrestria erigendo, supraque visibilia collocando alumnos suos, terram adhuc incolentes rerum cœlestium participes reddit, et ad Deum, quantum assequi id licet, imitandum promovet. Quam cum ipsius alumnis quotquot poeticam, cum ea templum commune habentem, colunt, hymnis celebrant. Oratores, quique Græce loqui ambiunt, nisi insania incurabili agantur vexenturque, laudes ejus canunt et prædicant, adeo magna divinaque res est sapientia. Tamque eximie ac excelse de ea sentiendum, ut aliud quidquam eorum, quæ apud nos mortales valde multa sunt, cæteris præstare quisquam dicere nequeat. Neque contingit, ut ullus alia de re qualibet hoc elogium protulerit, *nullam* scilicet *homini rem magis quam* B *sapientiam convenire*. Nullo itaque alio modo, quam si sapientia subsit, hominem pulcherrimum, et ratione vera utentem, ob eamque cæteris animantibus viventibus præstantiorem excellentioremque ostendere possibile est.

Β'. Τῆς τοίνυν σεμνοτάτης φιλοσοφίας τὰ περὶ τὸν οὐρανὸν θεωρήματα τοῦ θεολογικοῦ δίχα πάντων ὑπερανιδρυμένου, τὸ κράτιστον καὶ κεφάλαιον· καὶ πάρεστι τὸ τῆς ὑπερνεφοῦς ἀστρονομίας ὑπερβάλλον ὁρᾷν. Ἡ τῶν ἄλλων οὖσα καθάπαξ ἐπίπροσθεν, ὕλην μὲν ὑποβέβληται κατὰ τὸν εἰπόντα τὸ μακάριον οὐρανοῦ σῶμα, παρέχει δὲ τήν τε αἰτίαν τῇ λοιπῇ μαθηματικῇ θεωρίᾳ, καὶ ὅλως τὴν γένεσιν, ἀριθμόν τε ἤδη κόσμῳ γεννῶσα τὸν σύστοιχον, καὶ ἁρμονικοὺς λόγους καὶ μουσικήν· τά τε τῶν γραμμῶν οὐσιοῦσα πάθη, καὶ, ὡς ἔπος εἰπεῖν, δημαγωγοὺς οὐρανίους καὶ σοφιστὰς ἐν αἰθέρι τοὺς ἀνθρώπους ποιοῦσα· μὴ κατ' (2) ἐπιψαύειν γαίης ποσὶ δοκοῦντας, ὅταν ἄστρων κατὰ νοῦν ἀμφιδρόμους ἰχνεύωσι ἕλικας.

II. Philosophiæ igitur summo cultu ac veneratione prosequendæ theoremata, quæ ad rerum cœlestium contemplationem pertinent, theologiæ scientia supra cæteras seorsimque ab iis sedes sublimiores interim occupante, præcipua inter alia sunt; principatumque obtinent; inque illis nubes et cuncta meteora superantis astronomiæ excellentiam speculari licet. Quæ cum cæteras omnes scientias antecellat, materiam quidem, seu objectum, in quo versatur, cœli corpus, beatum cuidam dictum, proponit; ipsaque causa et omnino genitrix contemplationum, quæ in cæteris matheseos partibus sunt; cum et numerum ejusdem cum mundo ordinis et naturæ, rationes harmonicas et musicam C producat generetque; linearumque proprietates et affectiones stabiliat, atque, ut ita dicam, oratores cœlestes et sophistas æthereos homines reddat; qui, cum circumvertentes se astrorum revolutiones mente investigarint, pedibus terram calcare amplius se non putant.

Γ'. Εἴπω τὸ μεῖζον καὶ τελειότερον, « Οἱ οὐρανοὶ διηγοῦνται δόξαν Θεοῦ, ποίησιν δὲ χειρῶν αὐτοῦ ἀναγγέλλει τὸ στερέωμα. » Καὶ ὅτε ἐγεννήθησαν ἄστρα, φησὶ πρὸς Ἰὼβ ὁ ἀριθμῶν πλήθη ἄστρων, καὶ πᾶσιν αὐτοῖς ὀνόματα καλῶν, « Ἤνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες ἄγγελοί μου καὶ ὕμνησαν. » Τί τἄλλα; Ἀβραὰμ ὁ μακάριος τῶν Ἀσσυρίων ἐκφὺς τῇ πολυθέῳ καθάπαξ ἐνισχημένος πλάνῃ, πρῶτος, εἴη δ' εἰπεῖν καὶ μόνος, τὸν τῶν ὅλων ἔγνω ποιητὴν καὶ Θεὸν πολυΐστωρ ὢν καὶ πανσύνετος, φησί τις D ἀνὴρ ἱερὸς, ἀποπροσποιούμενος μὲν τὸ τῶν Ἀσσυρίων ἐγχείρημα, τὴν δὲ τῆς ἀληθείας κατάληψιν ἀρκεῖν ἡγούμενος ἑαυτῷ πρὸς πᾶσαν εὐετηρίαν, ἐπεὶ καὶ μόνην οἶδεν εὐδαιμονίαν φιλοσοφία (3) τὴν τῆς ψυχῆς εὐεξίαν· καὶ μέντοι καὶ τὴν ἀληθῆ περὶ Θεοῦ κτησάμενος γνῶσιν, τοῖς κατ' οὐρανὸν θεάμασι τὸν ἡγεμόνα νοῦν ἀκριβῶς ἐπιστήσας· κράτιστος ὢν τὰ τοιαῦτα, καὶ ξύμπασαν ἀστρονομίας ἔχων τὴν ἐπιστήμην.

III. Quod maximum vero perfectissimumque est, dicam: « Cœli enarrant gloriam Dei, et opus manuum ejus annuntiat firmamentum [1]; » quo autem momento astra creata sunt, qui eorum multitudines numerat, et omnibus iis nomina vocat, Deus ad Jobum dicit: « Magna voce omnes angeli mei laudaverunt me hymnisque celebrarunt [2]. » Quid plura? *Abraham* ille beatus in Assyria natus, deorumque plurimorum falso cultu et errore implicitus, primus, liceat etiam dicere solus, universorum Creatorem et Deum agnovit, cum ipse multiscius, utque vir quidem sacer ait, omnium intelligens esset; abdicatoque Assyriorum instituto, ad felicitatis abundantiam copiamque rerum omnium, veritatis comprehensionem sibi sufficere existimavit: solam siquidem unicamque beatitudinem philosophiam, qui animæ bonus rectusque habitus est, ipse noverat. Veram siquidem de Deo scientiam et cognitionem fuit assecutus, ubi mentis, quæ pars in homine

[1] Psal. XIX, 1. [2] Job. XXXIX, 7.

(1) Οὐδὲν ἄλλο.
(2) Ποτ'.

(3) Φιλοσοφίαν.

principalis est, accurata diligentique applicatione theorematibus cœlestibus perfectissime perceptis universæ astronomiæ peritiam acquisivit.

IV. Hoc etiam addere, idque opportune, possum. A Salvator quidem naturam nostram propter nos induit; infinitis vero editis miraculis, Judæorum ipsi insidiantium malitia et invidia tandem comprehensus in crucem volens sponteque sua agitur, et in carne patitur. Præter cætera autem, quæ inopinato insolitoque more contigerunt, tenebras soli superfundi, iis etiam qui rerum cœlestium apprime periti erant, discernentibus, accidit; quod omnium maxime ad illum, qui in ligno condemnationis sublatus erat, cognoscendum, quod Deus ipse esset, causas præbuit. Solis enim, qui diei oculus est splendidissimus, eclipsim per lunæ in synodicis conjunctionibus interpositionem juxta naturæ leges factam, at sine mora in tenebris semper, cernere B quandoque datur; quæ insuper prior deficit pars, prima quoque lumini restituitur; vicissimque, quæ ultimo obscuratur loco, postrema etiam emergit: atque etiam diversis in terræ climatibus, aliis aliisque hominibus varia et inæquali magnitudine eclipsis apparet. Quæ vero sub passionis tempus, quando legale Pascha mactabatur, in plenilunio luna soli ex diametro opposita, et illinc ad conjunctionem incessanter currente, incidit, conjuncta miraculo fuit visa. Statum rursus qui in principio fuit, hæc eclipsis mirabiliter retinuit, ita ut ab initio et post solidas per tres horas deficiens et obscuratus totus sol permanserit. Tenebras porro, quæ terrarum orbem ab oriente ad occasum protensum terruerunt, quæque virium ac potentiæ cru- C cifixi magnitudinem ostendere, solus inconsuetas fuisse noverit, qui ad astronomiæ intimos penitissimosque recessus penetrarit. Ex quibus, nisi data opera malignus esse quis velit, cœlestium contemplatione scientifica, quæ non hominem simplicem, sed Deum hominem in ligno pendentem declarat et prædicit, tanquam præceptore usus veritatem hanc certe admodum cognoverit. Tenebræ siquidem nocturnæ, quæ meridiano tempore contigerunt, secundum astronomicæ artis dogmata naturæ leges non secutæ, sed jubente ac præcipiente Deo sunt portentose obortæ.

V. Tanquam ergo rem aliquam revera admirabilem ac pulcherrimam, quæ inter homines scientiasque cæteras locum maxime sublimem et divinis D proximum occupat, astronomiam supra modum venerandam, adque superiora scandentem appellare, quin etiam præconis vices adorandi obeuntem a Deo ad nos profectam dicere possumus, omnibus recte considerantibus quod oportet monstrantem, ac clare annuntiantem, ipsum pro hominibus hominem factum, Deumque rursus manentem carnis etiam assumptione omnem in cruce naturam renovare. Astronomiam enimvero vetus veraque narratio est, a Deo per angelum Sethi posteris traditam esse, quod pro comperto quidem habeatur.

Δ'. Ἔχω καὶ τόδε προσθεῖναι, καὶ ὄντως ἐπὶ καιρόν. Πολιτεύεται μὲν γὰρ τῇ καθ' ἡμᾶς φύσει δι' ἡμᾶς ὁ Σωτήρ· μυρίων δὲ ὅσων θαυμάτων χρησάμενος ἐπιδείξεσι, τέλος τοῦ τῶν Ἰουδαίων ἐπιθεμένου τούτῳ φθόνου κακῶς, ἑκὼν ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀνάγεται, καὶ πάσχει σαρκί· τότε τοίνυν πρός γε τοῖς ἄλλοις παραδόξως γεγενημένοις καὶ σκότος ἡλίου καταχεόμενον ἦν τοῖς ἠκριβωκόσι ἀκριβῶς τὰ οὐράνια, πάντων μάλιστα παρέχον μανθάνειν Θεὸν εἶναι τὸν ξύλῳ μετεωρισθέντα τῆς καταδίκης· τὴν μὲν γὰρ ἑκάστοτε γιγνομένην ἐκλειπτικὴν φαντασίαν τοῦ τῆς ἡμέρας ὀφθαλμοῦ λαμπροτάτου, ἐκ τῶν περὶ τὴν συνοδικὴν συζυγίαν τῆς σελήνης ἐπιπροσθήσεων ἔστιν ὁρᾷν τῷ τῆς φύσεως ἀποτελουμένην ὅρῳ, καὶ μόνης κεκτημένην χρόνον οὐδέποτε. Ἔτι γε μὴν καὶ τὸ πρῶτον ἐκλεῖπον μέρος, τοῦτ' αὐτὸ καὶ πρώτως ἀναπληρούμενον, ὥσπερ αὐτὸ τελευταίως ἐπισκοτούμενον, ἀνακαθαιρόμενον ὕστατον· ἀλλὰ καὶ ἄλλοτ' ἄλλοις ἀνθρώποις ἐπὶ διαφόρων μερῶν φανταζόμενον τῆς γῆς. Τὴν δὲ ἐν τῷ Σωτῆρος πάθει γεγενημένην, ἔν τε πανσελήνῳ τηνικάδε νομικοῦ θυομένου φάσκα (4), τελεσθῆναι σὺν θαύματι τῆς σελήνης οὔσης ἐκ διαμέτρου, κἀκεῖθεν δραμούσης ἀχρόνως πρὸς σύνοδον· καὶ αὖθις αὖ τῆς προτέρας τυχούσης ἐκτόπως στάσεως, καὶ τοῖς ὅλοις ἐπὶ τρισὶν ὅλαις ὥραις οὕτω διαμεῖναι μετὰ τὸν τοῦ πρώτου ἐκλείποντος χρόνον, τοῦ δ' αὖ ὕστερον πρώτου· πρὸς δὲ καὶ ζόφον πᾶσαν κατὰ ταυτὸν τὴν ὑφ' ἡλίου ἀνισχοντος ἄχρι καὶ δυομένου μεγάλως ἐκπλήττοντα, καὶ τὸ περιὸν δεικνύντα τῆς τοῦ σταυρωθέντος ἰσχύος, μόνος ἂν εἰδείη σαφῶς ὅ γ' εἰς τοὔσχατον ἀστρονομίας ἰών. Ἔνθεν τοι καὶ γνοίη μάλα ἀκριβῶς, εἰ μὴ συντίθοιτο ἐθελοκακεῖν, χρώμενος ὡς (5) περὶ παιδοτρίβῃ τῇ τῶν οὐρανίων ἐπιστημονικῇ θεωρίᾳ, τἀληθὲς ἤδη προαγγελλούσῃ μὴ ψιλὸν ἄνθρωπον εἶναι, θεάνθρωπον δὲ ἐπὶ ξύλου κρεμάμενον· εἰ δὴ καὶ τὸ νυκτερινὸν τότε σκότος ἐν μεσημβρίᾳ, μὴ συμβὰν, ᾗπερ δοκεῖ τῇ τέχνῃ, φύσεως πάντως ἀκολουθίᾳ, Θεοῦ δὲ θαυμασίως προστάγματι.

Ε'. Ὥστε ἔξεστι μὴν ὄντως ὡς θεσπέσιόν τι χρῆμα καὶ κάλλιστον, τὴν ἐν ἀνθρώποις τιμιωτάτην καὶ θειοτάτην τῆς λοιπῆς θεωρίας ἔχουσαν τάξιν, τὴν ὑπέρσεμνον ἀστρονομίαν, καὶ ἄνω βαίνουσαν προσειπεῖν, ἀλλὰ καὶ τρόπον κήρυκος σεβασμιωτάτου παρ' ἡμᾶς ἥκειν πρὸς τοῦ Θεοῦ. πᾶσι δεικνῦσαν τοῖς καλῶς ξυνορῶσι τὸ δέον, καὶ λαμπρῶς ἀπαγγέλλουσαν ὑπὲρ ἀνθρώπων αὐτὸν γενόμενον ἄνθρωπον Θεὸν αὖθις μένοντα, καὶ τῷ τῆς σαρκὸς προσλήμματι πᾶσαν ἐπὶ σταυροῦ τὴν φύσιν ἀνανεούμενον. Ἀστρονομίαν καὶ γὰρ πρὸς Θεοῦ δι' ἀγγέλου παλαιὸς λόγος καὶ ἀληθῶς ἔχων δεδόσθαι τοῖς ἐκ τοῦ Σήθ· εἴη δή.

(4) Πάσχα.

(5) Ὡσπερεί.

ϛʹ. Τὸ μὲν οὖν τοὺς γινομένους ἑκάστοτε σχηματισμοὺς τῶν κινήσεων ἡλίου τε καὶ σελήνης, καὶ τῶν λοιπῶν ἀστέρων πρός τε ἀλλήλους καὶ τὴν γῆν θεωρεῖν, τό τε δι' ἀστρονομίας προγνωστικὸν, τοῦτο δὴ ταῖς ἀληθείαις (6) εἰδέναι τέλος, περὶ ὧν ἡ σπουδὴ τῷ Πτολεμαίῳ ἐν τοῖς τρισὶ πρὸς τοῖς δέκα βιβλίοις τῆς μεγάλης συντάξεως, καὶ γνῶσιν ἡγεῖσθαι ταῦτα διὰ φιλοσοφίας ἐπιστημονικὴν περί τινων ὑπὸ Θεοῦ παρηγμένων φύσεων ὅπη τε ἔχει, καὶ ὅπως ταῦτα φέρεται, θεϊκοῖς πειθαρχοῦντα πάντως ὅροις τε καὶ προστάγμασι, μέγα δέδεικται πολλαχόθεν, καὶ ὡς ἀληθῶς ὑπερμέγα τε καὶ ὑπερσπούδαστον.

Ζʹ. Τό γε μὴν τὰς δραστικὰς τούτων ποιότητας, καὶ τὴν φυσικὴν τῶν συσχηματισμῶν αὐτῶν ἰδιοτροπίαν, αἰτίαν τῶν περὶ ἡμᾶς συμπτωμάτων τίθεσθαι, καταψευδομένους τῶν οὐρανίων, κἀκ τῆς τούτων κινήσεως τὰς γενέσεις πλέκειν, καὶ τὰ ξυμβαίνοντα, κἀντεῦθεν δοκεῖν τὴν τῶν μελλόντων ἔχειν εἰδέναι πρόγνωσιν, ὃ δὴ τῆς ἀστρολογικῆς, τῆς δ' αὐτῆς καὶ μαθηματικῆς λαχούσης ἐξαιρέτως κεκλῆσθαι, πολυασχόλου ματαιότητός ἐστι, τῇ τῶν ἄστρων κινήσει τὰ ἡμέτερα συμφερούσης. Τοῦτο τοίνυν πρὸς τῷ μηδὲν ὑγιὲς κεκτῆσθαι καὶ ἀληθείας ἐχόμενον καὶ πρὸς πλάνην φέρει καὶ βυθὸν ἀπωλείας τοῖς εὐσεβεῖν ἐθέλουσι πάνυ τοι λυμαινόμενοι. Ταῦτ' ἄρα καὶ νόμοι θεῖοι, καὶ θεσπεσίων καὶ θεοπρεπῶν θεσπίσματα διδασκάλων σύν γε τοῖς τὴν μαγικὴν κακοτεχνίαν, καὶ Θεοῦ πόῤῥω βάλλουσαν, κακῶς καὶ ἀθέως ἐξησκημένην (7), καὶ μαθηματικοὺς, εἴτουν ἀστρολόγους, ὡς εἰκὸς, ἀποτροπιάζονται· ἅτε δὴ πρὸς τὰ ἄνω κεχηνότας γε μάτην, καὶ τῇ τούτων κινήσει τὴν ἡμετέραν προσαρτῶντας ζωὴν θεομαχοῦντας ἄντικρυς, καὶ βαίνοντας ὄντως ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα, ἐπὶ κακῷ δήπου τῆς σφῶν αὐτῶν κεφαλῆς, ἐν ἴσῳ δ' εἰπεῖν καὶ ψυχῆς.

Ηʹ. Ἀλλ' ἐκείνους μὲν οὕτω πάντας δὲ ἀξίως τῆς ἡμετέρας ἐξωθοῦσιν αὐλῆς οἱ καλῶς αὐτῆς προϊστάμενοι· ἐγὼ δὲ τούτοις ὅσα καὶ παῖς πατράσι ἑπόμενος τοῖς ἱεροῖς τροφεῦσι καὶ παιδευταῖς, καὶ παρ' οὐδὲν μὲν ἄγων, καὶ διαπτύων δυοῖν τῶν τῆς ἀστροθεάμονος σοφίας εἰδῶν τὸ δεύτερον, ὡς ἐπίβουλόν τε καὶ σφαλερὸν, καθὸ τὰς τῶν ἐμπεριεχομένων μεταβολὰς διὰ τῶν ἀστέρων συσχηματισμῶν ἀποτελουμένας οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ τηνάλλως φασὶν ἐπισκέπτεσθαι, καὶ λίαν ἐπικινδύνως. Τὸ πρότερον δὲ τῇ τάξει τε καὶ δυνάμει, καὶ φέρεται γὰρ τὰ πρῶτα κατὰ τῶν ἄλλων, πρὸς μεγίστην ὄνησιν φέρον, καὶ περὶ τὰς τῶν ἀστέρων μόνον κινήσεις ἔχον ἐν λόγῳ τιθέμενος, ἔδοξα πρὸς εὔχρηστον τῆς θεωρίας ὑπομνηματισμὸν ἐμαυτοῦ τε χάριν καὶ τῶν γε προτρεψάντων ἐκ παλαιοτάτων συνήθων, ἐν μὲν τῇ πρώτῃ βίβλῳ τοῦ παρόντος συντάγματος, ὡς ἐν

(6) Τὰς ἀληθείας.

VI. Occurrentes igitur subinde motus solis et lunæ cæterarumque stellarum inter se et ad terram configurationes, contemplari, et, quæ per astronomiam habetur, prænotionem; qui veritatum noscendarum finis est, in quibus assequendis tredecim magnæ constructionis libris compositis operam suam Ptolemæus locavit; eaque scientificam philosophiæ regulis existimare de quorumdam a Deo productorum naturis notionem, quomodo ipsa se habeant, et qua ratione divinis præceptis et decretis prorsus obsequendo ferantur, magna et ardua multis argumentis demonstrata res est, utque verum dicam, supra modum magno et summo cultu veneranda.

VII. Qualitates autem ipsorum activas, et naturalem configurationum peculiarem modum, causam eorum quæ hominibus accidunt, cœlestibus corporibus falsa tribuendo statuere; exque illorum motu genethliaca themata contexere; et accidentia deducere, indeque prænotionem futurorum haberi posse, quod ad astrologiam, mathematicæ singulari eximioque nomine insignitam, pertinet, existimare, otiosæ stultitiæ ad astrorum motus, tanquam ad causas, humanas actiones referentis opus est. Illius igitur artis, quæ ad quidquam boni sanique nihil confert, quæque nullam cum veritate affinitatem habet, cognitio in errorem, corruptionis perditionisque abyssum, pie agere volentibus valde perniciosam, adducit. Talia igitur, una cum magiæ pravam artem, quæ hominem a Deo longe projicit, improbe et spreto numine exercentibus, mathematicisque, videlicet astrologis, et leges divinæ, et magistrorum Dei cultorum, divinoque Spiritu adflatorum oracula jure merito aversantur abominanturque. Illi quippe ad corpora superiora oscitante ore frustra respicientes, ab eorum motu vitam nostram pendere, Deum adverso vultu impugnando, positosque terminos transiliendo, statuunt, unde tandem in caput suum perniciem animamque pariter suam accersunt.

VIII. Sic itaque omnes illos ex nostris caulis, qui recte illis præsunt pastores, merito expellunt. Horum etiam ego, utpote filius patrum nutriciorum et pædagogorum vestigiis insistendo, duarum, quæ circa astra versantur, scientiarum alteram nullo in pretio habeo, utque deceptricem ac fallacem intutamque aversor: quatenus quæ in mundo mutationes accidunt, ab astrorum positu et configuratione immitti asserunt, qui eam præcipue jactant, ac maximo cum periculo profitentur. Ordine vero et facultate primam, primas enim partes hæc adversus alias sibi vindicat, utilissimam ac maxime conducibilem, in astrorum motibus rimandis solummodo versantem plurimi faciens, in *primo* hujus operis *libro*, ut theoriæ explicationem et in illam commentarium, tam mei, quam hortatorum mihi ab antiquo familiarium causa faciliorem ex-

(7) Ἐξησκημένοις.

hiberem, calculi absolvendi isagogen præmittere, et compendiose declarare decrevi, quæ ad ea quæ secundo ac tertio libro continentur, percipienda valde conducat. Quo de calculo in diffusioribus amplioribusque commentariis philosophus *Syrianus*, *Theon* et *Pappus*, et *Joannes Grammaticus*, civis Alexandrinus, tractarunt; cui calculi subducendi methodo a nobis reperta quædam adjecta sunt. In *secundo* vero *libro* calculi in planetis ac fixis instituendi magnæ constructionis modum planiori methodo tractare exemplisque faciliorem reddere; simulque numerandi rationes in canonibus manualibus exhibitas per exemplorum modum in eo describere, amborumque in omnibus consensum ostendere statui. Hujus vero nostræ constructionis *libro tertio*, *Persicarum tabularum* manualium numeros et calculum includemus, opusque nostrum *Astronomicum Tribiblum* appellabimus; cæteris quidem aliis inutilis erit et jure despectui prorsus habenda. In hanc tamen theoriam commentarius non solum sociis amicisque, qui ad scribendum hortatores impulsoresque fuere, utilis erit, sed et mihi ejus auctori, *Theodoro Meliteniotæ*, qui Constantinopoli, seu novæ Romæ olim natus, sum inter ministrantes in Christo relatus, et senatorii ordinis sacri honoribus adeptis sacellarius magnus factus, et sanctissimæ Magnæ Dei Ecclesiæ doctor doctorum, ac sancti imperatorii cleri archidiaconus. Hujus itaque astronomicæ *Tribibli* primus liber, qui et ad computationes introductio est, hæcce continet:

κεφαλαίοις, ψηφοφοριῶν εἰσαγωγὴν προεκθέσθαι, καὶ ὑποτυπώσασθαι, πρός τε τὴν δευτέραν καὶ τὴν τρίτην μάλα συντείνουσαν· ἧς πέρι πλεῖστα συγγράμματα διεξοδικώτερον εἴργασται τῷ φιλοσόφῳ Συριανῷ, Θέωνί τε καὶ Πάππῳ τοῖς μαθηματικοῖς, καὶ Ἰωάννῃ Γραμματικῷ τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου πολίτῃ· ἔστι δὲ ἃ ταύτης καὶ παρ' ἡμῶν προσεξεύρηται. Κατὰ δὲ τὴν δευτέραν τὰς τῆς μεγάλης συντάξεως ψηφοφορίας τῶν τε πλανωμένων καὶ ἀπλανῶν, μεθοδικώτερον ἐφοδεῦσαι καὶ ὑποδείγμασιν εὐχερεῖς ἐργάσασθαι, ἀναγράψασθαι ἅμα καὶ τὰς τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας ὡς ἐν ὑποδείγμασι, καὶ δεῖξαι τὴν ἀμφοτέρων ἐν ἅπασι συμφωνίαν. Εἶτα καὶ τὴν τρίτην τὰς *τῶν Περσικῶν προχείρων* κανόνων ψηφοφορίας περιέχουσαν συμπερᾶναι τῆς παρούσης συντάξεως, ᾗπερ *Ἀστρονομικὴ Τρίβιβλος* τοὔνομα. Τοῖς μὲν ἄλλοις πάντως ἀχρεία καὶ παρορᾶσθαι δικαία, ἀλλὰ τοῖς γε πρὸς τὸν λόγον κεκινηκόσιν ἡμᾶς ἑταίροις χρήσιμος, καὶ τῆς τοιαύτης θεωρίας ὑπόμνησις, καὶ μοί τε τῷ γεννησαμένῳ Θεοδώρῳ τῷ Μελιτηνιώτῃ, ἐκφύντι μὲν ἤδη τῆς Κωνσταντίνου καὶ νέας Ῥώμης, τελοῦντι δ' εἰς τὴν ἐν Χριστῷ διακονίαν, κἀκ τῆς ἀξίας συγκλήτου τῆς ἱερᾶς μεγάλῳ σακελλαρίῳ καὶ διδασκάλῳ τῶν διδασκάλων τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίας, καὶ ἀρχιδιακόνῳ τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ κλήρου. Καὶ δὴ τῆς ἀστρονομικῆς *Τριβίβλου* ταύτης ἡ πρώτη, ἡ ψηφοφοριῶν εἰσαγωγὴ περιέχει ταυτί·

EJUSDEM CAPUT I.

Quid sit astronomia, et a quibus primum inventa ad Græcos postea devenerit. Quis etiam mathematicæ et magnæ constructionis sit scopus.

IX. Astronomia ars est, quæ circa cœlestia corpora occupatur et versatur, cujus finis est eorum motus cognoscere. Astronomia etiam continuæ quantitatis semper motæ cognitio est. Astronomia quoque sphærica vocatur a prima, eaque digniore, sphærica doctrina denominata, quæ sphæram cœlestem omnia ambitu suo complectentem contemplatur; a stellis quoque in ea exsistentibus (*Græco nomine*) appellata, divina revera et pulcherrima est disciplina. De divinis quippe cœlestibusque rebus cogitando, circa contemplationem eorum quæ eodem semper se modo habent, ut libri 1 *Magnæ Constructionis*, cap. 1, *Ptolemæus* asserit, sola etiam versatur; qua de causa in proprii objecti comprehensione, quæ nec obscura nec confusa est, tantum pollet, ut sibi semper similis et immutabilis permaneat, quod scientiæ proprium est. A *Sethi* quidem Adami liberorum unius posteris hæc est omni veneratione major inventa disciplina; quod quidem veterum Patrum monumenta veritati consona docent: idque *Josephus* veritatis studiosus profecto et amans *Antiquitatum Judaicarum* lib. 1 scripsit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τί ἐστιν ἀστρονομία, καὶ παρὰ τίνων εὑρεθεῖσα τὸ ἐξ ἀρχῆς ἦλθεν εἰς Ἕλληνας ὕστερον. Τίς τε ὁ σκοπὸς τῆς μαθηματικῆς καὶ μεγάλης συντάξεως.

Θ'. Ἀστρονομία ἐστὶ τέχνη περὶ τὰ οὐράνια σώματα καταγινομένη, τέλος ἔχουσα τὸ γνῶναι τὰς κινήσεις αὐτῶν. Ἔτι δ' ἀστρονομία ἐστὶ γνῶσις ποσοῦ συνεχοῦς ἀεικινήτου. Σφαιρικὴ δὲ καὶ ἀστρονομία καλεῖται, παρονομασθεῖσα ἔκ τε τῆς πρώτης καὶ τιμιωτέρας σφαιρικῆς θεωρίας, τῆς περὶ τῆς πάντα περιεχούσης οὐρανίου σφαίρας, καὶ ἐκ τῶν ἐν αὐτῇ ἀστέρων θεῖον τῷ ὄντι καὶ κάλλιστον οὖσα μάθημα· ἅτε δὴ καὶ περὶ τὰ θεῖα κατανοουμένη καὶ τὰ οὐράνια, καὶ μόνη, καθά φησι Πτολεμαῖος ἐν τῷ τοῦ πρώτου πρώτῳ τῆς *μεγάλης Συντάξεως*, περὶ τὴν τῶν ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐχόντων ἐπίσκεψιν ἀναστρεφομένη, διὰ τοῦτο οὖσα δυνατὴ καὶ αὐτὴ περὶ τὴν οἰκείαν κατάληψιν, οὔτε ἄδηλον οὔτε ἄτακτον οὖσαν, ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἔχειν, ὅπερ ἐστὶν ἴδιον ἐπιστήμης. Εὕρηταί γε μὴν τὸ τοιοῦτον ὑπέρσεμνον ὄντως μάθημα παρὰ τῶν τοῦ Σὴθ ἑνὸς τῶν υἱῶν Ἀδὰμ ἀπογόνων· ὡς ὅ τε παλαιὸς ἐκ Πατρῶν λόγος ἔχει, καὶ ἀληθῶς ἔχει. Καὶ μέντοι καὶ Ἰώσηπος φιλαλήθης ἀνὴρ ἐν τῇ πρώτῃ *τῶν Ἱστοριῶν* ἀρχαιολογίᾳ συγγράφεται.

Γ'. Μιμηταὶ γὰρ οὗτοι τοῦ ἑαυτῶν γεγονότες A γεννήτορος, σοφίαν μὲν τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπενόησαν, πρῶτοι γραμμάτων ἐφευρόντες τύπους καὶ τὰ σημεῖα τοῦ οὐρανοῦ καὶ τὰς τροπὰς τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τὰς ἑβδομάδας, καὶ τοῖς ἀπλανέσι τῶν ἀστέρων ἐπιθέντες ὀνόματα καὶ τοῖς πλανωμένοις. Ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὰ εὑρημένα, μηδὲ πρὶν εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθαρῆναι, προειρηκότος Ἀδὰμ ἀφανισμὸν ἔσεσθαι τῶν ὅλων, τὸν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὸν δὲ ἕτερον κατὰ βίαν καὶ πλῆθος ὕδατος, στήλας ποιησάμενοι δύο, τὴν μὲν ἐκ πλίνθου, τὴν δ' ἑτέραν ἐκ λίθου, ἀμφοτέραις τὰ εὑρημένα προσέγραψαν, ἵνα τῆς πλινθίνης ὑπὸ τῆς ἐπομβρίας ἀφανισθείσης, ἡ λιθίνη μείνασα ἅπαντα δοίη μαθεῖν B τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγγεγραμμένα· δηλοῦσα καὶ πλινθίνην ὑπ' αὐτῶν ἀνατεθῆναι· ἣν δὴ καὶ μένειν κατὰ τὴν Συρίδα γῆν ἄχρις ἐκείνου φησὶ, λέγω δὴ τὴν λιθίνην· τῆς δὲ γῆς ἐπομβρίᾳ κατακλυσθείσης, καὶ μόνου Νῶε περισωθέντος, ἀρχηγοῦ τε καταστάντος δευτέρου κόσμου· καὶ δὴ τῶν ἀπ' ἐκείνου, διὰ τὴν ἣν ἐπενόησαν τόλμαν οἰκοδομούντων τὸν πύργον, συγχυθέντων τὴν γλῶτταν, ἅτε δὴ κακῶς καὶ ἀθέως ὁμοφωνούντων, μόνος Ἀρφαξὰδ τὴν οἰκείαν διατηρήσας, Χαλδαίων πρόγονος. Οἱ δὲ φύσεως ἀγαθῆς γεγονότες, καὶ τὰ ἐπὶ λιθίνης στήλης εὑρόντες ἐγγεγραμμένα, τὴν τῶν οὐρανίων συνεγράψαντο ἐπιστήμην· τοσοῦτον θαυμασθέντες παρὰ πᾶσιν ἐπὶ σοφίᾳ, ὥστε καὶ τοὺς αὐτῶν φιλοσόφους περὶ ἀστρονομίαν τὸ πλέον ἔχοντας, καὶ γε- C νεθλιαλογεῖν ἤδη προσποιουμένους, Χαλδαίους προσαγορεύεσθαι.

ΙΑ'. Στράβων γεωγραφῶν φησι, τῷ κοινῷ τοῦ γένους ὀνόματι κατ' ἐξοχὴν ὀνομαζομένους οἰκοῦντας μὲν τῆς Βαβυλωνίας χώραν αὐτοῖς εἰς κατοικίαν ἀφωρισμένην πλησιάζουσαν τοῖς τε Ἄραψι καὶ τῇ κατὰ Πέρσας λεγομένῃ θαλάσσῃ, εἰς πλείω δὲ γένη διῃρημένους· καὶ τοὺς μὲν Ὀρχηνοὺς, τοὺς δὲ καλουμένους Βορσιππηνοὺς καὶ ἄλλους ἄλλως, ὡσὰν καθ' αἱρέσεις ἄλλα καὶ ἄλλα περὶ τῶν αὐτῶν ἔχοντας δόγματα. Ἐν οἷς ἄλλοι τε πλεῖστοι γεγόνασιν ἀξιόλογοι ἄνδρες, καὶ μάλιστα Ζωροάστρης καὶ μετ' ἐκεῖνον Ὀτάνης· ὅ τε Κιδηνᾶς καὶ Ναβουριανὸς, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ Σουδῖνος· ἀλλὰ καὶ Σελευ- D κίας Χαλδαῖος καὶ οὗτός ἐστιν. Ἐκ τούτων τὸ παλαιὸν ὁ μέγας γενόμενος Ἀβραὰμ, καὶ πρῶτος Θεὸν τῶν ὅλων δημιουργὸν ἐγνωκώς· τοῖς τε τῆς γῆς καὶ θαλάσσης παθήμασι, καὶ τῆς (8) περὶ τὸν ἥλιον καὶ σελήνην, καὶ πᾶσι τοῖς κατ' οὐρανὸν συμβαίνουσι λογισάμενος· καὶ τούτῳ δὴ προσδραμὼν ἑτοίμως καλοῦντι, καὶ εἰς Αἴγυπτον ἀκολουθήσας κατάγοντι· κἀκεῖ τοῖς λογιωτάτοις Αἰγυπτίων διαφόροις ἔθεσιν ἀρεσκομένοις, καὶ τὰ παρ' ἀλλήλοις ἐκφαυλίζουσι νόμιμα καὶ διὰ τοῦτο δυσμενῶς πρὸς ἀλλήλους ἔχουσι, συντυχὼν ἑκάστοις αὐτῶν διαπτύει μὲν οὓς ἐποιοῦντο λόγους περὶ τῶν ἰδίων κενοὺς,

X. Enimvero cum hi sui parentis imitatores essent, de cœlestibus eorumque ordine et ornatu philosophari cogitarunt: primique litterarum typos, cœli signa, anni partium conversiones et septimanas invenerunt, fixisque stellis ac planetis nomina imposuere. Ne vero illa inventa hominibus perirent, et antequam forent cognita evanescerent, cum universi deletionem ruinamque duplicem, vi ignis alteram, alteram infinita aquarum copia futuram prædixisset Adamus, columnis duabus exstructis erectisque, una quidem lateritia, lapidea altera, inventa sua utrique inscripserunt, ut, si lateritia ab ingentibus profusisque imbribus corrumperetur, lapidea superesset, ex qua possent homines cuncta inscripta addiscere, atque lateritiam ab ipsis quoque fuisse erectam et consecratam: quam etiam, lapideam dico, ad illa usque tempora in Syria stare ac permanere ait. At cum diluvio terra cooperta fuisset, ac solus Noe, secundi mundi princeps factus, servatus fuisset, ejusque posteri audacia, quam animo præsumpserant, turrim ædificassent, ipsorumque linguæ confusæ perturbatæque fuissent, quod inique spretoque Deo in ipsum conjurassent, propriam nativamque *Arphaxadus* retinuit, et Chaldæorum nationis parens auctorque fuit. Hi vero indolem bonam ingeniumque nacti, quæ lapideæ columnæ inscripta erant, inventis, cœlestium scientiam conscripsere. Quorum tam eximia fuit sapientia, ut eos omnes homines sint admirati, adeo ut ipsorum philosophi in rebus astronomicis ut plurimum occupati, exque figuris natalitiis cœlique thematibus prædicendi artem professi, Chaldæi sint etiam appellati.

XI. Strabo in libris suis geographicis scribit, communi gentis nomine per excellentiam appellari incolas Babylonicæ Arabibus et mari Persico vicinæ regionis, quæ ipsis in plures classes divisis ad habitandum fuit attributa et seposita; eorumque alios Orchenos, alios Borsippenos, alios diversis nominibus vocatos fuisse; quatenus variis sectis addicti de rebus iisdem diversimode sentiebant. In quibus plurimi alii celebres et laude digni floruerunt viri, quorum præcipuus *Zoroaster* et qui illum secutus est *Otanes* claruere; *Cidenas* deinceps et *Naburianus*, quibus *Sudinus* accensetur; verum etiam *Seleucus* Seleucia oriundus est quoque Chaldæus. Ex ea gente magnus *Abraham* olim ortus Deum universi creatorem, ex variis, quæ in terra et mari cernuntur affectionibus et proprietatibus, exque omnibus, quæ circa solem et lunam et cœlum accidunt, ratiocinando primus cognovit, ad quem, cum vocaret ipsum, celeri cursu accessit, et in Ægyptum deducentem secutus est. Ubi cum Ægyptiorum, qui consuetudinibus diversis studentes, invicemque alii aliorum leges despectui habentes, mutuis inter se odiis et inimicitiis certabant, fuisset sapientissimis congressus, aversatus-

(8) Τοῖς.

A que, quos de propriis unusquisque suis opinionibus fecerunt, sermones, nihil veri in se habere eos ostendit. In colloquiis itaque virum admirati, utpote prudentissimum, et intelligendi facultate non solum, sed etiam persuadendi vi, quandocunque verbo docere inciperet, pollentem, arithmeticam et astronomiam ab ipso benigne tradente acceperunt.

XII. Hi vero apud omnes gentes cum ob sapientiam celebritate nominis inclaruissent, *Hermetem*, quem ter maximum appellari dicit, virum inter ipsos summum mathematicum, multosque simul alios Ægypti indigenas prophetas dictos apud se habuerunt. Neque mirum famam eruditionis consecutos esse, qui patriarchæ *Abrahæ* Chaldæi revera sapientis discipuli primo fuerant, ab eoque
B edocti. Antequam enim in Ægyptum fuisset ipse profectus, mathematicas disciplinas, *Josepho* teste, nesciebat gens illa: quæ ex Chaldæa in Ægyptum delatæ, ad Græcos postea pervenerunt. *Pythagoras* siquidem Samius Mnesarchi F., *Pherecydes* Syrius, *Anaxagoras* Clazomenius, Hegesibuli F., *Thales* præterea Milesius, *Solon* quoque, qui Atheniensibus leges condidit et scripsit, quin etiam *Plato* Aristonis F., addiscendi cupiditate ducti ad Ægyptios abierunt, et ab ipsis in scientiis mathematicis eruditi, aliis postea eas tradiderunt. Multi præterea alii Græci in ejusmodi theoretica scientia summe exercitati claruerunt, et longo intervallo post se relictos Chaldæos et Ægyptios superarunt. Præ-
C cipuus vero omnium tum veritatis amantissimus *Hipparchus* a Ptolemæo laudatus. *Pappus* quidem et *Theon* Ptolemæi successores clari fuere.

XIII. *Claudius* vero hic *Ptolemæus* in Thebaidis urbe Ptolemaide Hermii appellata natus, Ælio Antonino Romano imperatori coævus, primas in omnibus partes obtinet: cum ut ipse in primis libris ostendit, in omnibus mathematicæ partibus addiscendis, ea præcipue, quæ res divinas cœlestesque contemplatur, sedulus ac diligens fuerit. Quam tredecim mathematicæ et magnæ constructionis libris accuratissime, et demonstrationibus maxime sublimibus, tanta cum nominum aptitu-
D dine, ornatu, gratia, rhythmo ac tono tradidit, ut etiam illos superaret, qui hisce ducti et impulsi solius Attici leporis curam habere, cumque sectari videntur. Quæ etiam propter majestatem dignitatemque sublimium et grandium, qui ea comprehenduntur, quique cœlestium rerum contemplationem scopum habent, sermonum *magnæ* nomen inter omnes una sortita est.

XIV. Primis autem duobus libris, totius orbis terrarum ad universum cœlum habitudinem universalem; rationem porro positionis obliqui circuli zodiaci, locorumque et situum terræ nostræ habitabilis; differentiam præterea in ordinandis illis

(9) Καὶ ἐκ.
(10) Bullialdus leg. φανοί.

